8-30 C.23

ITINERARIVM PARADISI

REVERENDI PATRIS ARTIVM, AC SACRAE PAGINAE PROFESSORIS PARISIENSIS,

IOANNIS RAVLINI

ORDINIS CLVNIACENSIS.

Continens Sermones de Pœnitentia, & eius partibus, ſcilicet Contritione, Confeſsione, Satisfactione, ac Oratione.

Cui adiuncti ſunt eiuſdem Patris Sermones de Matrimonio, ac Viduitate.

Iam iam diligenti accuratione à Reuerendo Patre Magiſtro Aegidio Grauatio Roch. Eremitano, expurgatum, Scholijs, ac Indice ornatum.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, Apud Altobellum Salicatium. 1585.
Ad Fortitudinis Inſigne.

GENEROSISSIMO, SAPIENTISSIMOQVE VIRO,

EX VETVSTISSIMO PROCERVM *FRANCORVM SANGVINE* *PROGENITO,*

Dom. Ludouico de Grauilla, Archimarino Franciæ digniſsimo,

Ioannes Raulinus pauper monachus miſericordia Dei indigens:

Salutem ab eo qui eſt ſalus æterna, & redemptio verè noſtra.

QVIA Hieremiæ teſtimonio non eſt viri via eius, neque hominis, ut dirigat greſſus ſuos, noſtro teſtant: Apoſtolo. Hoc non eſſe volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis, qui dixit Moyſi: Miſerebor cui vauero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Propter quod mortalem hominem, & in hoc ſeculo peregrè proficiſcentem, cenſuimus maximè indigere, ut uiam ſcrutetur qua ambulet, ne fortè deuians cum ſalutare ſuum de prope arbitratus erit attingere, à tergo ſalutem inueniat, aut cum conſummare putauerit, tunc incipiat: ſitq; ſibi deuiando iuxta Ariſtotelem. Paruus error in principio, magnus in fine. Tu autem optimę Archimarinæ ſatis noſti: quia de animę tuæ ſalute ſolicitus, et palam, & ſecreto ſæpenumero percunctatus es a me, ſi quo via domini facilis & compendioſa, qua dominum Deum tuum cum feruore animi, et appropinquare, & apprehendere valeres, ſi fortè poſt curiales anfractus & liuores: nauē aut ſaltem tabulam aliquam inuenires: ſuper quam inter naufragia ſaluari poſſes. Quamobrem volumen paruulum (quod Itinerarium Paradiſi diximus) quo greſſus tuos illuc raptim dirigeres: tuę amantiſſimæ dignitati dedicauimus.

dicauimus. Illic enim haurire poteris aquas de fontibus Saluatoris, quibus epotatis, non dubium quin fient in te fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Illic item ſi eſurias, ſuaue viaticum: immo verius vinum, & lac, gratis, & abſque vlla commutatione inuenies. Illic etiam ſalubre antidotum aduerſus animi morbos Hippocratis, & Galeni medicamentis præcellens abundè colliges. Illic inſuper & venandi opificium diſcere, quàm citiſsimè valebis, in quo crudeliſsimo vitiorum ferè fidei ſpiculo occurrent feriendę, membratimq; diſcerpendæ. Immo verius ibi nobile illud aucupium experieris, in quo non modo ardeas, & aquilas, ſed etiam grypes horrendos, monſtra ſiquidem peccatorum horrenda, non alio falcone, aut accipitre, quàm tuo tantum ſuperuolatili animo deprehendes. Et ſi (quod abſit) exurgat aduerſum te prelium: illic comperies aureorum armorum ſplendorem, & qua tutus eris omnis generis loricarum armaturam. Ibi etiam videbis, & audies tonantes buccinas, fulgura, voces, & coruſcantia tonitrua, quibus perterriti hoſtes animæ, aut opprimentur, aut ſubito terga dabunt. Conſiderauimus quippe & luce clarius perpendimus, vitiorum congreſſus quàm antea nunc violentiores nefandorumq; morum impetus acerbiores: acies inſuper eorum ſupra modum excreſcere. quibus obuiam ire cupientes, machinas, tormenta, arietes, ſerpentinas, ſalſipetroſosq; pulueres, ex aduerſo in hoc opere inſtituimus. non quidem nos ipſi, ſed magis ipſe ſcientiarum dominus, cui præparantur tuæ cogitationes, & noſtræ: qui omnia opera noſtra operatus eſt in nobis, ipſi gloria in ſecula. Amen. Verum etiam, quia ex multis annis nouimus te viduitatem poſt legitimum matrimonium longis temporibus obſeruaſſe, quod de matrimonio ac ſancta viduitate olim ſcripſeramus in lucem editum tuæ ſapientiſsimæ nobilitati tranſmiſimus, quo tuas ſemitas dirigere, et ad regnum quo tendere deſideras, & illic cum Chriſto regnare facilè peruenias. De manu igitur Oratoris tui hoc munuſculum ſereno, ac beniuolo animo ſuſcipias optimæ Ludouicæ: quem in viſceribus Domini Ieſu amplectimur, & deſideramus. Neque enim ingrati eſſe poſſumus, vt tui ſimus immemores: qui noſtri memor factus es: nobis conſolator, & benefactor: immo refugium in opportunitatibus, in tribulationibus quæ nuper inuenerunt nos nimis. Bene igitur valeas, viuaſque fœlix in Chriſto Ieſu. Amen.

INDEX RERVM
MEMORABILIVM,
QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR,
Alphabetico ordine diſpoſito.

A

ABundantia rerum tẽporaliũ ſæpe nocet. fol.279.e
Actio gratiarum pro liberatione à peccato. 93.a
Actualis attentio in oratione non ſemper requiritur. 204.f
Actus matrimonij eſt fragilis tribus modis. 269.d
Actus matrimonij quare quamuis ſit meritorius, tamen eſt verecundus. 269.c
Adulari Deo quomodo debemus, & eius captare beneuolentiam. 214.a
Adulter multipliciter peccat. 284.e
Adulteri ſunt monſtra, & beſtiæ. 284.e
Aliquis poteſt multipliciter non attendere ad orationem. 205.a
Amor concubinarius non durat. 255.b
Amor utrum poſſit eſſe ad plures vxores. 256.c
Amor qualis dẽt eſſe in mr̃imonio. 253.b
Amor triplex quem iubet Apoſtolus eſſe in matrimonio. 253.c
Amor qũo in homine accẽdi põt. 193.e
Amor inter coniugẽ qũo eſſe dẽat. 257.c
Amor & honor mutuus eſſe debet inter coniuges. 263.a
Anima quomodo fiat arida. 225.f
Animam lauare ſurſum difficile eſt propter multa. 190.c
Animus ſuperioris quomodo flecti poſſit. 200.a
Apoſtolus quomodo ſecundas nuptias concedit iunioribus viduis. 305.a
Appetitus humanꝰ eſt deprauatꝰ. 215.b
Appetitus ſpiritualis quatuor modis quęri ſolet exemplo appetitus corporalis. 222.c
Aqua ſapientiæ ſalutaris vtilis eſt in huius ſeculi ſolitudine. 186.b
Aquæ in vinum mutatio quid ſignificet. 266.c
Aquæ pluuiales magis fecundant quam cæteræ. 35.b
Aqua cõtritionis ſeptẽ cõditiones. 20.b
Aquæ contritionis hauriuntur de quatuor puteis. 13.d
Arbores dicuntur homines. 186.b
Arborum ſectio qũo fieri debeat. 109.c
Arcus Cæleſtis quomodo cauſetur. 15.d
Arma iuſtorum ſunt orationes. 179.e
Artes erudiunt pœnitentes. 47.c
Aſperitas eſt ſatisfactionis Comes. 65.a
Attentio actualis quomodò oportet procedere in oratione. 207.a
Attentio vtrum ad orationem requiratur. 204.f
Attritio, & contritio ſimilitudine declaratur. 23.a
Attritio ſufficit ad delendum veniale peccatum. 9.e
Auaritia Sacerdotis eſt improbãda. 80.c

B

BEnedictio matrimonialis valet ad concordiam & temporaliũ multiplicationem. 279.e
Benedictio duplex matrimonij, matutina ſcilicet, & ſerotina. 208.a
Benedictio duplex ſcilicet dulcedinis, & amaritudinis. 283.a
Benedictio quare fit ſerotina. 280.c
Benedictionẽ illã ſacerdotũ contra aliquos dicentes fieri pp̃ lucrum. 280.b
Bohemorum error. 281.c
Bona tria matrimonij. 242.b

Bona matrimonij,quomodo quandoque infideliter diſſipantur.fol. 260.c
Bona tpalia utrũ ſint a Deo petẽda 215.b
Bona tpalia,qũo ſint a Deo petẽda 215.b
Boni pro malis exaudiuntur 220.c
Boni filiji à mĩa Dei proueniunt 252.b
Bonorum oratio pro conuerſione malorum facta non multum prodeſt malis, niſi ſe adiuuent 220.e
Bonitas filiorum redundat in honore parentum 246.a

C

CAlix tribulationis voluntariè eſt bibendum 167.c
Canones in pœnitentia iniungenda utrũ ſint imitandi 173.d
Carmen peregrinus duplex 160.b
Carmen peregrinus forma efficiẽs 161.c
Caſtitatis appenditia 302.h
Cãę pp quas differt pctõr cõuerti,& q̃bus vtit Dñs ad eũ conuertendũ 6.a
Chriſtus lauacra multa inſtituit 110.e
Cicatrix de duplicibus reliquijs 148.d
Cicatrices,quomodo putreſcunt 63.c
Circunſtantiæ notabiliter aggrauantes ſunt confitendum 63.d
Circunſtantiæ notabiliter aggrauantes, quomodo cognoſcuntur 64.e
Clamare pro nobis ad Deum duo ſunt genera 219.a
Clemẽtia Principi pcipuè cõuenit 179.d
Cęcitas mẽtis cauſat ex quinque 103.a
Cogitationib.varijs, qũo Dñs inquietat in poſſeſſione cordis noſtri 144.c
Cognitio ſuipſi' ẽ valde neceſſaria.36.b
Coitus omnis extra matrimonium eſt illicitus 266.c
Coitus nimia frequentatio mala 271.b
Concubinarij,& concubinæ finis 285.a
Conditiones hæreditarias quinque dereliquit nobis primus parens 85.e
Confeſſio propter quinque frequentanda eſt 117.a
Confeſſio pluries eſt iteranda 117.a
Confeſſio eſt ſicut computus 118.a
Confeſſio quod ſit prædeliberatiua 46.c
Cõfeſſio claudit os inferni,& aperit portas Paradiſi 106.b
Confeſſio abſtruit os diaboli, & aperit eius ſecretum 117.c
Confeſſio aperit portas eccleſiæ peccatori 111.a
Confeſſio,quomodo pluribus modis debet eſſe diſcreta 79.b
Cõfeſſio quatuor aduocat ĩ impedĩetes, ne pœnitens debitè confiteatur 72.a
Confeſſio facienda eſt in particulari non in vniuerſali 59.a
Confeſſio quod vtile eſſet pęnitenti primo peccata grauia confiteri 60.b
Cõfeſſio ĩ nullo caſu faciẽda ẽ laico.42.a
Confeſſio duplex laudis,ſcilicet, & peccatoris 45.a
Confeſſio facienda eſt Sacerdoti,propter multa 41.c
Confeſſio generalis ad quid valet 54.c
Confeſſio leuis eſt medicina 96.b
Cõfeſſio dilata obliuionẽ inducit 116.d
Confeſſio utrum ſine contritione valeat ad ſalutem 28.f
Confeſſio pluries eſt reiteranda, & melius eſt,quàm raro 89.a
Cõfeſſio quare dẽt eſſe accuſatoria 65.b
Confeſſio non eſt differenda 114.d
Cõfeſſio claudit os cõfitentis, ne alijs reuelet, q̃ dicta sũt in cõfeſſione 109.b
Confeſſio aperit apoſtema cordis peccatoris. ibid.c
Confeſsio claudit os cõſcientiæ murmurantis ibid.d
Confeſſio quare debet eſſe velox 113.c
Confeſſio non eſt integra ſi circunſtãtias peccatorum negligit 56.b
Cõfeſsio dr̃ eſſe fidelis a fidelitate 102.d
Confeſsio obſtruit os Dei, & aperit peccatoris laus Saluatoris 108.a
Cõfeſsio dẽt eſſe integra pp multa 52.d
Cõfeſsio dẽt eſſe itegra pp quatuor.ibi.
Confeſsio, qũo à principio mundi videbatur ad ſalutem conferre 37.d
Confeſsio in lege veteri aliquando videbatur eſſe ſub præcepto 37.a
Confeſsio in veteri lege non erat ſacramentalis 38.a
Confeſsio non debuit in lege veteri inſtitui. ibid.b
Confeſsio non eſt de iure humano. ibi.c
Confeſsio eſt ex Chri inſtitutione 39.d
Confeſsio eſt peculiare donum à Deo acceptum. ibid.
Confeſsio debuit inſtitui tempore gratiæ 40.a
Cõfeſſio qũo claudit os cõfeſſiõis. 105.d

Confeſſio ſex portas aperit, & ſex claudit. ibid.
Confeſſio debet eſſe ſpontanea. 112.a
Confeſſio debet eſſe fide plena. 100.a
Confeſſio communis cũ Dei inuocatione, & Mariæ Virginis, & oĩum Sãctorũ cur fiat ante peccatorũ cõfeſſionẽ 94.b
Confeſſio ſoli ſacerdoti faciẽda eſt. 42.d
Confeſſionis ſpontaneæ tria ſigna. 112.b
Confeſſionis conditiones. 46.b
Cõfeſſionis de frequẽtia ſacramẽti. 116.b
Confeſſionis vis magna. 77.a
Confeſſionis vis. 107.c
Confeſſionem tria impediunt. 87.b
Confitens mala confiteatur, & ſua bona taceat. 84.a
Confitens triplici ſigno ſe cognoſcere poteſt verè eſſe confeſſum. 96.b
Cofitentes quomodo multipliciter ſe excuſant. 68.b
Confiteri aliena peccata quomodo quis poteſt, & quomodo non. 82.a
Cõfiteri cur dẽam' i quadrageſima. 114.c
Cõfiteri nõ dẽmus excõmunicato. 45.d
Confiteri peccata quid ſit. 76.a
Confitendum eſt de cogitationibus. 61.c
Confitendũ eſt ſemel in anno ſaltim, & cur præcipue in quadrageſima. 123.b
Confitendi modus vtiliſſimus. 129.c
Confeſſor eſt coquus Domini. 172.a
Confeſſor miſericorditer tractare debet pœnitentem. 135.b
Confeſſor non debet ad vultum reſpicere confitentis. 140.c
Confeſſor bonus nunquam odit confitẽtem enormia peccata. 78.a
Confeſſor de his agere debet circa difficultates emergentes. 134.a
Confeſſor quomodo cognoſcit hominẽ eſſe uerè confeſſum. 95.a
Confeſſor quomodo comouere debeat penitentem. 137.a
Cõfeſſor qũo eẽ dẽat circa pęnitẽtẽ. 48.b
Cõfeſſores ſciant diſcernere peccata. 81.e
Confeſſus ficte vtrũ iterũ teneatur omnia ſua peccata confiteri. 55.a
Coniuges pp ſex benedicẽdi ſunt. 278.c
Coniuges utrum in die feſto debeãt abſtinere ab actu matrimonij. 269.e
Coniuges quando teneantur debitum reddere. 267.f
Coniuges ſe mutuo dẽnt honorare. 261.f
Coniuges non dẽnt facere longas peregrinationes ſine cõi conſenſu. 291a.
Coniugum quomodo debet alter alterius vitia celare. 262.g
Coniunctioni matrimonij de tribus accidentibus. 283.c
Contritus vtrum doleat quantum dolere debeat. 11.b
Conſcientia murmurat, ab onere fœtore, & famæ. 110.e
Conſcientia peccatoris accuſanda eſt non excuſanda. 67.c
Conſcientiæ ſummę neceſſarium eſt ſtudere. 36.b
Conſcientiã ſuã quã diligentiã dẽt quis apponere vt ſufficiẽter examinet. 48.a
Conſilia Ambroſij ad Auguſtinũ. 246.b
Cõſuetudo pcãti eſt valde piculoſa. 31.b
Conſuetudo mali agendi nullum peccatum reputat. 87.c
Cõſuetudo peccati vitiat naturam. 70.c
Cõteri, vel cõfiteri dẽt ſtatim poſt peccatũ, ſi qs vult eſſe in ſtatu ſalutis. 124.c
Contritio vtrum teneatur quis conteri de mortali oblito. 13.c
Contritio qũo contritione curatur. 169.e
Cõtritio an reqraẽ gñalis, vel particularis peccatorũ deteſtatio ĩ cõtrtiõe. 18.b
Cõtritio dr̃ cõpũctio trib' de cauſis 32.c
Contritio vtrum ſufficiat ad delendum pœnam, & culpam. 29.a
Contritio triplex, & quid in contritione dimittatur. 29.b
Contritio eſt donum Dei. 13.d
Contritio debet eſſe cum propoſito ceſſandi à peccato. 25.c
Contritio cum ſit grande Dei donum, qũo tam facile poteſt obtineri. 4.a
Contritio hominem renouat. 23.b
Cõtritio vtrũ oporteat pęnitẽtẽ firmiter credere ꝙ de cętero nõ peccabit. 25.a
Cõtritio qñ quis tenetur conteri. 26.b
Contritio quid eſt. 7.b
Contritio oportet eſſe ſufficiens peccatorum diſcuſſio. 12.b
Conuenientia multiplex inter nuptias carnales, & ſpirituales humanitatis cum diuinitate. 271.c
Conuerſio malorum non eſt dimittenda propter detractores. 175.a

Correctio fraterna quantū valeat. 174.e
Crucis ſigni poteſtas magna. fol. 150.a
Curatus quid debet facere ſi magnū peccatum regnet in ſua parochia. 41.d
Curię Dei, & huius mūdi diſcrimē. 67.c

D

DEprecatio dupliciter incēdit. 223.e
Derelinquitur quis à Deo tribus de cauſis. 196.b
Deſperatio per confeſſionem remouetur a peccatore. 40.a
Deuotio imperfecta ex tribus debet procedere quæ Heliæ contigerunt priuſquam ei occurreret Dominus. 90.d
Deuotio eſt donum gratis datum. 193.e
Deus uocat nos multis modis. 101.c
Deus qūo tegit tripliciter peccatū. 52.a
Deus eſt orandus a nobis. 182.e
Deus de tribus quæremonijs quas format contra peccatorem. 142.b
Deus bene prouidit homini de remedio confeſſionis. 37.c
Deus acriter puniet iudices inhumanos in uiduas. 311.a
Deus eſt pater miſericordiarum. 93.a
Deus quomodo poterit placari. 193.c
Deus peccatum, & peccatorum valde odit. 89.b
Deus quare differt dare id quod ab eo petimus. 211.e
Deo propinquiores Deum excelſiorem uident, non qui diſtant. 198.c
Deo nihil magis diſplicet, quàm peccatum propter multa. 89.b
Deū confundit, & confunditur à Deo, qui Deum orat impœnitens. 183.a
Diabolus obturat omnes ſenſus peccatoris. 70.a
Diabolus quomodo accuſat peccatores in curia iuſtitiæ. 71.b
Diabolus qualiter obſtruit os peccatoris. 85.c
Diabolus impedit peccatorē, ne peccatū ſuū cōfiteat̃ pluribus rationibus. 58.b
Diabolus duplici machina vtitur in expugnatione animæ. 64.f
Diabolus confunditur per peccatorum confeſſionem. 53.a
Diabolum quomodo accuſamus excuſando nos. 68.c
Dies triduus creationis mundi comparatus pęnitentiæ. 169.d
Dies triplex eſt, dies illuminans ſcilicet contritio, confeſſio, & ſatisfactio. 1.a
Dilata confeſſio eſt multum periculoſa propter multa. 122.e
Diligentia puellarum. 274.e
Diligere Deum, & diligere proximum quomodo intelligatur. 11.b
Diſciplina puellarum. 276.c
Diſcretio maxima neceſſaria eſt ſacerdoti. 136.b
Diſcretio neceſſaria eſt ſacerdoti peccata audientis. 170.b
Diuiſio Regnorū vnde ortū hēat. 257.c
Diuitiarum abundantia impedit peccatorem ne pœniteat. 51.a
Dæmones triſtantur de amiſſione peccatoris pęnitentis. 5.b
Dæmon quadrupliciter accipit poteſtatum in his qui matrimonio male iunguntur. 278.d
Dæmon interdum occupat linguam infirmi, ne confiteatur. 54.c
Dolor cōtritionis vtrum debeat eſſe maximus. 9.a
Dolor patrię ſenſitiuæ in contritione nō debet eſſe maximus. 10.a
Dolor ſenſitiuus in contritione non eſt neceſſarius. 10.a
Dolor contritionis ~~utrum debeat~~ eſſe continuus. 8.e
Dolor cōtriti eſt quaſi parturientis, 27.e
Dolor triplex. 153.b
Dolor quare requiritur ad cōtritionē. 7.c
Dominus habet curiam duplicem; ſcilicet iuſtitiæ, & miſericordiæ. 70.b
Dominus quomodo iubet quęrere quòd a nobis vult impetrari. 218.b
Dona ſeptem ſpiritualis in contrito infunduntur. 5.b
Dormiendum non eſt in peccatis. 31.b
Duodecim dignitates mr̄imonij. 227.b
Duplex eſt ratio lętanter acceptandi ſatisfactionem. 155.d

E

EA quæ ſunt fidei quomodo per auditum cognoſcuntur. 40.b
Eccleſia quomodo diuerſis rationibus dr̄ mater, uirgo, ſpōſa, & uidua. 298.a
Eccleſia cōſuluit cōiuges prima nocte cōtinere a cohabitatione carnali. 282.d

Eccleſiæ

Eccleſiæ cura circa filiorum ſuorum ſalutem. fol. 84.b
Electio cõfeſſoris qualis eſſe debeat. 130.c
Eleemoſina, & ieiunium orationem adiuuant. 176.b
Eleemoſinam prius dare debemus nobis ipſis. 33.c
Eleemoſynas facere debent uiduæ quantum poſſunt. 295.c
Epiſcopi non debēt ſibiipſis tot caſus reſeruare. 58.b
Erubeſcentia eſt magna pars ſatisfactionis. 119.a
Erubeſcētia duplex. 56.b. 85.d. 120.a
Erubeſcentia non debet cogere peccatorem ad tacendum peccata. 75.a
Erubeſcentia eſt maximum confeſſionis impedimentum. 57.b
Erubeſcentia eſt multiplex. 57.b
Erubeſcentia in confeſſione ex quatuor oritur. 57.b
Euangeliũ cur dicaẽ panis arctus. 201.b
Euangelium dum legitur, uel cantatur, cur omnes attentè ſtare debeant. 201.b
Exemplum recenſendum. 221.c
Exemplo columbæ oratio Deum placat, & in altum euolat. 202.b
Exempla ſanctorum inducunt nos ad orandum. 176.c
Exiſtens in peccatum mortali poteſt ſatisfacere de peccato ſuo. 151.a
Excuſationes peccatorum uariæ. 68.b

F

FActum memorabile de muliere male confitente peccata ſua. 55.a
Factum memoriæ dignum de matrimonio non uiolando. 111.c
Factum memoria dignum. 20.b
Factum memorandum. 29.b
Faucitates ſeptem peccatorum, qui nolunt confiteri. 43.c
Feruor deuotionis p tria dephēdiẽ. 198.b
Fidelitas matrimonij conſiſtit in temporalium adminiſtratione. 260.a
Fidelitas matrimonij ſtat in fideli thori cohabitatione. 265.b
Figura matrimonij de ſimplici, & ſimiliter de compoſita. 238.c
Filiæ nõ dēnt malas mr̄es imitari. 275.c
Filio ex qua domo debet accipi coniux. 248.a
Filij mali quomodo ſępe procreantur & malo matrimonij contractu. 249.c
Filij mali a bonis parētibus procreantur qñq; non ex defectu parentũ. 251.b
Filij mali qũo ex malitia parētũ ante matrimoniũ quandoq; procreanẽ. 249.b
Filij non ſunt maledicendi. 296.d
Flere oẽs nõ poſſunt in contritione. 21.b
Freqũens coitus, maximè cum non ſua, eſt periculoſus. 138.b
Frequenter confitendo diminuitur pęna & augetur gratia. 120.b
Fructus dignos pœnitentię quare præcipimur facere. 147.b
Fructus pœnitentiæ de tribus conditionibus. 148.c
Fructus orationis duplex. 208.a
Fructus ſatisfactionis debet eſſe guſtui delectabilis. 152.c

G

GAudium pœnitentis in confeſſione ex quatuor cauſatur. 97.c
Genus triplex orandi. 180.b
Gemitus duplex. 19.b
Gladio utitur quis multipliciter. 121.d
Grande nihil ſine oratione debet inchoari. 190.a
Gratia ſacramētalis mr̄imonij tripliciter diminuit concupiſcētiã carnis. 234.c

H

HIs quæ confringit potentia pœnitentiæ. 121.d
Homo quomodo per peccatum depauperatur, & tamen hoc ignorat. 168.b
Hominem quomodo ſtat quandoque de uotum eſſe, & immediate non poſſe ad hoc peruenire. 194.g
Honeſtæ conuerſationis puellarum de capello. 272.d
Horæ canonicæ ſunt de precepto Eccleſiæ 210.b
Horas uel alias orationes an ſit licitum dicere dum auditur miſſa cuius auditio eſt de præcepto. 201.b
Humilitas puellarum. 275.b
Humilitas quantum poſſit in conſpectu Dei. 213.d
Humilitatis uis. 166.a
Humani generis ſtatus corporalis in ui matrimonij ſita eſt 227.c
Hypocriſis eſt ſæpe cauſa quod os peccatoris claudatur. 77.a

Hypocritę cui comparantur. fol 78.a

I

IEiunlj,& eleemoſinæ neceſſitas.223.c
Ignis qũo accẽdit i ſacrificio orois 183.d
Ignorantia quadruplex. 87.c
Ignorantia prælati multorum malorum cauſa eſt. 87.c
Illi qui timore gehennæ accedunt ad cõfeſſioné an debitè cõſiteantur 144.b
Impedimenta ne quis ſtudiosè recogitet peccata ſua. 49 c
Impij quomodo a Deo commoniti, & perreriti perſeuerant in malitia 23.a
Imprecationes in malũ ꝯ inimicos factę quadrupliciter pñt rectè fieri. 221.g
In curia parentum ſæpe eſt cauſa malorum filiorum. 250.d
Indeuotio qũo cauſetur in nobis. 224.e
Indignatio ſtomachi conſcientiæ unde cauſatur. 125.b
Indiſſolubil tas mrĩmonij oſtẽdit.269 b
Ingratitudo hominis erga Deũ. 193.d
Iniquitates qũo ſupgrediunt caput 30.b
Inordinatus amor qũo iter cõiuges qñq; pcedit ex Zælotypia,& alijs. 258.a
Inſanorum ſigna. 100.b
Inſania Chriſtianorum 100.a
Intellectus qũo dẽt cõiũgi auditui 160.c
Intentio contrahentium vt ſit perfecta quinque concernere debet. 241.c
Interrogandi pœnitentes in confeſſione quomodo. 134.b
Inuitatis ad nuptias utrum ualeant intrare cœnam æternam 265.a
Iocalibus tribus quæ ſolet dare ſponſus ſponſæ 266.d
Ira Dei quomodo ſeuit in populum & mitigatur. 192.a
Itineri trium dierum iſtorum multi terga vertunt. 112.b
Iudex viduarum eſt Deus 310.a
Iudex quomodo efficitur pœnitens in confeſſione. 145.d
Iudicis,& iudicij Dei timor contritionis eſt cauſa. 14.d
Iuramentum falſum graue peccatũ 61.b
Iuſtitiæ diuinæ eſt executor pœnitens. fol. 146.d

L

LAbia Dei,& labia noſtra quid ſignificent. 155.a
Labia doloſa dupliciter pñt dici. 206.e
Lachrymæ mollificant Deum. 7.d
Lachrymę quomodo compunctionis quo pacto in nobis cauſentur. 14.d
Lachrymarum uis. 20.b
Latera duo animæ noſtrę 198.d
Latrones noſtri qui ſint. 147.d
Lauacra multa inſtituit Chriſtus 110.e
Libri conſcientię perfectio 119.c
Litterati uix frequentant ſacramentum confeſſionis. 119.c
Locus aptus contemplationis. 308.e
Lucrum pœnitentiæ duplex. 126.c
Lucta fit cum Deo in oratione. 199.g
Luxurię detrimenta. 138.b

M

MAgiſter liberalis, & perfectus eſt Chriſtus 118.c
Magna ſunt,& ardua qui per orationem expediuntur negotia 203.e
Malitia filiorum ſæpe procedit ex irreligioſitate parentum. 247.c
Malum non eſt quandoque pro tempore a Deo derelinqui 196.c
Mali quandoque exaudiuntur ad ſuam damnationem. 184.c
Maria cum quibus conuerſabatur poſt Chriſti aſcenſionem. 308.a
Maria utrum fuerit de viduis propter quas ortũ eſt murmur Grecorũ.307.c
Maria uirgo quomodo peccatores iuuat ad confitendum, & ſimiliter omnes ſancti. 94.b
Materia matrimonij licet uideatur pinguis, poteſt tamen de ea prædicator caſtè loqui. 232.a
Matres quod debent lactare filios pluribus rationibus probatur. 250.a
Matrimonium carnale ſex modis ſignificat ſpirituale matrimonium inter Deum & animam 252.a
Matrimonium tria figurat 229.c
Matrimonium honorandum 229.c
Matrimonium ab omnibus generationibus collaudatur 230.c
Matrimonium uiſis ſolicitudinibus quomodo tã perfectum eſſe dicitur ibid.a
Matrimonium eſt maxima fortitudo a Deo donata ibid.
Matrimonium veneratur natura ipſa. fol. 231.a

Matri-

Matrimonium inter filium Dei & naturá humanã quare celebratũ eſt. 277.a
Matrimonium non eſt celebrandum ſine benedictione. 278.b
Matrimoniũ illicitũ multiplex. 270.a
Matrimonium non debet contrahi propter faſtum. 238.b
Matrimonium pp pulchritudinẽ factũ ſæpe malo fine terminatur. 239.e
Matrimonium cum ſit ita bonum; quomodo frequenter ex eo procedit tam mala proles. 247.b
Matrimonium non dirimit̃ ex mala aliqua intentione cõtrahentium. 241.c
Matrimonium infidelium. 244.b
Matrimonium à Beata Virgine magnã ſumpſit dignitatem. 228.c
Matrimoniũ carnale qũo deſignat ſpirituale inter ẍpñ,& Eccleſiam. 287.b
Matrimonium fuit à Chriſto honoratum. 228.c
Matrimoniũ quomodo conformatur paſſioni Chriſti. 233.d
Matrimoniũ qñ quærit inſtitutio. 227.c
Medicinam animæ Deus venalem quare non fecit. 156.b
Mẽſtruũ de coitu i muliere patiẽte. 268.b
Meretrices cur reddantur ſteriles. 236.a
Meretrices, & adultæ verbum Dei non curant. 286.b
Miraculum primum cur à Chriſto in nuptijs factum. 229.c
Miſericordia quomodo differt ſtylus ꝓcedendi in curia Iuſtitiæ, & in curia miſericordiæ Dei. 140.d
Miſericordia triplex. 33.c
Miſericordia de triplici concomitante pęnitentem. 91.a
Miſericordia de triplici quam facit Dominus peccatori. 90.c
Miſericordia eſt de natura grauiũ. 181.c
Miſericordia Dei cõparat̃ Monti. 180.a
Miſſæ non ſunt iniungendæ pœnitentibus,aut raro. 164.a
Moleſtia puellarum. 275.a
Mulier pariens quatuor habet ſic peccator confitens. 98.c
Mulier an fęlicior ſit nupta quàm virgo nuptura. 273.c
Mulier vtrum ſine conſenſu viri poſſit facere grandes eleemoſynas. 261.c
Mulier bona eſt cauſa ſalutis ſui viri interdum. 253.c
Mulieri ſpiritualis & corporalis diſcrimen. 129.c
Mulieri q d faciendũ eſt quę viro ſuo ſupꝑoſuit filios de adulterio natos. 261.d
Mulieres tribus modis poſſunt viros ſuos coercere à malis operibus. 263.e
Mulieres malæ ſunt cauſa multorum malorum. 254.c
Multa,quæ inflammare poſſunt cor peccatoris ad amorem Dei. 143.a
Multi ſpernunt ſacerdotem confeſſorem propter multa. 43.c
Multi vel pp timorẽ, vel auaritiã nõ iniungunt pęnitẽtiam ſicut dẽnt. 173.b
Multiplex conuenientia inter matrimonium carnale,& ſpirituale,& ſimiliter multiplex differentia. 259.b
Multiplex feſtum faciunt Angeli in conuerſione peccatoris 4.b
Multiplex vtilitas ex ſpontanea ſatisfactione ſuperueniens 162.e
Mundiales curæ ualdè orantem impediunt 187.c
Munus prælatorum. 123.b
Muſcæ cogitationum quomodo fœdant orationis ſacrificium. 194.f
Muſcæ morientes ſunt uanæ, & improbe cogitationes. 194.h

N

Natura uolucrum docet ſecundas uitare nuptias. 307.b
Neceſſaria poſtulare iure poſſumus a Deo. 216.c
Neceſſitas fidei in oratione 211.d
Nihil laborioſius eſt quam orare. 199.f
Nobiliſſimũ eſt certare cũ muſcis. 194.i
Noe, & filiorũ cõtinentia in arca 232.b
Nuntius debet eſſe cognitus, & ab his qui de curia ſunt dilectus. 218.c
Nuntius in Cœleſti curia de multiplicibus contradictoribus. 219.d
Nuntius debet eſſe feruens, & diligens in proſequẽdo negotium ſuum 221.a
Nuntius non debet apparere coram Deo uacuus bonis operibus. 222.b
Nuntius qui eſt orõ dẽt eſſe agilis. 212.b
Nuntius quomodo dẽt cautè ſolicitare principes curię Regis Cœleſtis. 208.d
Nuntius debet eſſe fidelis 210.d

Nun-

Nuntius dēt eſſe cautus,& prudēs.203.d
Nuntius ſit patiens,benignus, & modeſtus. 214.e
Nuptiæ prohibitæ hæreticis. 237.b
Nuptiæ quadrupliciter ſecundum quatuor ſenſus ſcripturæ. 226.a
Nuptiæ ſecundæ non ſunt ita honorabiles ſicut primæ. 304 b
Nuptiæ quare tribus anni temporibus non celebrantur. 231.b

O

OBediētia prōpta ad cōfeſſorē.92.b
Occiſio de tribus perſonis ſolemnibus,quas occidit Salomon. 121.c
Officium orandi eſt nobiliſſimum. 177.a
Officium parentum erga filios. 250.d
Officium teſtis gerit pęnitens. 146.d
Officium aduocati facit pęnitens.146.d
Officium ſacerdotis eſt ſanctificate populum. 133.c
Omnis actus concubitus vtrum in matrimonium ſit licitus. 267.f
Opera facta in peccato mortali ad ſex ſunt utilia. 150.a
Orare ſine intermiſſione quomodo oporret. 190.b
Orare & non multum loqui quomodo intelligatur. 191.c
Orare Deū vtrū ꝓ alijs debeamus.220.b
Orare omnes poſſunt & debent. ibid.
Orādū eſt ꝓ iuſtis multiplici rōne.221.f
Orandū quomodo eſt oſtio clauſo.188.a
Orans quomodo in pluribus debet eſſe modeſtus. 214.f
Orans multorū officia agit orādo. 200.a
Orantes cum Deo dicūtur fideles.178.a
Orantiū de tribus generibus.ſ.labijs tm̄, corde tm̄;corde & labijs ſimul. 191.d
Oratio communis propter multa abbreuianda eſt. 189.d
Oratio exauditur ſi ſit perſeuerans ꝓ ſe piè,& de his quæ ad ſalutem. 217.a
Oratio non exauditur interdum à Deo rationabiliter. ibid.
Orō ꝓ alijs facta cur nō exaudiat. 218.a
Oratio deuota eſt ſatisfactoria pro delictis. 199.e
Oratio eſt armatura peccatoris contra Deum. 208.c
Oratio eſt maximi boni lucratiua.178.b
Oratio faciliter haberi poteſt. 178.e
Oratio eſt encenium Deo placēs.179.d
Oratio pro prædeſtinatis exauditur,non pro præſcitis 220.d
Oratio ualet contra hoſtes viſibiles, & inuiſibiles 215.e
Oratio eſt quaſi arcus. 223.e
Oratio propter quatuor debet eſſe præclara. 213.d
Oratio uagantis non prodeſt. 187.c
Oratio quomodo dirigitur appropinquat,& intrat coram Deo. 175.b
Oratio illuminat intellectum,& inflammat effectum. 202.a
Oratio peccatoris multum debet eſſe clamoſa. 184.a
Oratio debet eſſe deuota. 222.b
Oratio deuota maxime illuminat intellectum. 223.d
Oratio quomodo dicitur nuntius. 203.c
Oratio utrū debeat eſſe diuturna. 188.b
Oratio eſt contra pericula ſummum remedium. 179.e
Oratio ſæpe a Diabolo impeditur.190.c
Oratio triplex. 191.c
Orō cor iſlammat, & ſpūale efficit.197.a
Oratio quare non dirigitur ad Sanctos, qui ſunt in purgatorio ſicut ad illos, qui ſunt in Cœlo. 209.a
Oratio uocalis utrum cadat ſub præcepto. 209.b
Oratio utrum ſit tanti boni quantum petitur meritoria. 216.d
Oratio hominem comitatur in ſolitudine huius ſeculi. 208.b
Oratio eſt quædam ſagitta. 207.d
Oratio diuinam iuſtitiam pacat. 213.d
Orationis nobilitas. 178.a
Orationem expedit ſingularis perſonę uocalem eſſe. 188.e
Orationes peccatorum utrum aliquid apud Deum impetrent. 183.b
Orationes multorum de facili exaudiuntur. 219.a
Orationes cur reqrat a nobis Deus182.e
Orationes ſunt arma iuſtorum. 179.e
Orator ſecularis orat aliter, & aliter orator diuinus. 182.e
Ordo matrimonij. 289.b
Os,lingua,mens, ſenſus,uigor quare clamare debent, ut Deus orationem intelligat. 206.d

Oſcula

Oſcula puellarum quæ ſunt peccata, & quæ non. 272.a

P

Pariens mulier quatuor habet, ſic peccator confitens. 98.c
Parochialis ſacerdos an faciliter licentiam dare debeat ſuis ſubditis. 44.d
Paſtoris proprietas. 181.d
Patuitas maxima peccatoris. 115.d
Peccator omnia peccata detegere dēt. 53.a
Peccator excuſat ſe diuerſimodè uerbis. 69.c
Peccator conuerſus quid agere debeat. 143.c
Peccator dum manet in peccato eſt extra locum ſuum. 22.b
Peccator propter ſeptem erubeſcit. 86.a
Peccator debet libertatem quærere. 115.d
Peccator per confeſsionem intratur in iuriſdictionem Curiæ miſericordiæ. 36.a
Peccator ubicunque reſpiciat uidet materiam doloris. 16.d
Peccator de omnibus peccatis ueniam ſperare poteſt. 102.c
Peccator quid agere debeat. 44.c
Peccator quomodo exauditur. 185.a
Peccator quare non uult redire ad ſuam conſcientiam. 49.d
Peccator de tribus aduerſarijs quos habet cōtra ſe. 141.a
Peccatoris dolor nō dēt eſſe cōtinuꝰ i actu 8.e
Peccatorem uocat Dn̄s quadrupliciter. 6 a
Peccatori confitenti ſua peccata Deus latus ſuum aperit. 108 a
Peccatores propter quatuor non exaudiuntur à Deo. 183.b
Peccatores debent propter quatuor uelociter agere pœnitentiam. 59.a
Peccatum carboni comparatur. 116.b
Peccatum eſt limus, & lutum. 117.c
Peccatum publicum etiam confeſſori notum eſt confitendum. 62.a
Peccatum hominem ſpoliat omni bono gratiæ, & gloriæ. 4.c
Pc̄tm̄ quadrupliciter cōtingit ignorare. 102.c
Peccati natura. 22.b
Peccati ponderoſitas maxima. 96.b
Peccata minora etiam ſunt confitenda. 61.b
Peccata aliena quomodo noſtra fiunt. 103.b
Peccata aliena duobus caſibus poſſunt pœnitentes conficeri. 82.a
Peccata quanto quis maiora confitetur, tanto magis à confeſſore diligendus eſt. 106.a
Peccata difficile intelliguntur. 103.c
Peccata occulta ſunt reuelanda. 63.b
Peccata qūo dn̄r effundi coram Dn̄o. 65.c
Peccata in anima ſunt ueluti uermes in corpore. 28.f
Per pontem pęnitentię tranſeundum eſt periculum huius ſeculi. 156.c
Periculum malæ ſocietatis. 27.d
Periculum eſt in mora confeſsionis. 122.e
Periculum imminet confeſſori quando pro magnitudine virorū quos audit parcit eis, nec audet dicere quicquam. 139.e
Pericula ſecundarum nuptiarum. 304.e
Perſeuerantia in orone eſt neceſſaria. 217.a
Pietas puellarum. 277.d
Pluralitas maxima vxorum cāuit dāna. 256.c
Pluribꝰ rōnibꝰ oñdit pniam placere Deo. 17.a
Pęnitens quid debet facere ſi ſacerdoti ignoranti confeſſus fuerit. 80.c
Pęnitens facit officium aduocati. 146.d
Pęnitens ſi ſponte faciat pęnitētiam quid indiget Sacerdote imponente eam. 171.c
Pęnitens uerè nunquam renuat pęnitentiam ſuſcipere. 158.a
Pęnitens ſpes ueniæ habere debet. 101.c
Pęnitens officium gerit procuratoris. 146.d
Pęnitens qualis debet Sacerdos eligi. 81.e
Pęnitēti utrum in articulo mortis debeat iniungi pęnitentia. 169.e
Pœnitentes erubeſcere non debent propter circunſtantes. 76.a
Pęnitētia qūo iniungēda eſt in numero. 157.e
Pnia parua ēt in nōnullis eſt damnoſa. 172.e
Pnia qūo eſt iniungenda a Sacerdote. 168.e
Pęnitentia ita iniungatur, ut per eam peccatum nullo modo detegatur. 168.a
Pnia de his qui expectant in ſenectute. 25.d
Pęnitentia Angelis Dei Placet, & Angelis Diaboli diſplicet. 24.b
Pęnitentia peccatoris uoluntaria cur Diabolo diſpliceat. ibid.
Pnia contra reciduū qūo debet iniungi. 173.c
Pœnitentia eſt ſcala, qua in cœlum aſcenditur. 79.a
Pœnitentia eſt ueluti ſcala Iacob qua itur in Cœlum. ibid.
Pœnitentia propter quinque agēda eſt. 126 c
Pęnitentia eſt magna miſericordia propter quatuor. 51.c
Pœnitentia parua non eſt quærenda à pœnitentibus in hoc mundo. 149.a
Pœnitentiæ uis. 18.a

Pœnitentiæ luctum duplex. 126.c
Pœnitentiam differre vſque in finem vitæ eſt magna inſipientia. 148.a
Populus rudis non tenetur ad multa dogmata Eccleſiæ obſeruanda. 202.b
Poſtulatio, oratio, obſecratio, & gratiarum actio quomodo differunt. 197.d
Poteſtas explectiua triplex. 286.b
Poteſtas triplex copulatiua in coniunctione matrimonij. 283.d
Poteſtas cauſalis in matrimonio. 286.c
Poteſtas rationalis in matrimonio. 287.a
Poteſtas diſiunctiua triplex in coniunctione matrimonij. 285.a
Practica confeſſoris circa pęnitentem. 140.e
Præceptũ Dñi pro uiduis ſuſtentandis. 309.b
Pręd icatoris munus. 186.b
Principes cur nõ multã habeant prolẽ. 249.b
Proceſſiones poſt paſcha cur & vbi ſint ordinatæ. 35.b
Propoſitum ceſſandi à peccatis requiritur in pœnitente. 92.a
Pſalmi quare iniũgunẽ ꝓ ſatisfactione, qñ nihil uidenrur ad rem pertinere. 200.a
Pudicitia vidualis in tribus oſtenditur. 299.c
Pulchritudo mulieres eſt multorum cauſa malorum. 239.c

Q

Q Vælibet dieta hic nominata non habet niſi tres breues leucas. 2.b
Quadruplex difficultas in examinatione conſcientiæ. 50.a
Qñ qs teneẽ orõnẽ repetere, & qñ nõ. 205.b
Quando quis obligatur ad confitendũ. 123.b
Quatuor impedimenta ne mens eleuetur in Deum. 186.c
Quatuor modis contingit mentiri in confeſſione. 83.b
Quatuor honores debentur uiduis. 308.b
Quatuor cauſæ propter quas debet homo cito conuerti ad Deum. 30.a
Quatuor ſigna hominis verè contriti. 34.b
Quatuor conditiones requiſitæ ad percipiendum gratiam Dei in matrimonio. 233.c
Quatuor impedimenta ne quis conteratur de peccato ſuo. 26.c
Quatuor modis reuertendi ad Dñm. 101.c
Quatuor modis fit cõfeſſio nõ integrè. 53.b
Quatuor ſcindenda ſunt in contritione. 32.c
Quatuor valentia ad memorandum peccata præterita. 48.b
Quid intelligitur per propriũ ſacerdotẽ. 44.d
Quid de organis q̃ reſonãt ĩ Eccleſia ſi hõ ſit abſolutus ne dicat verſũ quẽ reſonãt. 210.c
Quilibet Catholicus tenetur confiteri proprio ſacerdoti. 43.b
Quinque moribus animæ qui fieri ſolent in contritione. 33.a
Quinque conditiones requiſitæ ad amorem coniugum. 255.a
Quinque conditiones mali ſolutoris. 158.a
Quinq; officia pęnitentis in cõfeſſione. 145.d
Quomodo confeſſor debet conſolati confitẽtem, poſtquam confeſſus eſt. 137.a
Qũo quædam excutiuntur vt locuſtæ. 153.d
Qũo ſacerdotis eſt abſoluere peccatorẽ. 139.a
Quomodo facile eſt illam Canonum pęnitẽtiam ẽt ſeptem annorũ adimplere. 174.e
Quomodo ab importunitate Muſcarũ ideſt cogitationũ uagarũ nos defendimus. 195.a
Quot modis oportet orõnẽ eſſe agilẽ. 212.c

R

R Ationes deſperandi quæ ſunt à debita ſatisfactione, & quæ remedia. 165.a
Rationes quare erubeſcentia non debet claudere os peccatoris. 75.a
Recidiui ſuſpitio multos impedit à ſui conuerſione. 89.a
Recordatio paſſionis Chriſti inducit peccatorem ad contritionem. 14.d
Regula ordinis matrimonij pro viris cõtinet quinque capitula. 289.e
Regula ordinis matrimonij pro mulieribus continet quinque capitula. 290.a
Remedia tentationis. 173.c
Remedium ſuæ infirmitatis quęrunt bruta, homo uero non. 115.d
Reprobi ambulant uiam fatuorum. 99.b
Reprobi quomodo uadunt uiam trium dierum ad infernum. 104.e
Reſtitutio in integrũ Deũ ſpoliatum. 143.c
Reſurgentiũ conditio in beatitudine. 306.a

S

S Acerdos debet imponere pęnitentiam in pondere 166.b
Sacerdos in confeſſione exercet officium medici. 129.d
Sacerdos malus an benedicere rite queat, & proſit benedicens. 279.e
Sacerdos ſi diſcretè taxet pęnitẽtiã, an faciẽs eam ſit totaliter a pęna liberatus. 171.d
Sacerdos dulciter, & benigne tractare debet pœnitentem. 172.e

Sacerdos

Sacerdos q̃uo exercet officiũ iudicis. 127.a
Sacerdos quid in pœnitente remittat. ibid.
Sacerdos in menſura debet iniungere pœnitentiam. 170.a
Sacerdos grandẽ nõ imponat pęnitẽtiã. 170.b
Sacerdos gerit officium obſtetricis. 131.a
Sacerdos in confeſſione exercet officiũ amãtiſſimi patris. 132.a
Sacerdos debet eſſe lętus, & blandus erga pœnitentem. 132.a
Sacerdos quid ſi dormiret audiendo confeſſiones. 80.d
Sacerdos habet Officiũ diſpẽſatoris Dei 41.d
Sacerdotis & pœnitentis in peccatis recenſendis munus. 135.b
Sacerdotem oportet in ſatisfactione imponẽda omnia in pondere, numero, & menſura ordinare. 157.d
Sacerdotes quare non nubunt. 234.f
Sacerdotes ignari non ſunt admittendi in confeſſionibus audiendis. 81.e
Sacerdotes debent eſſe mundi a ſordibus cunctis. 130.c
Sacramentum matrimonij a ſolo Deo inſtitutum eſt. 227.c
Sagax debet eſſe confeſſor in imponendo pœnitentiam. 166.c
Sal dicuntur Sacerdotes. 173.a
Salus i hac uita nõ dẽt alicui eſſe certa 104.b
Sancti an ſint orandi. 209.e
Sanctiora deſunt in tribulationibus. 14.d
Sarracenis habentibus plures uxores non eſt melius, quàm Chriſtianis tantũmodo unã habentibus 270.b
Satisfacere Deo quis poſſit. 167.d
Satisfactio uera quomodo fieri debeat. 150.a
Satisfactio quomodo dicitur fructus precedens ex contrictionis, & trunco, & ramis confeſſionis. 147.a
Satisfactio ẽ de iure naturali, & Diuino. 151.b
Satisfactio eſt uoluntarie aſſumpta. 153.d
Satisfactio triplex 153.b
Satisfactio cum diſcretione quanto durior, tanto Deo ſuauior. 155.a
Satisfactio debet peccata conſumere. 159.b
Satisfactio debet ſpontaneæ & cum uoluntate libera pœnitentis acceptari. 161.d
Satisfactio quanto maior, tanto utilior 162.d
Satisfactio hominem renouat. 162.e
Satisfactio habilitat pœnitentem. 163.e
Satisfactio dictat pœnitentem. ibid.
Satisfactio q̃uo uolũtariè acceptari põt. 154.c
Satisfactiones ſunt dandæ ſecundum qualitates peccatorum 171.b
Scholaris Chriſti nõ eſt bonus, qui nõ niſi ſemel uadit ad confeſſionem in anno. 118.b
Scholares quomodo Pariſius venientes quãdoque declinant per omnes caſus. 113.d
Sciẽtia cõfitendi præ cæteris eſt utilior. 118.c
Securũ eſt cito poſt peccatũ confiteri. 123.a
Septem conditiones aqua contritionis. 20.b
Septem modis ſolet reformari pax inter diſcordes. 127.b
Sep:ẽ cõdõnes ad uerã uiduã req̃runt. 294.b
Septem effectus matrimonij. 232.b
Septem cauſa ariditatis cordis & indeuotionis. 224.f
Sex ſunt motiua ad orandum Deum. 176.c
Sex à quibus abſtinere debet puella. 272.b
Sex nominibus contritionis. 31.c
Sex motiua ad ſtatum uiduitatis obſeruandum. 302.d
Signũ verè confeſſi eſt quando faciliter adimplet mandata Dei. 98.a
Signi crucis poteſtas magna. 150.a
Simplicitas animi ſummè utilis. 288.c
Sodomorum uitium grauiſſimum. 270.a
Spes longæ uitæ multis eſt cauſa differendi conuerſionem. 88.d
Spes longæ uitæ fallax eſt, & damnoſa, & ſtulta probatur hoc exemplis. 72.a
Spõſus Eccleſiæ quod Chriſtus ſit patet quadruplici figura. 242.b
Status uirginalis perfectior alijs. 297.c
Status uiduitatis eſt liber. 303.a
Status virginitatis utrum ſtare poſſit cum uiduitate. 302.c
Status hominis triplex ſignificatus per Noe, Iob, & Daniel. 242.a
Sterilitas in muliere poteſt multipliciter contingere. 235.a
Stultitia quaduplex in cicatricibus peccati curandis. 148.a
Superbia uitium eſt grauiſſimum 276.b
Superbi proprietas. 95.c

T

Talenta a Deo nobis credita, exemplo naturalium rerum a nobis multiplicanda ſunt. 133.b
Tentatio maximè oratione adiuuatur. 216.c
Tentationis remedia 163.c
Timor ſatisfaciendi, & pœnitentiam agendi debet abſcindi 86.b

Timor inferni eſt ualde utilis peccatori. 14 d
Timore pęnæ potius quàm amore pęnitentia agatur a multis. 144.b. Traiani factū. 312.a
Tres cāæ cōfidētiæ remiſſionis pcō:ū. 100.b
Tres cōdōnes requirunť ad ſpōsā Xpi. 283. b
Tres partes pœnitentiæ ſunt neceſſariæ contra hoſtes uiſibiles, & inuiſibiles. 212.a
Tres dietæ pęnitētiæ iuxta ꝓphetiā Eſaię 11.a
Tria præparatiua ad orationem. 181.d
Tria pericula confeſſori in confesſiones audiendo. 133.d
Tria maxime induceunt ad cōfitēdum. 124.a
Tria incitant ad ambulandum iter trium dierum pœnitentiæ 84 b
Tria impediunt confesſionem 87.b
Tria genera ſacrificiorū in antiqua lege. 45.b
Triū partiū pęnitētiæ de trib⁹ cōminibus 65.a
Triū primogenitorū de itērēptione Aegipti. ſ. Pharaonis, Ancillæ, & iumentorum. 94.c
Tribus malis quæ facit peccatum. 2.e
Tribulatio interior, & exterior duplex. 192.b
Tribulationes ſunt medicinæ aīæ nr̄æ 153.b
Tribulationes inuitę uenientes ſunt iniungendæ pęnitenti. 160.a
Tundere quid ſit pectus. 67.a
Turturis natura. 307.b

V

VEnialia qūo confitenda, & qūo non. 64.f
Venialia peccata ſunt in duplici dr̄ia. 64.f
Vētris repletio ex multis prouenit cāſis 87.b
Verbi Dei uis magna. 15.d
Verecundia eſt comes confeſſionis. 65.a
Verecundia puellarum. 273.d
Via ad Cœlum abbreuiata eſt. 51.b
Vidua myſtica duplex. 293.a
Vidua quadrupliciter dēt eſſe prudens 295.d
Vidua deponere debet ornatum. 298.c
Vidua dupliciter debet eſſe ſobria. 300.d
Vidua debet eſſe quieta. 301.b
Vidua debet eſſe quadrupliciter pia. 294.c
Vidua ſi non poſsit ſe continere nubat in domino. 303.e
Vidua genus triplex. 299.b
Vidua debet eſſe mēte & corpore caſta 301.a
Vidua debet eſſe multipliciter prudens in adminiſtratione temporalium ſuorum. 296.a
Vidua debet eſſe cauta ad uitandum ſimulationes hypocritarum. 297.b
Vidua debet eſſe interius & exterius humilis. 297.c
Viduę antiquitus qūo ſuſtentabantur. 308.b
Viduæ filios erudire debent. 296.d
Viduæ fideles non obliuioni tradunt defunctum maritum 306.a
Viduę qūo defendēdę ſūt ī negotijs ſuis 310.a
Viduæ quomodo conſolandę ſunt 309.d
Viduæ a Deo multis modis conſolationem acceperunt. 310.d
Viduæ quid uitare pręcipuè debeant. 301.a
Viduę quomodo ſunt uiſitandæ. 309.c
Vigilare debet homo in hac uita. 142.b
Vina fugienda a uiduis. 300.d
Vir in quibus caſibus non tenetūr uxori reddere debitum, & conuerſo. 268.a
Vir debet eſſe diligens in gerendis rebus domus ſuæ. 290.e
Vir, & mulier quomodo debēt alterutrū ſupportare 264.d
Vir quot modis ſeparari poteſt a cohabitatione mulieris eius, & e contrario. 243.a
Vir an licite poſsit mulierem deprenſam in adulterio interficere. 262.a
Vir patiēter gubernare debet uxorem. 287.a
Vir contrahens cum muliere ad duo reſpicere debet. 241.c
Vir & uxor qūo ſit duo in carne una. 259.c
Vir & uxor non adulterari ſibi inuicem ex æquæ tenentur. 266.e
Vir litigios⁹, & uxor iniqua mala peſtis. 285.a
Viro mortuo mulier ſoluta eſt a lege, licet etiam ſuſcitaretur uir. 245.b
Viri dn̄t uxorib⁹ de neceſſarijs prouidere. 289.e
Virginitas puellarum quomodo matrimonio dedicanda eſt. 272.e
Virtus omnis ex matrimonio oritur. 228.c
Virtus orationis duplex. 216.e
Vis confeſsionis. 107.c
Vnus vtrū poſſit pro alio ſatisfacere. 163.a
Vnus coniugum debet alium charitatiuè corrigere. 263.b
Vtrum in contritione aliquid dimittatur de pœna debita peccato. 29.b
Vxor ſumpta ex malis parētibus multa affert damna. 248.a
Vxor qūo debeat domū ſuā gubernare. 291.a
Vxor mala difficillimè cuſtoditur. 258.a
Vxor uiri officium non ſuſcipiat nec uir vxoris. 263.a
Vxor utrum ſine uiri conſenſu longas in eccleſia orationes facere poſsit, & ieiunare, & cilicium induere. 260.b
Vxor tribus de cauſis dicitur. 243.b
Vxores nimis ornatę grauiter peccant. 290.e

FINIS.

SERMONES
DE POENITENTIA,
QVI
ITINERARIVM PARADISI
DICVNTVR,
IOANNIS RAVLINI
Ordinis Cluniacenſis.

De pœnitentia Sermo primus, cuius thema eſt tale.

A *Dies triplex eſt dies illuminans. ſ. contritio, confeſſio, et ſatisfactio.*

IBimus viam trium dierum in ſolitu dine. Exo. 3. Per tres dies itur in cęlum. In tertia die Chriſtus reſurrexit ad gloriam. Roman. 6. Quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, ideſt in noua ſemita ad vitam æternam ducente. Tres hi dies ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Si enim eſſent tres dietæ vſque ad ſanctum Dionyſium, qui perficeret vnam, & in duabus deficeret: nunquam ad terminum intentum perueniret: ſic qui in aliquo prædictorum dierum deficeret. Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt duos dies: & in die tertia ſuſcitabit nos. Primus dies eſt contritionis: de quo Hiere. 17. Induc ſuper eos diem afflictionis: & duplici contritione contere eos, ſcilicet de commiſſis & omiſſis. Quæ ideo dies dicitur, quia nullus dolens de peccato conteritur: niſi ad cognoſcendum ſtatum ſuum, & peccati incommoda, per gratiam illuſtretur: & ſic dies oritur illi. Pſal. 138. Tenebræ. i. peccatores non obſcurabuntur a te, Deo illuminante; ſed illuminabuntur, vt dicit glo. & tunc nox, ideſt peccator, ſicut dies illuminabitur, ad cognoſcendū ſeipſum, ſtatum ſuum, pericula, & peccata, vt de eis doleat. Mala enim incognita nō plo-

 rantur.

rantur.Eccl. 1. Qui addit ſcientiam,addit & dolorem.Secunda dieta,eſt confeſſionis,quæ illuminat ſacerdotem, vt videat peccatum, quod ante non videbat. De quo dici poteſt illud. Pſal. 18. Dies diei,id eſt contritus, illuminatus gratia Dei,ſacerdoti illuminato per ſcientiam: eructat verbum peccati in confeſſione, & nox,id eſt peccator, nocti,id eſt peccatori,indicat ſcientiam, peccatum ſuum reuelando. Sicut cum ſapiens cauſam ſuam,& incõmoda ſua reuelat adiuuantibus,& promouentibus, & non nocentibus,& impedientibus,Pſal.36. Reuela domino viam tuam,id eſt confeſſori, qui eſt loco domini:& ſpera in eo: & ipſe faciet quod quæris, ſcilicet liberationem animæ tuæ.Tertia dieta, dicitur ſatisfactio: quæ dicitur dies, quia proximum illuminat.Rom.13. Nox præceſſit,ſcilicet peccati:dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, ſcilicet peccata,&c.Nox fuit, quando homo fuit in peccato: dies cum pęnitet, abijciens peccata per contritionem, & confeſſionem: & ſic in die honeſtè ambulat, cum pœnitentiam ſuam facit. Opus enim bonum,& pęnitentia, proximum illuminat, quid agendum ſit: & quo cundum. ſicut candela in manu, vel in laterna,non ſolum portantem, ſed ēt aſtantes illuminat.Mat.6. Luceant opera veſtra bona coram hominibus. Hoc aũt fiet mediante illa, quæ eſt porta lucis fulgida:q̃ lucē dedit ſeculo: ſine qua nihil lucet.Vt ergo de lucerna ſua lumē accipiamus,ipſã ſalutem⁹ dicētes. Aue.

B Dies. Qualibet dieta hic nominata, nõ habet niſi tres breues leucas.

Peregrinus recedens ab Aegypto, ideſt a tenebra peccati inſtar filiorum Iſrael, pergere debet viam trium dierum: contritionis, ſcilicet, confeſſionis, & ſatisfactionis, in ſolitudine pœnitētiæ quæ ſunt tres dietæ breues ſcientibus iter.Quælibet enim dieta,non habet niſi tres leucas breues: non magnas ſicut ille de Aluernia,ſcilicet ſunt quaſi gallicanæ. Qui enim vellet ire rectè ad ſanctum Dionyſium de Pariſijs, non inueniret niſi duas breues leucas.Sed ſi neſciens viam,iret per ſanctum Marcellũ, & per Hieruſalem,& Damaſcum,longiſſima eſſet via:ſic breuiſſima eſt via paradiſi ſcientibus, & ire volentibus. Filij Iſrael cum peregrini eſſent in terrã promiſſionis, per quadraginta annos circũierunt montem vnum.ſed ad vltimum, ita remoti fuerunt ſicut erant in primo anno.Qui autem ſciret viam primæ dietæ,ſcilicet contritionis: faciliter eam facere poſſet; & citius quàm equus velox vnam leucam. Qui autem ire vellet per purgatorium,via eſſet longiſſima.Lectionem ergo iſtam ſtudeamus;& cum filijs Iſrael, faciliter ibimus uiam trium dierum in ſolitudinem. In hoc ſermone dicemus quàm breuis, & quàm facilis eſt dieta contritionis. In ſequentibus ſermonibus de conditionibus ipſius contritionis. Dieta igitur contritionis, tres paruas leucas habet ſecundum quod peccatum tria mala operatur in homine, a quibus ſi uelit, faciliter liberatur contritus. Primò enim,peccatum hominem obligat, ſeu adiudicat inferni patibulo.Homo quippè in mortali exiſtēs eſt in forefacto manifeſto, quia coram Deo, & Angelis eius.Pſalmiſta: 9.In operibus manuum ſuarum comprehēſus eſt peccator. Non enim eſt peccatum apertius factum, quàm coram iudice factum. Heb.11. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius; ad quem nobis ſermo. gloſ. ideſt cui oportet reddere rationem. Et hoc nos multum deberet a peccatis retrahere, ſicut præſentia iudicis contra furtum; magiſtri contra ocia puerorũ; ſponſi contra ſponſæ adulterium. Eccl. 3.Sapiens cor & intelligibile,abſtinebit ſe a peccatis; & ſtatim ſequitur. Quoniam Deus proſpector eius eſt.Pſal.118. Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. Exemplum de illo ſcholari ſolicitato a muliere,quam antea dilexerat; cum reuerſus eſt a ſcholis, iterum ſolicitatus. eſt ab eadem, qui duxit eam ad forum, & dixit ut ibi ſe pararet mulier: quæ renuit propter hominum aſpectum. Et ego (inquit) propter Dei Angelorum, & ſanctorum omnium ſpectaculum. Ex his ergo manifeſte comprehenditur in furto; & quia hoc negare non põt; iam

C Peccatũ. De tribus malis quæ facit peccatum.

ſen-

ſententia lata eſt in curia iuſtitiæ contra peregrinum latronem. Rom.6. Stipendia peccati mors, ideſt patibulum inferni. Ezechielis 14. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Heſter.6. dixit Rex Aman ſuſpendite in patibulo, Lata eſt igitur ſententia, ſed ſuſpenſa; & niſi appellemus ad curiam miſericordiæ infra tempus debitum, ſcilicet præſentis vitæ, dabitur executioni, & hoc in confeſſione, quæ eſt curia miſericordię. Vnde Aug. ſuper illud Rom.2. An diuitias bonitatis & patientiæ eius contemnis? ait cōtra parum feſtinantes appellare. Dum tempus eſt, unuſquiſque prauitatem ſuā corrigat, ſi Dei patientiam permiteſcat, ne quem nunc tranquillum deſpicit, iratum poſtmodum iudicem nequaquam euadere poſſit. Poſſumus autem ad hoc ponere exemplum, vt peregrinus uadat primam leucam huius dietę. Nam quidam captus in latrocinio ita manifeſto, ꝙ non poteſt negare, iudicatus eſt, ligatus, & velatis oculis, ſeu bendatis, ducitur ad patibulum. Obuiat ei Rex dicens. Amice quo duceris? reſpondet. Domine propter forefactum & latrocinium meum, ducor ad patibulum. Dixit Rex. Amice condoleo, & miſereor tui. Quod audiens latro dicit. Domine ſupplico, vt me iuuetis. Reſpondet Rex. Si vis credere mihi, & facere quod dicam tibi, liberabo te doleas ꝙ feceris, propter quod duceris ad patibulum, & eris liberatus. Facillimum eſſet ei dolere, & cito doleret. Nec ita cito curreret equus, quantumcumque velox, leucam vnam, ſicut iſte doleret, & Deo appropinquaret. Quod autem peccator peregrinus ſit in furto comprehenſus paruit. Sed ꝙ ſit ligatus, & oculis bendatis ducatur ad ſuſpendium, funem habens in collo, patet per Pſal.118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Prouer.5. Iniquitates ſuę capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Auguſtinus lib. confeſſionum. Ligatus eram non ferro alieno, ſed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat ferream, vnde me conſtringebat. Si enim latro centum catenis ligatus eſſet, ruptis alijs, una ſola teneret eū fortiter, ſic eſt de peccatis mortalibus. Item ſicut latro quando bendatus ducitur ad patibulum, neſcit quando eſt prope, vel quando eſt longe, ſic eſt de peccatore. Gregorius in homil. Si ſciret quiſque quādo de præſenti tempore exiret, aliud tempus voluptatibus, aliud pęnitentiæ daret. Sed qui veniam ſpopondit, diē craſtinum non repromittit. Ducitur autem ad ſuſpendium, quia quotidie appropinquat patibulo inferni. Seneca. Quotidie morimur: quotidie aliqua par vitę demitur: & cum creſcimus; vita decreſcit. Sed obuiat ei dominus & loquitur ei, quando facit eum de talibus cogitare, quomodo, ſcilicet iudicatur, quomodo ad patibulum ducitur, in quo ſtatu, in quo periculo moratur, ſicut fecit ad Adam. Gen.3. Adam vbi es? Quia enim ſe non videt peccator, ideo non dolet. Dr̄ cōiter. Nullus videt dānū ſuū quin doleat. Ber. O hō ſi te videres, tibi diſpliceres, & mihi placeres, ſed quia te nō vides, tibi places, & mihi diſplices. Veniēt dies qn̄ nec mihi, nec tibi placebis. Mihi qa peccaſti, tibi quia in ęternū ardebis. Ideo dicit dominus peregrinæ aīæ peccatrici. Hiere.3. Leua oculos tuos in directū; & vide vbi nunc pſtrata ſis. ſ. in inferno, vbi nulla eſt redēptio. Loquitur ergo dominus peccatori cogitanti de huiuſmodi dicens ei. Doleas ꝙ uadis in inferno. & ꝙ malè uadis, ubi ſuſpēdet te diabolus: & ego liberabo te. Ezech.18. Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis quæ operatus eſt; & cuſtodierit uniuerſa præcepta mea: & fecerit iudicium & iuſtitiam; uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Et in fine capituli. Et quare moriemini domus Iſrael? quia nolo mortem morientis dicit dominus. Reuertimini & uiuite, ecce ſententia reuocata eſt. Secunda leuca primę diei peregrini, in Hieruſalem eſt, ex hoc, ꝙ homo per contritionem liberatur a ſecundo malo quod facit peccatū, quia ſpoliat hominem omni bono gratiæ in præſenti, & gloriæ in

 futuro.

Peccatū hominē ſpoliat omni bono gratiæ, & gloriæ.

futuro.Exēplū.ecce hō ſedēs in equo,& denarios hñs,& oīa neceſſaria ſibi,ſtultitia ſua peregrinādo,incidit ī latrones, q̄ pſtrauerūt eū ad terrā,&abſtulerūt ei equū,frenū,ſellam,cingulum,& ēt multis plagis afflixerunt, & ſemiuiuum reliquerunt: & ſpoliauerūt eum omnibus bonis ſuis : & factus pauper & nudus, obuiat regi.Rex dicit. Amice unde uenis? quomodo tibi eſt? Reſpondet.Spoliatus ſum in terra ueſtra; omnia bona mea amiſi,quia per ſtultitiam meā incidi in latrones. Dicit ei Rex. Doleas ꝙ tua bona amiſiſti, & ego omnia tibi reſtituam : & adhuc ampliora tibi dabo. Non eſt dubium,quin eſſet ei facillimū dolere de amiſſis. Nullus enim perdit quin doleat? Nec eſt equus ita uelox in mundo: qui ita cito iret per unam leucam, ſicut iſte doleret. Homo ante peccatum diues eſt multum, quia qui Deum habet,habet omnia bona. Auguſtinus. Promiſiſti mihi omnia bona ſi amem te : da mihi te ſolum & ſufficit mihi. Bernardus.Nimis auarus eſt, cui non ſufficit Deus, & econuerſo. Qui non habet Deum, nihil habet. Augu. Omnis copia quæ non eſt Deus meus, egeſtas eſt. Iſte, ſcilicet qui Deum habet ſedet in equo : quia anima ſe habet ad corpus, ſicut ſeſſor ad equum,quando dominatur corpori.ſed incidit in latrones, quando incidit in peccata mortalia:& auferūt ei omnia bona ſua.Thrē. 1.Miſit manum ſuam hoſtis, ad omnia deſiderabilia eius. Obuiat autē ei Rex, quando eam de paupertate ac miſeria ſua cogitare facit,& auertere.Tertia leuca primæ dietę, ſcilicet contritionis,ex hoc ſurgit, ꝙ homo liberatur a tertio malo quod facit peccatum,ſcilicet,quia facit hominem incurrere Dei offenſam. Exemplum. Aliquis clericus diu ſeruiuit ſummo Pontifici habebat beneficiū magnum in manu ſua quod debebat ei dare, deliquit iſte clericus, & offendit dñm ſuum multum: propter quod iratus dominus,non vult ei dare beneficiū quod uacat. Tandem venit ad eum dictus Epicopus,ſua benignitate. Amice me offendiſti,ſed ſi uelles facere volūtatem meam,pax eſſet inter me & te,& darem tibi quicquid retraxi tibi. Hoc ſolum facias, doleas ꝙ me offendiſti. Homo ſeruiens Deo expectat magnam præbendam gloriæ:& ſeruiendo ei tamquam regi, expectat magnum donum, ſcilicet regnum, non tranſitorium, ſed æternum.Dan.7. Poteſtas eius poteſtas æterna: & regnum eius quod non corrumpetur. Iſte offenditur per peccatū & per illud peccatores odit. Pſal.118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. & ſeparat a conſortio Dei.Eſa.59. Iniquitates noſtræ, diuiſerunt inter nos,& Deum noſtrum.Sic obuiat ſummus Pontifex Chriſtus peccatori ſuauiter ſonans.vt ei diſpliceat ꝙ ſibi diſplicuit, & ſibi dabit gratiam quam ab eo ſubtraxit.Sed quæritur, cum contritio videatur eſſe grande donum Dei : quomodo tam facile, ut diximus, obtineri poteſt? Ad ipſum enim habendum oportet commoueri terrā cordis noſtri:quod non eſt facile:ſed ſolum illius eſt, quæ reſpicit terram & facit eam tremere. quæ tangit montes,ideſt ſuperbos:& fumigant,ideſt fumum contritionis emittunt.Reſpon.Guil. Pariſienſis,ꝙ tribus modis. Primo tantummodo gratuito dono, hoc eſt nulla cooperatione, nullo merito proprio, vel alieno : ſed ſola Dei miſerentis viſitatione : hoc autem ex ſola ſancti ſpiritus operatione procedit.Io.3.Spiritus ubi vult ſpirat.ideo bene dicit.Pſ. Commouiſti terrā & cōturbaſti eam.Quod fit ex duplici reſpectu pęnitentis inſpirat, a Deo.ſ.ad carentiam glorię,& conſiderationē offenſæ, vt ſit exemplo axæ duplex irriguum ſibi:ſuperius.ſ.& inferius. Secūdò,ex ſuffragijs eccleſiæ & ſanctorū.Nam ſancti Angeli intercedunt & orant pro peccatoribus: & gaudēt in eorū conuerſione, multiplex feſtum in ea facientes. Primò feſtum Natalis,quia in contritione naſcitur Chriſtus in corde peccatoris : vel ipſemet naſcitur filius Dei adoptiuus,per gratiam ſibi tunc collatam.Secundò Paſca, propter tranſitum domini.quia ad contritum tranſit parcens ei: & Aegyptios vitiorum occidens in eo.

A Cōtritio. Cum contritio ſit grāde Dei donū, quō tā facile poteſt obtineri.

B Angelus. De multiplici feſto qđ faciūt Angeli in cōuerſione peccatoris.

Vel

Vel ideo, quia dies reſurrectionis, dies eſt paſce. Tunc aũt a morte vitiorum, ad uitam gratiæ reſurgit. Vel etiam dr̃ reſurrectio generalis, quia ſicut Dei virtute, a quatuor ventis puluis intineratorũ corporum colligitur ad reformationem corporum, & ad iuſſum Dei: ſic puluis cogitationum, affectionum, verborũ, & operum colligitur hic, & conglutinatur in vnum, ad hoc vt reformetur nouus homo, ad iuſſum Dei mouentis cor. Ioan 5. Venit hora, & nunc eſt: quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent: & deinde exeunt de tumulis. i. de rebus malè amatis. Prou. 11. Deſiderium impij; ideſt res deſiderata monumentum eſt peſſimorum. Item in illo aduentũ filij Dei in cor hominis pęnitentis (vt dicitur. 1. Corin. 4.) Illuminatur abſcondita tenebrarum. i. omnes fęditates, & deformitates peccantis, quaſi prius non videbat: & manifeſtantur cõſilia cordium, per reuelationem confeſſionis coram confeſſore, tamq̃ corã prætore & tribunali. Et ſicut tunc damnandi veniunt tamq̃ trementes, dolentes, & erubeſcẽtes, ante tribunal iudicantis: ſic pęnitentes ad ſedem confeſſoris. Et ſicut dabuntur damnandi in mortẽ æternam: ſic omnia peccata, & membra veteris hominis, tamq̃ quidã impiorum cętus poteſtate iudiciaria, & virtute clauium in mortem æternam, abſque vlla reſurgendi ſpe danda ſunt. Quod fit cum propoſitum nunquam de cętero relabendi virtute clauium, & miniſterio ſacerdotis pęnitenti infunditur. Et ſicut iuſti aſſumuntur in vitam æternam, ſic uirtutes, & dona tamquam electorum cętus nutrienda, augenda, & roboranda ſunt. Tertiò, eſt eis feſtum Pentecoſtes, propter receptionem ſpiritus ſancti, ex quo eſt ipſa contritio, quæ ſeptem operationes in ipſo contrito infundit: quæ ſunt ſeptẽ eius dona: & quaſi ſeptẽ oſcitationes, quas fecit puer, dũ eum Heliſeus ſuſcitauit: & ſeptima hora, qua puerum reguli reliquit febris. Prima, eſt recogitatio bonorum a Deo largitore receptorum: & malorum eidem redditorum. Secunda, eſt recordatio bonorum promiſſorum,

Dona ſeptem ſpiritus ſancti in cõtritio in funduntur.

& præparatorum Deum diligentibus & quærentibus: & malorum minatorum & præparatorum contumacibus, & ad Deũ redire nolentibus. Tertia, eſt inquiſitio & præuiſio viæ qua ab his malis effugiat, & ad Deum rediens eius bona recuperet. His tribus cogitationibus quaſi tribus oſcitationibus velut os cordis aperit ſpiritualiter ſuſcitandus, vt ſpiritum ſanctum attrahat. quatuor ſequentes ſunt in voluntate, ſcilicet timor, dolor, ira, pudor, & a qualibet poteſt incipere ſpiritus ſanctus ſeminationem virtutum motiuarum ad bonum, ſecundum beneplacitum eius. Quartò, eſt eis Aſcenſio: quia per eam aſcendit pęnitens de profundo vitiorum in ſublime virtutum & gratiæ: & quaſi ab inferis in ipſum cęlum eccleſiæ, hoc eſt in puritatem cõuerſationis ſanctæ: hæ ſunt quatuor ſolennitates quibus in cœlum reſonant Angeli ſuper conuerſione peccatoris. Sed ſicut gaudium magnum eſt Angelis Dei, ſuper vno peccatore pęnitentiam agente: ita gaudium magnum eſt Angelis ſathanæ ſuper vno iuſto labẽte. Eccl. 18. Si præſtiteris animæ tuæ, concupiſcentias ſuas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Pſalm. 12. Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero. Econtrario triſtitia eſt quando perdunt magnum peccatorem, quia præda quam multo tempore & labore acquiſierant, ſubitò de faucibus eorũ eripitur. Iudith. 7. Panis ſubcineritius hordeaceus ſubuertit caſtra Madian. & Iudit. 10. Poſt pœnitentiam & fletum vicit Holofernem. Sap. 12. Dum diſciplinam nobis das: inimicos noſtros multiplicitet flagellas. Grego. Vnde bonus proficit, inuidus contabeſcit. Tangit etiam quandoque corda eorum ex pijs operibus in pauperes: ſicut qui bonis ſibi datis bene utuntur, Deus ſuperaddit ad talenta. Tertiò, hæc contritio poteſt contingere ex vehementi conatu peccatoris: quoquidem modo in tali cooperatur Deus: maximè autem conamur ex ipſa magnitudine & horrore peccatorum. Plerũque enim qui minora non ſentiunt, nec terrẽtur eis in mõſtrifica ſce-

Dæmões triſtãtur de amiſſione peccatoris pœnitentis.

lera, & abominationes ignominioſiſſimas labi permittuntur: quorum magnitudine territi, non ſolum illa, ſed et minora que non videbantur, nec ſentiebant ſtudioſiſſimè corrigunt. Quemadmodum modicam labem in peplo ſuo mulier interdum lauare negligens: aliqua magna ſorde ſuperiniecta, non ſolum illam, ſed etiā minores quas prius negligebat ſtudioſiſſimè diluit & abſtergit. Sic & pro modica ſciſſura veſtis, non ſtatim reficitur, ſed poſtquam increuerit eius reparatio, feſtinatur. Sic pro leui dolore capitis non ſtatim aditur medicus, ſed iuxta illud. Pſ. 13. Multiplicatę ſunt infirmitates eorū: poſtea accelerauerunt ad medicū, & vix poteſt capi ſtrenuus miles in prælio, niſi cum grauiter vulneratus eſt. Sic nec in peccatis ſtrenuus, niſi cum graui peccato vulneratus eſt. Ezec. 3. In vulneribus eorum captus eſt. Et non obſtante ꝙ ſit conatus magnus a principio, in fine tamen conuertitur in gaudiū. In vitis patrum ſancta Sincletica dicit. In his q conuertuntur ad Deum, labor eſt & certamen, & poſtea ineffabile gaudium. Sicut.n. qui volunt ignem accendere, primo fumantur; & ex fumi moleſtia lachrymantur, & ſic obtinent quod volebant: ita oportet nos cum lacrymis, & laboribus, in nobis diuinum ignem accendere; vt a Deo qui ignis conſumens eſt, quod volumus obtinere valeamus.

Sermo ſecundus de pœnitentia per thema præcedens.

A Conuerſio.

Quæ cauſæ pp quas differt peccator cōuerti: & quibus vtitur dominus ad eum conuertendum.

IBimus viam trium dierum, &c. Licet dominus iubeat cuilibet peccatori, vt eat viam trium dierum in ſolitudine pęnitentiæ: nihilominus, differt miſer peccator, illud præceptum adimplere: viſus dicere illud. Eſa. 28. manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vbi quater dicitur expecta, vel reexpecta. Expecta, propter vitæ longitudinem, quam nobis promittimus: reexpecta, propter mundi dulcedinem, quam diligimus: expecta iterum propter laborem pęnitentię quam metuimus: reexpecta, propter confuſionem, & verecundiam, quam in confeſſione formidamus: quæ quatuor retrahunt peccatorem a pœnitentia. Sed quid reſpondebit eis dominus, quādo requirent eum in die tribulationis? Certè illud quod poſtea ſequitur. Et erit eis verbum domini: manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant, & cadant retroſum: & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Per quæ verba, quadrupliciter vocat dominus miſericorditer peccatorem. Primò, inceſſanter vocando auerſum. Eſaiæ 30. Aures tuæ audient verbum, poſt tergum monentis. Secundò, letanter recipiendo conuerſum: vt patuit in filio prodigo, cui data eſt prima ſtola, anulus, & calciamenta. Tertiò, amicabiliter corrigiendo peruerſum. Ezechiel. 18. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Et quare moriemini domus Iſrael? Quartò, longanimiter ſuſtinendo ſubuerſum. Eſaiæ 30. Propterea expectat dominus, vt miſereatur veſtri. Propter hoc Samuel quater vocatus, ter cucurrit ad Heli, & quarta vice reſpondit. Loquere domine, &c. Samuel dormiens, dormientem in peccato ſignificat. Hunc dominus ter vocat, ſed ſemper currit ad Heli, ideſt fortitudinem cogitans, & dicens. Adhuc ſum iuuenis & fortis: adhuc bene poſſum mundi delectationibus, & luſibus vacare; & adhuc poſſum ad agendam pœnitentiam tempus recuperare. Sed quando poſt trinam vocationem, ſcilicet inſpirando: per prædicatores monendo: & per infirmitatem robur corporis auferendo: dum vocat eum quartò, mortem & iudicium extremum comminando: tunc neceſſe eſt, vt reſpondeat illud Samuelis 1. Reg. 3. Loquere domine, quia audit ſeruus tuus. Tunc enim non poteſt amplius recurrere ad Heli, ideſt fortitudinem ſuam; quia ſicut dicitur Iob 9. Si fortitudo quęritur, robuſtiſſimus eſt. Quis

Peccatorē vocat dominus quadrupliciter.

 enim

enim reſiſtitit ei, & pacem habuit? quaſi dicat nullus. Sic Paulus iuuenis proſtratus, & infirmatus, dixit: Domine quid me vis facere? Hoc autem nemo dicere poteſt, niſi gratia Dei adiuuante. Roma. 6. Spiritus adiuuat infirmitatē noſtrā. Quam quidam a beata virgine poſtulabimus, dicentes, Aue.

B

Cõtritio.

Quid eſt cõtritio.

Ad perambulandum autem primam dietam .ſ. contritionis, videndum eſt quid ſit contritio, & de conditionibus eius. Vnde ſecundũ magiſtrum ſententiarũ in quarto. Contritio eſt dolor pro peccatis voluntariè aſſumptus, cũ propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Ex quo colligi poſſunt quatuor conditiones ad contritionem requiſitæ. Prima eſt, ꝙ ſit in ea dolor, vel triſtitia cordis.

C

Dolor.

Quare dolor requiritur ad cõtritionem.

Puerini & ſi cum delectatione concipiatur, non tamen ſine amaritudine pariatur. Membrum extra iuncturam, ſi reintegrari debeat, neceſſe eſt vt doleat: ſic peccator q extra corpus Chriſti. Vnde multis de cauſis requiritur iſte dolor. Primò, quia membrum (vt dictum eſt) reintegrari non poteſt, nec corpori reuniri a quo ſeparatum eſt, abſque dolore grandi. Duo metalla diuerſa nunquam perfectè vniuntur, niſi utrumque, vel alterum molle fiat & liquefiat: & quando ſimul vtrumque, tunc optimè iunguntur. Reparatio autem cordis humani fit, in coniunctione ad Deum. Deus quantum eſt ex parte ſua, ſemper liqueſcit, & molleſcit per miſericordiã, ideo non reſtat, niſi ꝙ peccator liquefiat per contritionis dolorem. Ezech. 24. Liquefiat æs eius. i. duritia peccati: & cõfletur in medio eius inquinamentum eius: & conſumatur rubigo eius. Cryſoſtomus ſuper Matthæum. Nemo aliqñ flens ad Deum acceſſit, qui non quod poſtulauit accepit. Sicut. n. ignis duram lignorum materiam diſſoluit: ſic contritio dura corda emollit. Secundò, quia peccatum eſt rubigo: ideo per multas attritiones, & contritiones oportet ipſum expelli. Greg. Ferrum mentis noſtræ ad ſubtilitatem non ducitur: niſi frequenter aſperitate malorum elimetur. Sed frequenter multum atterit Deus hominẽ flagellis, & tribulationibus, ut ad eũ per contritionem redeat, ſed refugit homo. Ezechielis 24. Multo labore ſudatum eſt, non exiuit ex ea rubigo. Tertiò, quia ſicut in corporali, ſic in ſpirituali medicina; medicina contraria, debet eſſe cauſæ morbi. Cauſam autem cuiuſlibet morbi peccati, eſt libido, ſeu voluntas improba; qua vult homo delectari propter ſe in creatura, ideo nil mirum ſi remedium huius morbi, ꝙ debeat eſſe contritionis dolor, ideſt oppoſitus libidini. Auguſt. Bona eſt lex quę dum concupiſcentiam prohibet, omnia mala prohibet. Quia enim peccata incipiunt a cordis concupiſcentia; iuſtum eſt, ꝙ omnis eorum remiſſio incipiat a cordis contritione. Quartò, quia offenſo principe, debet ei in loco vbi facta eſt offenſa, fieri ſatisfactio. In corde autem eſt peccatum primò perpetratũ; ergo in corde debet eſſe prima ſatisfactio. Hæc autem eſt dolor cordis & cũ peccator habeat ad Deum inimicitias: pax fieri non poteſt, niſi ſoluat contritionis amaritudinem. Eſa. 38. ecce in pace amari &c. Quando enim homo coram leone ſe proſternit, parcit ei: quãto magis coram leone de tribu Iuda?

D

Lachryma.

Lachrymæ mollificant Deum.

Apud mundanos cum aliquis poſt forefactum lachrymatur, dici ſolet: ille ſatis poteſt flere, lachrymæ eius nihil proſunt: ſed apud Deum non ſic. Pſal. 55. Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Quantumcunque enim peccauerit homo in Deum: ſi ex corde lachrymetur, ſemper Deus illud acceptat. Non enim dubitabat Tobias quin Deus lachrymas & preces eius admiſiſſet: habent enim hæ lachrymæ vim mollificatiuam, nam eis ſtatim placatur Deus, qui peccatori erat durus. Eſt. n. contritio vnguentum quo vnguntur pedes domini, & lenitur ipſe vt peccata dimittat. Sicut pluuia poſt intenſum feruorem deſcendens, mirabiliter aerem temperat & refrigerat: ſic de profundo cordis exeuntes lacrymarum pluuiæ, iram Dei mitigant. Sic fecit Dauid dicens. Pſ. 50. Tibi ſoli peccaui. Pſ. 134. Fulgura in pluuiã fecit. i. iram Dei ful-

gurantem, in pluuiam contritionis commutauit. Circa quod quæruntur tria. Primum eſt, vtrum dolor contritionis debeat eſſe continuus. Secundum, vtrum debeat eſſe maximus. Tertiò, vtrum minimus dolor poſſit eſſe contritio: & ad peccati deletionem ſufficiat. Ad primum videtur, quòd ſic. Hieremię 9. Scribitur. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo interfectos populi mei die ac nocte, ideſt aſſiduè. Ad cuius reſponſionem ſit. Prima veritas. Prælatis & capitibus populorum, pro peccatis eorum, continuò videretur eſſe lugendum: continuam enim habent occaſionem, & materiam luctus. Hoc patet ex auctoritate iam allegata. caput ſi quidem lugere habet, pro ſeparatione ſingulorum ſuorum membrorum. Cum ergo membra eius aſſiduè per peccatum abſcindantur a communione eccleſiæ: ſequitur quòd eis debet eſſe continuus luctus. Similiter pater pro continua interfectione filiorum ſuorum. Si Aaron non potuit offerre ſacrificium mente lugubri, pro interemptione ſuorum duorum filiorum, quantomagis pater ſpiritualis pro aſſidua mutilatione ſuorum totus deberet eſſe luctuoſus? Præterea natura fontis eſt vt aqua interior, pellat exteriorem: & quæ aliam expellebat, iterum cedat impellenti; & ſic continuus fluxus a fonte nunquam recedit. Sic dolor contritionis, lachrymas exterius exire compellit: & culpa ſubditorum quæ eſt materia doloris, ad dolendum compellit: & quia illa culpa eſt quaſi continua, videtur talibus opus eſſe continuo luctu. his tamen temporibus videtur capitibus, quòd membra eorum ad ipſos non pertineant: & patri quòd nihil eius intereſt de filijs: neque paſtori de ouibus. Indurati ſunt ad ſuos, quaſi non ſint ſui. Iob 39. Hæc eſt cauſa quare in eccleſia ponuntur oua ſtruthionis pendentia: in ſignum, quòd ſicut ſtruthio ſuorum obliuiſcitur ouorum: ita prælati ſubditorum. Secunda veritas. Non eſt opus peccatori aſſiduò lugere pro peccatis. Probat Alexan. in quarto, quia peccator tenetur malum quod fecit deteſtari: & cum præceptum ſit affirmatiuum, obligat ad ſemper, ſed non pro ſemper: immo pro loco & tempore: cum recogitat mala ſua quibus Deum offendit. Ideo illa obligatio eſt perpetuà ſed non perpetuò exequenda: ſed quando pœnitens recordatur peccatorum: nunc enim tenetur ea, vel deteſtari: vel in eis non complacere. Bern. Dolor bonus eſt ſi non ſit continuus. Mel enim abſynthio admiſcendum eſt. Moli ſiquidem debet Chriſtianus inter duas molas, ſcilicet ſpem, & timorem. Similiter diſcreta charitas non ſemper mouet ad dolorem, nec ſemper ad gaudium; ſed quandoque ſic, & quandoque non. Habent enim animalia ſancta oculos ante, & retro. Per anteriores, conſiderant gaudia æterna, per poſteriores, ſua peccata. ſecundum Hugonem dñs ſoluẽs pęnitentem, ligat eum vinculo perpetuæ deteſtationis culpæ. Greg. ſuper illud. Iob. 14. Anima ipſius ſuper ſemetipſo lugebit, dicit. Dignum eſt, vt in ſe ſemper mœrores inueniat, qui in ſe gaudia relicto creatore quærebat. Tertia veritas. Bonum eſt peccatori frequenter reducere peccata ſua ante oculos ſuos, vt ea ſępe deteſtetur, maximè grandia, licèt non ſit neceſſe. Prima pars patet, quia maximè per hoc homo humiliatur, & auertit ſe a peccato. per hoc enim quòd peccatum deteſtatur, ſe elongat ab eo, & eius amicitia; & tantomagis, quanto plus, & pluribus vicibus ipſum deteſtatur. Naturale eſt cuilibet animali ſæpe videre, vel tangere locum ſui doloris, & ad memoriam reuocare, ſic peccatori, quaſi naturale debet eſſe, ſæpe redire ad cor, vbi eſt locus vulneris, & vbi ſunt punctiones peccatorum, vt ſæpe tangat ipſum dolore contritionis. Cultor enim vineæ cum ſpinam inuenit in vineam, non proijcit; ſed ponit in ſæpe, vt de ea clauſuram faciat, ne beſtijs detur ingreſſus; ſic cum quis peccatum inuenit in conſcientia, debet de eo facere ſepem frequenter cogitando, & ſuper hoc dolendo; ne per complacentiam, hoſti

E Cõtritio. Vtrũ dolor cõtritionis debeat eſſe cõtinuus

Peccatoris dolor

nõ debet eſſe continuus in actu.

hoſti pateat ingreſſus. Filij Iſrael poſt tranſitum maris rubri (vt inquit Hiero. in lib. de 42. Manſionibus) poſt ſuſceptam legem: poſt deguſtatum manna: iterum ſtationem fecerunt ſupra mare rubrum, ſed non inde tranſierunt. Sic poſt euangelicam diſciplinam, & cibos dulciſſimos triumphorum in tentationibus: bonum eſt interdum nobis apparere mare. ideſt diſcrimina peccatorum in quibus ſtetimus; non vt iterum ad illa tranſeamus, ſed vt ea fugiamus & deteſtemur. Sed tamen iſtud non eſt neceſſe: immo nec iuxta qualitates perſonarum expedit: ſicut in timoratis conſcientijs, qui propter hoc ſemper ſunt in luctu, & timore. & propter hoc agitantur in ſuis conſcientijs; & auertuntur a multis bonis faciendis. Quibus conſulendum eſſet, vt omnino ſe auerterent a cogitationibus huiuſmodi: & ſic quod vni eſt bonum, alteri non eſt vtile, nec commodum. Quarta veritas. Suppoſito, quòd velit peccator ab omni peccato purgari: videretur ipſum oportere penè aſſiduò conteri, vel ſaltem atteri, quia (ſicut dicit Alexan. in quarto) Nullus adultus eſt; qui non addat venialia. Eccl. 7. Non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. & Prouer. 20. Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? Ideo, poſito, quod nullum ſuperadderet actuale mortale, quaſi continuam oportet eſſe attritionem. Et notanter dicimus attritionem, quia non importat propoſitum confitendi, ſicut contritio: non eſt enim neceſſe confiteri de venialibus. Ideo ad deletionem peccatorum venialium non eſt neceſſaria contritio, ſed ſola attritio. delentur tamen eorum plurima, aliquantula deuotione, vel eleemoſynis, vel aſperſione aquę benedictæ, vel generali confeſſione: & multis alijs modis: quibus factis, non eſſet aſſiduè atterendum. Secunda quæſtio, vtrum dolor de peccatis in contritione debeat eſſe maximus. Et videtur, quòd non, quia ex quantitate effectus, indicatur quantitas cauſæ: ſed

C Veniale Sufficit attritio ad delendum veniale peccatū.

A Contritio. Vtrum dolor cõtritionis dēat eſſe maximus.

lachrymæ ſunt effectus doloris; ergo quantitas lachrymarum, quantitatem doloris indicat. Sed contritus quandoque non tantum lachrymatur pro peccatis, ſicut pro morte amici, vel læſione aliqua corporali, ergo. Reſpondeo ſecundum Durandum in quarto. diſtinctione decima ſexta. Duplex poteſt eſſe dolor contritionis. Vnus qui eſt diſplicentia voluntatis, in quo eſt eſſentialiter contritio. Alius eſt qui eſt dolor ſenſitiuæ partis, qui ſequitur ad contritionem. Secunda veritas. Loquendo de primo dolore, dicendum eſt, quòd poteſt ad duo comparari. Primò, ſi comparetur ad dolorem qui habetur de alijs a peccato, ſic debet eſſe maior. Patet primò, quia ſecundum Auguſt. Omnis dolor in amore fundatur. Ex hoc enim quòd aliquid amamus, dolemus de eius amiſſione; & ſic ſecundum quantitatem amoris, debet eſſe quantitas doloris in amore fundati. Sed dolor contritionis fundatur in amore charitatis. Ex hoc enim dolemus de peccato commiſſo, quia ſeparat a Deo, cui coniungimur per charitatem; ergo cum amor charitatis ad Deum, debeat omnem alium excellere amorem, dicente domino, Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Relinquitur ergo, quòd dolor contritionis debeat omnem alium dolorem excellere. vnde Hierem. 6. Luctum vnigeniti; fac tibi planctum amarum. Quantum autem doleat mater de morte vnigeniti, clarum eſt; & homo vix dolet de morte animæ ſuæ. Forſitan poſſet eſſe occaſio non dolendi, ſi plures haberet animas; quarum vnam ſaluaret, alijs perditis; ſed habet tantummodo vnam. Ideo dicebat Iob. 3. Quaſi inundantes aquę ſic rugitus meus. Pſal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Tertia veritas. Nullus contritus tenetur apud ſe facere comparationem iſtam cogitando, ſcilicet an plus doleat de peccato commiſſo, quàm ſi pater ſuus eſſet mortuus, & ſic de alijs. Si tamen faciat, tenetur ex electione

volun-

voluntatis, plus deteſtari peccatũ commiſſum, quàm quodcunque aliud damnum. Nec debet confeſſor huiuſmodi comparationem facere pęnitenti, aut ab eo exigere. Sufficit.n. (vt dicit Guil. Pariſien. lib. de ſacramentis) ꝙ dolor peccatorum tantus ſit, qui faciat ægrum quærere, pęnitentialis ſacramenti medicinã: tradereq; ſe regendum, ac medicandum ſpirituali medico, ſcilicet confeſſori. Et quod minus habet motus iſte de mortificatione veteris hominis, ſupplet, & ſuperaddit efficacia ſacramenti pœnitentialis. Quarta veritas. Si comparetur dolor contritionis de vno peccato ad dolorem de alio: ſic non quilibet dolor contritionis, debet eſſe maximus, quia ſicut vnũ peccatum eſt grauius altero: ſic dolor cõtritionis de vno quàm de altero. Quinta veritas. Loquendo de dolore partis ſenſitiuæ, qui ſequitur ad contritionem, talem dolorem non oportet eſſe maximum, quia facilius mouentur vires interiores, quando ratio deliberat de corporalibus, quàm quando deliberat de ſpiritualibus, propter maiorem propinquitatem ad eorum obiecta. Et ſi talis dolor poſſet eſſe maximus, non tamen deberet eſſe, quia omnis actus a virtute imperatus, debet habere menſuram, vt non recedat a rectitudine rationis: nec etiam deficiat: ſed fletus quem in ſe excitat contritus, eſt imperatus a virtute pęnitentiæ: ergo non debet excedere menſuram rationis. Ideo ſi triſtitia, vel fletus ſit tantus, quòd ſubiectum corrumpat: vel notabiliter proſternat, eſt irrationabilis contra illud Rom. 11. Rationabile ſit obſequium veſtrum. Et ſic dolor qui ſequitur partem ſenſitiuam, non debet eſſe maximus, ſed moderatus. Et ideo dolor, vel odium, vel diſplicentia peccati ſpiritualis elicita a grã, ſufficit ad deletionem peccati: ſuppoſito ꝙ nullus in corpore dolor ſequeretur. Vnde videntur aliqui pro rebus humanis ita triſtari, quòd ſæpe rationis vſum amittunt: & quandoque ad deſperationem inducuntur. Sexta veritas. Dolor iſte ſenſitiuus qui ad lachrymas prouocat, non eſt ad contritionem neceſſarius, maxime viris perfectis, vt dicit Bernardus ſuper cantica. Primo, quia lachrymæ ſunt effectus triſtitiæ, vel doloris ſenſitiui: ideo maior fletus, eſt ſignum maioris doloris ſenſitiui: & quia non ſunt immediatè & de per ſe effectus triſtitiæ voluntatis: ideo non ſunt argumentum maioritatis, vel minoritatis eius: cum quandoque homo fleat inuitus, & quandoque flere non poſſit volens. Præterea ſecundum Ioannem de Gerſono, pœnes hunc dolorẽ, non ſemper eſt menſuranda bonitas pęnitentis. Stat enim duos eſſe (vt ſæpe videmus) quorum vnus ex complexione naturali cor habet ſtrenuum & virile, nec lachrymis idoneum: ita vt vel vix, vel nunquam flere poſſit. Erit autem alter cordis fęminei mollis, ad omnem miſerationis occaſionem lachrymis laxus, vel pronus. Primus eliciet deteſtationẽ peccati ſui intenſius in animo fortius, & laudabilius in caſu quàm alius: nec apprehendet illum ſapientis verbum. Cor durum male habebit in nouiſſimo. Neque enim durum cor, ſed molle habere dicendus eſt. Fit tamen (vt ſæpe) redundantia doloris cordialis in corpus, niſi ſiſtat ſe liberè mens, ne fluat in inferiora: ſicut in Chriſto fuit: & ſicut in Adam eſſe poterat, qui nullum motum habens præuenientem vſum rationis, imperabat, vt placebat in corpus. Hæc Gerſon. Septima veritas ſecundum Altisſiod. 4. par. communiter plus dolet anima de præterito peccato in memoria retento, quàm de pęnitenti, quia melius ſentit dolorem peccati quando dimiſſum eſt, quàm quando non eſt dimiſſum, quia quando dimiſſum eſt, habet pęnitens odoratum ſpiritualem bene diſpoſitum: ita quòd poteſt ſentire fætorem peccati, & per hoc ipſum abhorrere: ſed quando eſt in peccato non ſentit. Dæmones.n. odorem ſpiritualem ei abſtulerũt: dicente domino per Ezech. 13. Naſum tuum, & aures tuas præſcindent. Fætidus homo non poteſt ſentire fætorem ſuum: & anima exiſtens in fætore peccati per viã naturæ, vix ſe ſentire poteſt. Sicut dicitur Amos. 4. Aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum ad nares veſtras:

Dolor partis ſẽſitiuæ in contritione, non debet eſſe maximus.

Dolor ſẽſitiuus ī contritione, non eſt neceſſarius.

& non

Cōtritio. Vtrū cōtritus doleat quātum dolere dēat.

& non rediſtis ad me. Tertiò, quæritur vtrum contritus doleat quantū dolere debet: vel quantum dolendum ſit? Reſponſio. Hoc dupliciter poteſt intelligi. Vno modo quòd minus doleat, quàm dolendum ſit ei ex debito: & ſic nō plus quis tenetur dolere, quàm requirat mortificatio peccatorum: ſeu conueniēs præparatio ad mortificationem. Si verò attendatur ad condignitatem peccati: tūc verum eſt, quòd minus dolet vnuſquiſq; peccator de peccatis ſuis mortalibus incomparabiliter, quàm dignum ſit ei dolere. Nec virtus humana ſufficeret dolorem illū portare: & fundere lachrymas in iſta mortalitate, quibus digna ſunt eius peccata mortalia. Ad hoc eſt exemplum. Cum enim Deus ſit in infinitum dignus diligi: & dignus, vt diligatur in infinitum: & dilectione infinita: nullus tamen peccat ex eo quòd non diligit eū in infinitum. Sic longè maiori luctu digna ſunt, peccata mortalia, quàm lugeātur, etiam a dignè pœnitentibus: non tamen peccant qui de eis dolent quantum ſufficit ad abolitionem eorum: & quantum Deo ſatis eſt. Huius eſt exemplum. Eſt vir dignitatis eminentis: quem ſi honorares eo vſque vt dignus eſt, totum quod habes expenderes: nec adhuc dignitatem eius honore æquares. Nūquid propter hoc quòd totum illud non facis, peccas in eum, minus honorando eum quàm debeas? Abſit, immo dico, ꝙ abſoluis te, ſi honoras quantum debes & teneris. Secunda veritas. Non eſt neceſſe corporalem de peccato habere dolorem tantum, quantus fortaſſe eſſet de temporali malo, vel incommodo: ſed ſufficit ꝙ commiſſum peccatum ſibi diſpliceat: & nequaquam in ſimili caſu Deum offendere vellet. Neque oportet malè damnari, mori, aut omnibus bonis ſpoliari, quā peccaſſe: aut hoc modo peccare. Nec talem hunc oportet eſſe dolorem, qualem de ſe diuina poſtulat immenſitas, cum hoc ſit impoſſibile quia ipſa eſt infinita: & noſtrum dolorem oportet eſſe finitū. Verum eſt tamen, quòd hic dolor tanto eſt melior, quanto in anima, & corpore eſt maior; dummodo aſſit quo ad corporalem dolorem debita diſcretio; vt ex eo corpus deſtrui, aut ratio lædi non poſſit. Et per hæc multæ vitantur tentationes & ſcrupuli, cum quis nimium veretur, nunquam ſatis pœnitere, aut ſuum non facere debitum. Nequaquam enim debitum facere poſſumus, quantum diuina altitudo depoſcit; neque ſecundum beneficia, quę ab ipſo recepimus, nec hoc a nobis requirit pius pater; ſed pro mira gratiæ ſuæ benignitate ſibi ſufficere uult, & nos in amicos paratus eſt habere; ſi ea quæ in certo numero, certis agenda diebus, mandata nobis tradidit, compleuerimus; quæ ſub interminatione mortis æternæ nobis mandauit; quę cōtinentur in duobus mandatis; diliges dominum Deum tuum; & diliges proximū tuum ſicut teipſum. Diligere autem ipſum ſuper oīa eſt, ut nullo pacto quodlibet aliud quis amare velit, per quod perderet Dei amorem; & diligere proximū ſicut ſeipſum eſt, ei finaliter vitam optare ęternam, gratiam in pręſenti ſeculo; & id ei facere uelle, quod rationabiliter, & iuſtè in ſimili caſu ſibi quiſquis fieri vellet. Hęc Gerſon.

Diligere Deū, & diligere proximū quō intelligatur.

Sermo Tertius per idem thema.

A Dies. De tribus diebus pœnitētiæ iuxta prophetiam Eſaiæ.

Vnumquemque noſtrum vocat dominus ad pęnitentiā faciēdam; cui reſpondemus illud ſępe propoſitū. Ibimus uiam trium dierum in ſolitudinem. Eſa. 22. Vocauit dominus ad fletū, & ad planctum, & caluitium, & ad cingulum ſacci. In quibus uerbis tanguntur tres dies pęnitentiæ, ad quas dominus uocat. Prima eſt cordis contritio; ibi ad fletum. Nullus enim ſanæ mentis ſine dolore cordis, & lachrymis, attendit ſe commiſiſſe factum; unde debeat morti & ſuſpendio adiudicari. Sic eſt qui commiſit peccatum. Luc. 19. Si cognouiſſes & tu &c. i. ſi q̃ tibi adiudicata ſunt, & uentura attenderes, fleres. Vnde Luc. 22. Petrus qui interpretatur agnoſcens fleuit amare. Secūdum eſt oris gemens & amara confeſſio, cum dicitur ad planctum. Mater enim de morte unici filij ſui, qui debet

debet eſſe hæres, magni regni, non loquitur ſine dolore. Sic nec quis de peccato ſuo per quod perdidit regnum Dei, debet ſine gemitu loqui in confeſſione. Tertium eſt voluntaria ſatisfactio: quæ primo eſt per eleemoſynas, cum ſubditur ad caluitium: id eſt ad temporalium abdicationem. Nullus enim debet habere carum aliquid contra ſui redemptionem a carcere; & tormento. Sic eſt quòd per eleemoſynas redimitur quis a purgatorio frequenter, & a carcere inferni. Dan.4. Peccata tua eleemoſynis redime. Capilli enim temporalia ſunt; ſe ergo decaluat, qui temporalia pauperibus adminiſtrat. Eſa.3. Erit pro criſpanti crine caluitium, ideſt pro gloria temporali, paupertas, & eleemoſyna. Vnde caluitium eſt amotio capillorum de capite, non de manu. & ita eſt ꝙ eleemoſyna, & abdicatio temporalium, debet fieri de mente & voluntate quæ eſt caput animæ non opere tantum. Vnde. 4.Reg.2. Dicitur de Heliſeo qui oleum multiplicauit, ideſt opus miſericordiæ fecit, ꝙ caluus erat. Item caluitium eſt ſubtractio capillorum ab anteriori; ſic habere debemus temporalia a parte poſt; non a parte ante, ſicut Paulus qui dicebat Philippen.3. Poſteriorum oblitus, ad anteriora me extendo. Secundo hæc ſatisfactio eſt, per carnis mortificationem cum ſubditur, ad cingulum ſacci. Per hanc enim libido conſtringitur. Catulus enim rabidus ligatur, ne noceat. Corpus enim eſt quaſi canis rabiæ plenus; quod cum voluntati; & libertati ſuæ dimittitur, animam rationalem occidit. ideo coarctandum eſt. Iob 16. Conſui ſaccum ſuper cutem meam, res enim conſuitur vt diu maneat. Saccum ergo conſuit, qui pęnitentiam diu, & perſeueranter agit. Iob 27. Iuſtificationem meam quam incępi tenere non deſeram; in hoc enim honoratur Deus, cum iuſtitia continuatur in regno ſuo; inhonoratur autem, quando in eodem iuſtitia de malefactoribus negligitur. Siccum de nobiſmetipſis, ſcilicet in proprijs corporibus ſicut in terra nobis ab eo tradita, iuſtitiam de peccatis exercemus. Pſ.95. Honor regis iudicium diligit, ſcilicet iudicium pęnitentiæ. Iudith.2. Non mortui qui ſunt in inferno dabunt honorem & iuſtificationem Deo, ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine peccatorum, ſcilicet de peccatis dolendo; & incedit curua; & in infimis, ſcilicet in confeſſione ſe humiliando; & oculus deficiens, ſcilicet præ lachrymis; & anima eſuriens in ieiunio ſatisfaciendo. Illa.n. dat honorem Deo. Quod ut ſimiliter faciamus ad Deum recurramus medio Mariæ dicentes Aue.

B

Cōtritio. In cōtritione oportet eſſe ſufficientem peccatorū diſcuſſionem.

Prius diximus, iuxta diffinitionem contritionis de prima eius qualitate, ſeu conditione. Nunc dicendum eſt de ſecunda. Secunda autem conditio eſt, ꝙ in dolore contritionis, ſit ſufficiens peccatorum, & propriæ conſcientiæ diſcuſſio. Sicut enim magnus calor in muſto, facit totam vini ſubſtantiam ebullire, virtute cuius purū ab impuro diuiditur, & a vini ſubſtantia tota fæculentia purgatur, & ad fundum dolij deſcendens totam vini ſubſtantiam reddit puram; ſic feruor compunctionis in corde, facit ipſum ebullire per contritionem, & purum ab impuro diuiditur, per diſcuſſionem, & feces ipſas ad profundum cordis deſcendere per iugem memoriam. Sic ſe conuertit Ezechias ad parietem, ideſt ad ſuorum peccatorum conſiderationem; & ſic meruit indulgentiam. Præterea dicit Hermes in libro alchimiæ; quòd ſi ſuper plumbum ponatur acetum, deſtruitur plumbum, quia acetum penetrat ſubſtantiam eius; & conuertit in puluerem & in colorem album transmutat. Sic acetum doloris contritionis plumbum, ideſt peccatorem pondere peccatorum grauatum. Exo.15. Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus; penetrat pertingens vſque ad intima cordis; conuertens ipſum in puluerem, ideſt vſque ad minimas peccatorum circunſtantias reſoluens; cor ſuum diſcutiendo, & in colorem album, id eſt in honeſtam conuerſationem transmutando.

do. Et bonum homini conſilium eſſet, ſero dum tendit ad lectum, ſe colligere, & videre quomodo per diem vixit: & ſic conteri de peccatis, ſi quod illo die inueniat perpetratum, & dicere dño tres propoſitiones, in quibus conſiſtit tota cõtritionis virtus, vt ei dimittat̃ peccatũ. Si.n. de corde ea Deo dixerit, ei remittetur, nec propter hoc damnabitur ſi non confeſſus fuerit. Damnaretur tamen ſi pro tempore & loco ab eccleſia diſpoſitis, nõ confiteretur, maximè pro illa negligentia. Sero enim diligenter prudens homo computat expenſas, & ſcribit eas, vt memoriter teneat. Circa hoc quæritur vtrum de mortali oblito requiratur contritio? Reſpondet Alexan. quòd peccatum dupliciter intelligitur oblitum. Vno modo ſic, quòd actus peccati ſit omnino traditus obliuioni; habetur tamen notitia commiſſionis peccati. Sicut aliquando accidit alicui, quòd oblitus eſt peccatum ſuum; bene tamen ſibi conſtat, quòd peccatum commiſit, & quòd illud aliquando ſciuit. Et hoc modo dolendum eſt in generali de ipſo peccato, & in ſpeciali de ipſa obliuione quæ ſuæ negligentiæ imputanda eſt. Spina in pede extrahi non poteſt, niſi cum aculeo; nec ſpina peccati de pede affectionis, vel de manu operis, niſi cum aculeo cõtritionis. Aut ita eſt oblitum quòd actus peccati, & notitia commiſſionis tradita ſunt obliuioni; vt quando quis ſicut nec cogitat, vel cognoſcit ſe peccaſſe, ſic nec recordatur ſe ſciuiſſe vnquam peccaſſe. Et ſic licèt non teneatur ſub pœna peccati, bonum eſt tamen quòd memor fragilitatis ſuæ conteratur in generali, dicendo. Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris. Tenetur tamen ſecundum Bonauen. 4. diſtin. 16. Facere quod in ſe eſt, vt peccata ſciat, & recognoſcat. Quandoque enim committuntur peccata per ignorantiam iuris; & tunc cognito iure, ſcit ſe homo peccaſſe, vt puta, ſi fornicatus eſt ignorans illud eſſe peccatum. Committuntur etiã per ignorantiam facti, quandoque diligentia non adhibita ad memoriter retinendum; & tunc tenetur (ſi quę talia ſint) orare Deum, vt ei parcat, & reuelet. Sed dices. Quomodo, & vbi hauriã has contritionis lachrymas? Reſpondetur, ꝙ in quadruplici puteo. ſ. in puteo aquarum viuentiũ; in puteo interitus; in puteo ſcripturę; in puteo miſerię cordis. In puteo aquarũ viuentium, qui Deus eſt, haurienda eſt aqua contritionis in ſitula cordis noſtri chorda, triplici funiculo cõtexta; oratione, meditatione, & amoris feruore. Cum.n. contritio ſit donũ Dei maximum, quo peccator in ſeipſum tedit, qui a ſeipſo prius receſſerat; oratione petẽdum eſt donum illud. Io. 4. Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dixit tibi, da mihi aquam bibere; forſitan ab ipſo petijſſes, & dediſſet tibi aquam viuam. Qđ patet ex ſimilitudine, & exemplo naturę. Similitudine. Nam qñ viget ſiccitas maxima in terra: deſideratur pluuia, & ad hoc fiunt preces & proceſſiones. Sic cum peccatrix anima eſt ſicut terra ſine aqua, debet petere a Deo aquam illam cum Iob, dicendo. Dimitte me vt plangam paululum, id eſt da mihi vng reſpit, quia (vt vulgo dicitur.) Vng iour de reſpit; eent ſoulz vault. Ad hoc eſt exemplum illius qui inducias petijt in morte; & tamen non obtinuit, vt recitat Grego. in 4. dialogorum. vt plangam paululum, non vt gaudeam, aut vt mala quę geſſi cum gaudio, iterum faciam: ſicut fit de porco, qui dimittitur, vt impinguetur, & occidatur, vel ſicut fur qui ſemel, vel bis dimiſſus; iterum in furto deprehenſus ſuſpenditur, antequam vadam & non reuertar: quia infernus eſt ſicut domus Dedali: cuius facilis eſt ingreſſus, & exitus difficilis aut nullus, ſicut naſſa, in quam intrant de facili piſces. Terra arida, ad quam non poteſt deduci aqua: omnino ſterilis eſt & infructuoſa: & ad culturam inutilis: nec germinat, niſi ſpinas & tribulos. Orandus eſt igitur Deus: vt mittat pluuiam deſuper. Eſaiæ 45. Rorate cœli deſuper: & ſic nubes pluant iuſtum. Exemplo in natura id apparet. Nam ſecundum Philoſoph. 8. De animalibus, in Aegypto eſt quædam beſtiola, quæ pugnatura cum ſerpente, prius clamat:

C Cõtritio. Vtrũ teneatur quis conteri de mortali oblito.

D Puteus. De quatuor gu-

teis hauriuntur aquæ cõtritiõis.

Cõtritio eſt donũ Dei.

clamat; & timens morſum ſerpentis, prius ſe mergit in aquam: & poſtea pugnat. Sic cum peccatis pugnaturi, & cũ antiquo ſerpente: prius habent ad Deũ per orationem clamare. Orandi etiam ſunt ſancti. Quando enim haurire aquã ſoli non ſufficimus: haurientes nobiſcũ aduocamus: maximè quando puteus altus eſt. Sic egit quidam, qui a Magdalena gratiam lachrymarum impetrauit. Et ad hoc figuraliter induceretur illud Solini (ſi verum eſt) de quodam puteo profundo: in qua dum deeſſet aqua: venit virgo ad os putei, & ſuo clamore aquam eduxit. Sic anima per orationem ſanctorum, ſicut axa. i. vir ſanctus impetrat irriguum contritionis ſuperius & inferius. i. in anima, & ſenſitiua parte terræ aridæ cordis noſtri. Secundò, meditatione beneficiorum: & maximè paſſionis Chriſti. Neque enim eſt ita dura rupes, quin in ea fodiendo, poſſit quis peruenire ad aquam viuam. Sic non eſt cor ita durum, quin ſi clauis, & lancea Chriſti penetraretur, & in ciſterna corporis eius & in vulneribus intraret quin molleſceret, & inueniret aquam lachrymarum in abundantia. Sic Moyſes percuſſit petram virga, ſcilicet crucis: & fluxerunt aquæ largiſſimæ. Quis enim profundè cogitaret, ꝙ pro peccatis ſuis Chriſtus ſanguinem ſuum fudit; & non inde pro ſuis lachrymaretur? Et hæc aqua contritionis tanto dulcior quanto amarior: & quanto de duriori corde procedit: ſicut aqua de profundo ſcaturiens, vel de rupe, vel de loco alto: multoties eſt frigidior & ſapidior. Tertius funiculus eſt feruens amor Dei, quo hauritur abunde fons lachrymarum. Dicit Philo. 1. Meteororum, ꝙ per calorem ſolis in altum eleuatur fumus, qui conuertitur in pluuiam. Sic per feruorem charitatis, eleuatur in altitudinem cordis ira. & deteſtatio fumigans contra peccata, quæ cito conuertitur in aquam lachrymarum. Et ſicut per calorem igneum in capſella roſacea, ipſe roſæ diſſoluuntur in liquorem odoriferum, ſic per amorem per foramina oculorum ſtillat aqua lachrymarum. Et ſicut per pondus lapidis, ex oliuis, & nucibus ſolet oleum diſtillare: & ſicut per calorem incluſum in nube ſolent vapores diſſolui: ita ꝙ, inde ſolet pluuia emanare: ſic quando pondus amoris premit cor humanum, & calor eius ipſum coarctat: tunc per cõpunctionem quandoque ita diſſoluitur, ꝙ inde pluuia, & liquor lachrymarum diſtillatur, ex quo aer conſcientiæ ſerenatur: & terra corporis noſtri bonis operibus fęcundatur. Secundò, haurienda eſt hæc aqua in puteo interitus. de quo Pſal. 54. Deduces eos in puteum interitus. & hoc, chorda timoris: ſitula ſanctæ meditationis. Hæc vero chorda triplici fune conficitur, ſcilicet timore ignis æterni: timore ſupmi iudicis, & diuini iudicij: & timore perditionis æterni præmij. Timor enim inferni eſt contritionis cauſa, & funiculus primus: quia ignis fumoſus: & nimiũ frigus, communiter plorare faciũt. Quę omnia in inferno reperiuntur. Matthei 13. Ibi erit fletus, & ſtridor dentium. fletus propter fumum: ſtridor dentium propter frigus. Iob 24. Tranſibunt ab aquis niuium, ad calorem nimium. Ponat ergo quis oculus cordis ad fumum infernalis ignis; & ad gelu frigoris per frequentem cogitationem: & fluent lachrymæ, ſaltem ab interioribus oculis. Pſal. 17. Aſcendit fumus in ira eius. Fumus eſt contritionis dolor, qui aſcendit in cor peccatoris, ex conſideratione iræ Dei, faciẽs illachrymari. Et licèt fumus videatur oculos madefacere, tamen ſecundum Auicenam omnes fumi ſunt exiccantes: hinc eſt, ꝙ fumus iſte extrahendo lachrymas per oculos, exiccat in anima ipſa torrentes iniquitatis, vt ipſis exiccatis, valeat ipſa anima diuino amore ſuccendi. Secunda eiuſdem contritionis cauſa, & funiculus ſecũdus eſt timor iudicis, & iudicij Dei. Si quis faceret crimen coram terribili iudice, clariſſimè illud vidente: & eum ſciret facilè placabilem: ſi eum præueniret cum lachrymis, & ſuauibus verbis: non differret quin ad eum accederet. Deus autem ſcit crimen peccatoris. Heb. 11. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius. & Pſal. In operibus manuum ſuarum comprehenſus

Sanctiora deſũt in tribulationibus.

Paſſiõis Chriſti recordatio inducit peccatorem ad contritionem.

Lachrymæ quõ compunctionis quo pacto in nobis cauſentur.

Inferni timor eſt valde vtilis præ cæteri.

Iudicis, & iudicij Dei timor contritionis eſt cauſa.

henſus eſt peccator. Sępe enim comprehenditur in crimine, quando non credit ſe comprehendi: vt docet experientia in morientibus morte ſubita, vel præuentis per ipſam. Eccl. 3. Sapiens cor, & intelligibile, abſtinebit ſe a peccatis, quoniam Deus proſpector illius eſt. Pſal. 118. Seruaui omnia mandata tua, & teſtimonia tua, quoniam omnes viæ meæ in conſpectu tuo. Sic tamen dicunt eſſe iſti timores moderati, vt inter ſpem, & metum, ſemper maneat contritus. Dicit. n. Philoſophus 3. Meteororum, φ arcus cęleſtis, pro materia & ſubiecto in quo recipitur, habet nubem actualiter rorantem. Et ſi

Arcus cœleſtis quo cauſetur.

cut ibidem dicit Albertus, non apparet niſi quando ibi partim ſit turbidum, & partim ſerenum: turbidum, ex parte nubis: ſerenum, ex parte ſolis. vt ſol poſſit in nubem abſque omni impedimento dirigere radios. Sic qui plangit in præſenti peccata ſua, eſt quaſi nubes rorida, guttas lachrymarum diſtillans. Iob. 26. Effundet pluuiam ad inſtar gurgitum, q de nubibus fluunt. Arcus vero cœleſtis, diuinam inſpirationem ſignificat. Gen. 9. Arcum meum ponam in nubibus cœli, in ſignum fęderis inter me & te. Arcus ſolum apparet in nube rorida, quia diuina propitiatio, ſolum apparet in mente lachrymoſa. Oportet autem eſſe partim turbidum, ſcilicet ex parte nubis: quod fit quando anima conſiderans ſeueritatem diuini iudicij: & multitudinem, & magnitudinem peccatorum, tota inde turbatur. Pſalmiſta. 6. Turbatus eſt a furore oculus meus: & partim clarum, ſcilicet ex parte ſolis, quia neceſſe eſt vt in Deo confidat, cõſiderans miſericordiam Dei: & ſic lumen gratiæ Dei lucebit in anima, in ſignum fœderis inter Deum, & peccatorem; vt non ſit deinceps diluuium, diſſipans omnem animam viuam. Publicanus enim ſperans de miſericordia Dei: cum ex timore non auderet oculos ad cęlum leuare, poruit ipſum cęlum, & cęli dominũ ad ſe inclinare. Pſal. 17. Inclinauit cęlos & deſcendit. Tertius eiuſdem funiculus eſt timor perditionis æterni pręmij. Valde timet operarius ſua mercede priuari. Fugit Iacob a Labam, ne perderet mercedem temporalem; quanto magis nos a ſeculi huius vanitatibus, ne perdamus æternam? Tertio aqua contritionis hauriẽda eſt in puteo ſacræ ſcripturæ. Amos 3. Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis extremum auriculæ? vſque ad extremum auriculæ a diabolo deuorati intelliguntur: in quibus omnia bona gratiæ dentibus diabolicis, ideſt tentationibus, & peccatis conſumpta ſunt. Hoc ſolo excepto, quòd aliquid (licèt ad modicum) de Dei verbis, & ſacris exhortationibus libenter audiunt: quos quaſi per extremum auriculæ paſtor prædicans eripit. Sap. 16. Neque herba, neque malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus domine qui ſanat omnia. Et in eodem: in memoria ſermonum tuorum exterminabãtur. Sermo Dei eſt theriaca contra omne venenum ſpirituale. gladius acutiſſimus contra omnem beſtiam. Hebre. 4. Viuus eſt ſermo Dei, & efficax. Sonitu quippe vocis humanæ reptilia fugantur: & propter hoc ſaluberrimum eſt ſermonem Dei audire. Act. 2. His auditis compuncti ſunt corde. Iſte eſt puteus abundantiæ: de quo abundè hauritur, vnde ratio ſaturetur. Hauritur autem hæc aqua chorda multiplici filo, ideſt multiplici, vel quadruplici ſenſu ſcripturæ contexta. Sed ex eo peruerſi haurire nolunt: ſed nec aliquid audire, per quod terrena eorum lætitia perturbetur: ſed illos libenter auſcultant, qui placentia loquuntur. De quibus Apoſt. 2. Tim. 4. Coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. & Eſa. 30. Propheta ex eorum voce: loquimini nobis placentia. Sed dominus diſcipulis talibus, & magiſtris terribiliter comminatur dicens. Et qui beatificant, & qui beatificantur erunt præcipitati. Eſa. 9. Ait enim dominus. Qui me audierit, abſque terrore quieſcet. Prouer. 1. econtrario per Eſa. 1. Quod ſi non audieritis me, gladius deuorabit vos. Quod gratum ſit autem commi-nationem Dei audire reuerenter, & q̃ iniurioſum ſit eam contẽnere: in factis Ioſiæ regis Ioachim demonſtratur. Qui Ioſias audito legis volumine, tremuit: cui

Verbi Dei vis magna.

cui mandauit Deus. Pro eo ꝙ audiſti verba legis: & perterritū eſt cor tuum: & ego audiui, ait dominus: iccirco colligam te in pace. Ioachim vero qui non ſolum non timuit: ſed etiam volumen Hiere. combuſſit, diuinam inuectionē promeruit, quæ ei dictum eſt. Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, ſed cadauer eius proijcietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem. Quartò, aqua contritionis, haurienda eſt in puteo cordis profundiſſimo. Hiere. 17. Profundum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Iſte eſt puteus, humo, & limo repletus a Philiſteis: quem Iacob mundabat: vt abiecta terra manaret libero conductu vena puriſſima. Quoties impletur anima noſtra limo & terra, ideſt terrenis affectibus & deſiderijs: talibus obſtruitur meatus cordis: ne ibi fluant aquę contritionis. Hauritur autem hæc aqua chorda multiplici filo, contexta quaſi ſeptem reſpectibus. Vbicumque enim peccator reſpiciat: ibi videt materiam doloris, & amaritudinis. Si furſum reſpiciat: videt ſe propter peccata ſua exhæredatum bonis æternis: videt ſe indignum ſupernorum ciuium fœlici aſſociatione, priuatum ſupernæ patriæ poſſeſſione: indignum corporis, & animæ glorificatione, excluſum a coronæ æternæ ſuſceptione. & a dignè laborātium glorioſa, & ſuper effluenti præmij accumulatione. Quis tot & tāta videat ſe amiſiſſe, & non lugeat? Secundò, ſi intra ſe reſpiciat: videt ſe per peccata ſua donis gratiæ ſpoliatum: communione ſancti ſpiritus, & matris eccleſiæ priuatum: cœleſtis patris cohabitatione orbatum: a fideli ſponſo animarū Chriſto, viduatum: bonis operibus ineptum: in bonis naturæ vulneratum. Videt omnes vires animę ignorantia, concupiſcētia, & malitia, deprauatas: videt intra templū cordis proprij erecta idola horrenda: imagines diuerſas deteſtabilium criminum ſuorum: videt animam ſuam ad imaginem, & ſimilitudinem creatoris factā, multis turpitudinibus deturpatam, & diuinam pulchritudinem in porcinam commutatam: & quòd nec eam quæ de cęlo eſt in cęno timuit volutare: immo videndo tantam animæ nobilitatem erubeſcit, ex conſideratione limi ſui, quia corpus humanum de limo factum: lineamēta ſuæ rectitudinis ſeruat: & anima ad peccata ſe miſerabiliter incuruauit. Vnde indignè habitat humanum corpus, brutus & beſtialis ſpiritus. Videt iterum animam ſuam non ſolum languere infirmam: ſed etiam iacere mortuam irreparabiliter; niſi de excelſo eam ſummus medicus aſpiciat: & manum ei ſuæ miſericordiæ porrigat: & ad vitam gratiæ reducat. Videt etiam omnes ſuos amicos mortuos, ideſt omnia ſua bona opera mortua. Videt domū ſuam illicitis deſiderijs undique ſuccenſam; & pluribus, & maioribus exponendam; niſi Deus quem aduerſarium ſibi fecit homo peccando, hoc auertat. Ait enim Auguſt. Peccator & homo duo ſunt, Deus hominem fecit; homo uero peccatorem. Dele ergo quod feciſti, ut Deus ſaluet quod fecit. Tertiò, videt ſub tus ſe. Primo ſecundum exigentiam peccatorum ſuorum, ſibi debitum æternum inferni ſupplicium; niſi dignè pęniteat; uel ſi pęnitet, ſibi purgatorij incendium paratum, niſi pęnitentiā hic perfectè cōpleat. Videt ēt ſub ſe ſibi paratum ſepulcrum; & neſcit qua hora ipſum ſuſcipiat, & includat. Videt lutum quod calcat ſub pedibus ſuis; quo nobile corpus ſuum uilius fieri debeat, & conculcari. Videt corpus ſuum appropinquare vſq; ad portas mortis; & neſcit quo tendat. Quartò, reſpicit ante ſe, & uidet dominum Ieſum innocentem, propter culpā ſuam morte condemnatum; diuerſis iniurijs, contumelijs, & ſupplicijs afflictū, cruci affixum. Videt vitæ terminum, & diem exitialem, ad quem inceſſanter feſtinat ſibi pręfixum. Videt ante ſe diuinæ ſeueritatis diſtrictum iudicium, in quo oportet omnia facta ſua iudicari, & uentilari. Videt iudicem ſummum ſibi offenſum; ſibique contrarium. Quintò, reſpicit homo retro ſe, & uidet uitę ſuę pręteritę inutilitatem, bonorum uacuitatem, temporum amiſſorum precioſitatem, operum commiſſorum prauitatem,

Peccator vbicunq; reſpiciat, videt materiā doloris.

morum

morum acquiſitorum aſſuetam peruerſitatem, videt contra ſe extenſam, & ſibi oppoſitam ferè totam præteritam ſuam ætatem annorum dierum, & ferè ſingulorum momentorum. Videt inſequentẽ ſe inſtanter, & inceſſanter mortis propinquitatem. Sexto, reſpicit ad ſiniſtram,& videt ibi infinita mala præſentis aduerſitatis:videt,viſione intellectuali, hoſtes inuiſibiles tentantes, ſeipſum deijcere:& pugnantes, & laborantes,vt a bono ſtatu eu deijciant in peccatum. Videt homines peruerſos iniuſtitię amatores,oppreſſores eſſe iuſtorum:videt oppreſſiones innocentium:gemitus, & afflictiones patientium,proſperitatem malignorum. Videt corporales infirmitates,& ſpirituales defectus, & neceſſitates. Videt carnem noſtram aſſiduum laqueum,& pedicam,& domeſticum hoſtem, & tamquam carcerem pœnoſum, & penurioſum, & pediculoſum. Videt mundum iſtum, exilium noſtrum plenum periculis, & miſerijs, quas non ſolum in ſuo cordis puteo, ſed in proximorum puteis ad plenum haurire poteſt. Septimo ad ſiniſtram reſpicit bona præſentia,tam ſpiritualia,quàm corporalia, quibus frequenter abuſus eſt,& ipſis eorum largitorem frequenter impugnauit:cum tamen quanto plurà quis a Deo accipit, tanto ad maiorem rationem reddendam ſit obligatus. Videt ſecundum peccatorum exigentiam irritatam Dei miſericordiam:& cęleſtem curiam. Abiecimus enim a nobis per peccatum virtutes,& gratiam:eccleſiæ participium:conſortium beatorum, & eorum adiutorium, & etiam ſuffragium. Quis ergo eſt in terris peccator, qui ſi iſta debitè reſpiceret(niſi inſenſibilis eſſet) qui non doleret? Satis enim in orto noſtro herbæ amariſſimæ inueniuntur: vnde conficiatur vnguentum contritionis. Melius autem,& fortius fit lixiuium, de pungitiuis herbis,vt vrticis, & ſpinis. Sic quanto peccator interius vndique pungitur, melius anima a ſordibus purgatur.

Sermo quartus de eodem per thema præcedens.

A Pœnitẽtia.

TRe viam trium dierum in ſolitudinem,ideſt pęnitentiam facere: nil mirum ſi a Deo iubetur:cum ei multum placeat, quod ex multis perpendi poteſt. Primò ex eo, quòd de ſummis & æternis delicijs, venit ad præſentes miſerias; de diuitijs, ad pęnurias: de honoribus, ad contumelias, vt homo factus, homines ad pœnitentiam vocaret nimis,promiſſis, donis, flagellis,& ſuis exemplis: & breuiter omnia quæcunque fecit in mundo, illa fecit, vt peccatores a peccatis reuocaret,& ad pęnitentiam induceret. Mat.9.& Luc.5. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitentiam Ionæ 3. Rex Niniue, ideſt Chriſtus ſurrexit de ſolio paternę glorię: & indutus ſacco humanitatis noſtrę, ſedit in cinere mortalitatis noſtrę, vt ſuos ad pęnitentiam ſuo exemplo prouocaret. Secundò ex hoc patet, quòd ita carè emit pęnitentiam noſtram, ſcilicet Regnum cęlorum. Mat.3. Pęnitentiam agite,appropinquabit enim Regnum cęlorum. Vnde pęnitere, eſt penè Regnum cęlorum tenere. Et per hoc etiam eſt ſignũ quo oues ſuas a non ſuis diſcernit. Mat. 16. Si quis vult venire poſt me,abneget ſemetipſum. Gal.6. Qui Chriſti ſunt,carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs,cruce,ſcilicet pœnitentię. Similiter mediante hac, adulteras animas recipit, & ſibi eas reconcilians, ſponſas incontaminatas facit. Oſeę 2. Sponſabo te in iuſtitia & iudicio, ſcilicet confeſſionis, & ſatisfactionis. Vnde audiui a quodam fratre, quòd Rex quidam curiam conuocauit: & promiſit, quòd illi daret filiam ſuam, quę manus haberet pulchriores. Audiens hoc quidam faber niger, factus iuxta fabricam: totam ſuam curam poſuit ad hoc, vt manus ſuas ſolicitè lauaret, & mundaret: & venditis omnibus ſuis,emit anulos & chirothecas,vt eas ornaret. Cũ autem veniſſet ad curiam, & omnes eũ

Pluribus rationibus oſtenditur pœnitentiã placere Deo.

B propter

pp exteriorẽ nigredinẽ expelleret, & irriderẽt:denudatis eius manib.& anulis, inuente ſunt manus pulchriores: & ſic regis filiam,& regnum obtinuit.Hic faber eſt pœnitens per peccatum denigratus:Rex Deus,curia eius iudicium eius: filia eius gloria,quam in iudicio non habebunt, niſi qui per pœnitentiam manus ſuas mundauerint:& per opera bona ornauerint. Iac.5.Emundate manus veſtras peccatores. Tertiò, ex eo patet, ꝙ tantum eam dotauit,& ditauit: ꝙ dedit ei loca omnia, & perſonas, & tempora in præſenti,in quibus voluit,ꝙ ſuas poſſet exercere virtutes; ut in omni loco in præſenti poſſit valere, & omni tempore,& omnibus hominibus;in quibus vbique,& ſemper poteſt virtutem ſuã exercere in hac uita,niſi ipſi eius virtuti præbeant impedimentum. Sap.12. Das inimicis tuis o damnator virtutis tempus & locum,per quæ poſſint mutari a malitia ſua.Iob 24.dedit ei locum pœnitẽtiæ; at ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Quartò, quia ex quo crucem aſcendit; nec corporalibus paſſionibus,nec Iudæorum promiſſionibus, nec ſuorum precibus, aut fletibus eam dimittere voluit, quandiu in eo fuit. Quintò,quia nullus vnquam adultus ita Deo diſplicuit;quin cum hac ei placere potuerit.Nec vllum vnquam ita peſſimum vitium habuit, quin per hanc amiciſſimus eius fieri poſſit, & per hanc quilibet hoſtis Dei eum vincit: & amicum facit,& patrem.Ber. O humilitatis pœnitentium,o beata ſpes confitentium, quantum vales apud omnipotentem: quàm cito vincis inuincibilem, quàm cito tremendum iudicem conuertis in clementiſſimum patrem. Eius virtus maximè patet in hora mortis, & in iudicio Dei,quando ſaluabuntur cum hac, qui ſine hac ſanctorũ omnium(ſi fieri poſſet)precibus non ſaluarentur. Sub hac protectus,quaſi ſub clypeo:non timebit iaculum diuinæ damnationis; qui etiam timere poſſet ſub pallio beatæ virginis. Sine hac in iudicio nulli qui eum offenderit percit.Ezechiæ 9. Omnẽ ſuper quẽ non videritis Thau: interficite.Sextò, quia cibus gratiſſimus eſt,quo Deus ſe i peccatore reficit.Gen. 18. Dicit Abraam Saræ volens reficere dñm; accelera & commiſce tria ſata farinæ.ſ.contritionis,confeſſionis, & ſatiſfactionis.Hæc eſt venatio Deo gratiſſima, quæ peccatorem, tamquam feram captam parat Deo, ſicut nouit Deum patrem velle.Quod vt fieri valeat; eam quæ maximè voluntatis Dei conſcia eſt ſalutemus dicentes.Aue.

Pœnitẽtia vis.

Dicto de duabus primis conditionibus cõtritionis. Nũc cõſequenter de tertia dicendum eſt. Tertia igitur cõditio cõtritionis eſt, vt quis deteſtetur omnia ſua peccata, & lachrymis cordis abluat ea. Propter quod, primò dicendum eſt de deteſtatione peccati qualis requiratur.Secundò, de lachrymis cordis quales,& cuius conditionis eſſe debeãt.Primò,igitur dicendum, ꝙ ad contritionẽ requiritur deteſtatio omniũ peccatorũ, ſaltẽ in generali. Vnde Alexã. in 4. parte. In reparatione peccatoris,ordo diuinæ iuſtitiæ exigit,vt primo puniat ſe pœnitens dolendo,vel nolendo peccaſſe; & ſic venit ad pœnitentem dñs,vt ei conferat gratiam.Pſal.76.In mari uia tua.i.in amaritudine cõtritionis peruenit Deus ad animam.Pſ.84.Iuſtitia ante eũ ambulauit.Gloſ.Prima hominis iuſtitia eſt,vt puniat ſe malũ, & faciat ſe bonũ.Qui.n. peccata ſua odit,incipit eſſe Deo ſimilis: & ſimilitudo attrahit Deum.Præterea, vnũ peccatum mortale ſine alio non remittitur: ergo neceſſe eſt ſimili habere de oĩbus contritionẽ vniuerſalẽ, & hoc importat iſtud nomen contritio, quaſi ſimili omniũ cõminutio. Sudor.n. ad hoc ꝙ infirmitas terminetur,requiritur generalis; non in vno tantum membro, ſed in omnibus. & ſi dicatur ꝙ in gloſ. ſuper illud.Pſ. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum: intelligit per ſingulas noctes ſingula peccata: & ſic ſuper ſingula peccata particulariter flendum eſt,vt deleantur. Reſpondet Thom.4. diſ.17.ꝙ contritio, quantum ad ſuum principium.ſ. cogitationem illam, qua quis cogitat de peccato dolore attritionis,

B Cõtritio. An requiratur generalis,vel particularis peccatorum deteſtatio in cõtritione.

nis,& ſic commemoratur, illorum peccatorum tenetur dolere: vel diſplicentiā habere de ſingulis, ſecundum ꝙ in memoria veniunt, vel ſaltem ei non placere. Pſal. Qui ſanat: non elatos corde, qui ſibi frangunt collum: ſed contritos corde, qui in minutas partes frangunt cor, diuidendo peccata, & ſingulis aſſignando pęnam & laborem. Ezec. 18. Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt. & cuſtodierit omnia præcepta mea; vita viuet, & non morietur. Et notanter dicit contritos corde: quia ex corde debet deteſtari. Pſalm. 37. Rugiebam a gemitu cordis mei. Nam eſt gemitus carnis, qui eſt de exterioribus malis: & eſt gemitus cordis, qui de interioribus eſt: qui ad contritionem requiritur, eo ꝙ in corde initium ſit malorum omnium, & ibi ponenda eſt medicina, vbi cauſa morbi. Et in hoc ſufficit ꝙ de peccatis oblitis, & ignotis, quia particulariter non poteſt; in generali conteratur, dicens cum Pſalm. 18. Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me domine. Quantum tamen ad terminum contritionis (vt dicit Thomas) qui eſt quando dolor ille gratia informatur: ſufficit quòd ſit tunc vna communis de oĩbus contritio. Tunc enim ille motus agit in vi omnium diſpoſitionum præcedentium. Vel melius dicitur ſecundum de Argen. 4. diſt. 17. ꝙ licet homo gratia informatus, cito & ſine magna difficultate conteratur de omnibus peccatis ſuis in generali: qua contritione conſequitur remiſſionem omnium peccatorum ſuorum: tamen ad receptæ gratiæ conſeruationem, valde vtile videtur tali homini, vt actus contritionis in ipſo homine continuetur: & ꝙ de ſingulis peccatis quorum poteſt habere memoriam ſigillatim conteratur. Nam infuſa gratia in prima contritione, licet expellat peccatum, non tamen expellit inclinationem ad peccandum, & ideo niſi huiuſmodi morbida inclinatio tollatur, per frequentem diſplicentiam, qua cor cõtritũ ſingula peccata ſingulariter deploret; de facili pęnitens recidiuabit in peccatũ: & erunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. In hoc enim eſt aliqualiter ſimile cum medicina corporali, quia ſicut in ea ita videtur, ꝙ poſt ſanitatem, in aliquo membro remanet debilitas: ſicut calefactio epatis, vel aliquid huiuſmodi: & tamen illa medicina expellit febrem, ſic ſpiritualis medicina contritionis, eſſentiam & maculam peccati tollit: non tamen conſuetudinem, & habitum, vel inclinationem: niſi ſepius iteretur. Eccl. 10. Si retuſum fuerit ferrum, multo labore exacuetur. Non enim tollit omnem ſequelam peccati: ſicut ſol expellere poteſt tenebras noctis: non tamen tenebras nubeculæ, quia maioris adhærentiæ ſunt.

Gemitus duplex.

Sed quæritur. Nunquid oportet vt tanta ſit deteſtatio, vt nollet pro toto mundo, vel vita obſeruanda, iterum mortaliter peccare, & iterum, quòd mallet damnari, vel annihilari, quàm rurſus peccare? Reſpondeo. Dicitur primò, ꝙ hæ comparationes ſunt periculoſæ, & ſuſpectæ de præſumptione vel mendacio. Neſcit enim homo vires ſuas: & ideo omittendæ. Nec hanc contritionis quantitatem debet confeſſor a pœnitente exigere, dum coram ſe confiteatur: nec tenetur pœnitens illam habere. Si tamen haberet, dicitur cum Gerſon, quòd minus bonum ſemper debet velle ammittere, ne maius amittat. Deus enim in infinitum maius bonum eſt toto mundo; qui tamen amittitur per mortale. Ideo ſi pœnitens profiteatur ſe eſſe in tali propoſito, amplectendus eſt, quia validam habet contritionem. Sed ſi in ambiguo profiteatur, vtrũ ſubiret, vel ſuſtineret mortem anteq̃ peccaret mortaliter, vel non, adhuc fouendus eſt, non abijciendus. Sufficit .n. iſtud ambiguum, eo quòd nemo certus eſt an cederet, vel ſuſtineret. vt dicit Auguſt. lib. de virginitate. Sed ſi ex deliberata conſcientia dicat ſe certum eſſe, quòd prius peccaret mortaliter quàm cederet toti mundo: vel mortem pateretur, nullam videretur habere remiſſionem pecccatorum, eo ꝙ non

A Contritio. Vtrũ debeat deteſtari peccatũ ſic quòd pro vita obſeruãda non deberet mortaliter peccare.

B non ſit contritus. In ſecunda parte vi-
Aqua. dendum eſt de lachrymis cordis, qua-
Septē cō les, & cuius conditionis eſſe debeant.
ditiones Prima autem conditio eſt, quòd aqua
aqua cō- contritionis debet eſſe calida: quod fit
tritionis per cōuerſionem ad Deum qui eſt ignis conſumens peccata. Sicut homo auertens ſe a Deo, & conuertens a creaturas, ſordes contrahit: & efficitur frigidus, & indeuotus. ſic econtrario mundatur. Et hoc eſt quod a doctoribus dicitur, quòd quatuor requiſita ſunt in contritione. Conuerſio ad Deum. Auerſio a creatura. Infuſio gratiæ, & Expulſio culpæ. Iſte ſunt aquæ calidæ, quas inuenit Anam in ſolitudine. Geneſ. 34. Hæc eſt aqua benedicta de coquina cordis, qua excalidatur, & eijcitur diabolus. 3. Regum 18. Dicit Helias Regi Achab, per quem ſignificatur diabolus, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Iunge currum tuum, ne te occupet pluuia lachrymarum, per quam pluuiam a Magdalena eiecta ſunt ſeptem dæmonia. His aquis deletur ſcriptura diaboli de corde: & extinguitur ignis inferni. His aquis fugatur diabolus, ne tentet. Iob 3. Nemo loquebatur ei verbum, ideſt nullus tentauit eum. Videbant enim dolorem eſſe vehementem. Ollæ bullienti non inſident muſcæ: ſic nec intrat diabolus in aliquem, niſi vbi ſit ei pulcher vultus, quod in contrito non inuenitur. Hunc calorem non habet aqua illorum, qui dolent de peccatis ſolo timore pœnæ: ſicut fit in iam damnatis, & in condemnandis, ſicut communiter euenit in morte, ubi affectio commodi quæ gelida eſt, non iuſti dominatur. Propter quod ſequitur expediens eſſe hominem præuenire horam mortis ad hauriendam hanc aquam, & calefaciendum ex bona, & quotidiana meditatione. Signum frigiditatis eſt, ſi homo crederet diu viuere, & propterea velle permanere in peccato. Non ſic ille, qui dicebat ſe non minus ſeruiturum Deo, ſi conſtaret certiſſimè, quòd mille annorum ſpatio protracturus eſſet vitam. Sic illa quę cogitans de inferni ſupplicijs: & de odio regnante in damnatis: ſupplicabat etiam ſi damnaretur, vt tamen Deum diligeret. Sic Iob 13. Etiam ſi me occiderit: tamen in ipſo ſperabo. Secundò, quòd ſit aqua munda, & mundans. Lachrymæ Mariæ Magdalenæ, *Lachrymarum*
de meretrice fecerunt ſanctam: & lachrymæ Auguſtini ſub arbore de hæretico fecerunt ſanctum. *vis.* Facit enim hæc aqua munda, de fano diaboli, templum Dei: de pantheon, ideſt templo omniū idolorum, templum ſpiritus ſancti. Eſa. 35. In cubilibus in qbus habitabāt dracones, viror calami, & iunci orietur. Rom. 5. Vbi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. In vita Ioannis Eleemoſynarij legitur. Quædam mulier peccatum enorme commiſerat, quod ꝑ turpitudine nulli confiteri audebat. Cum ad dictum Ioannem ve- *Factum*
niſſet; & præ verecundia confiteri non *memo-*
poſſet: dixit quòd illud ſcriberet, & ſi- *ria di-*
gillaret; & ei clauſum deportaret: pro- *gnum.*
mittens ei, quòd nunquam reuelaretur: quod illa fecit. Occupatus tamen, cum ſchedulam in burſa ſua repoſuiſſet: aſſignauit ei diem, qua veniens ad eum, pęnitētiam iniungeret. Qui interim mortuus eſt & ſepultus: mulier quaſi amēs effecta timens ne peccatum ſuum publicatum eſſet & inuentum, ad ſepulchrum lugens cucurrit. Tertia die viſum eſt ei, ꝙ ſanctus Ioannes, & duo Epiſcopi qui iuxta eum iacebant, exibant de ſepulcris ſuis induti Pōtificalibus: qui tradebant ei litteras, quas ei tradiderat integras, & bullatas, dicentes peccatum ſuum eſſe ſibi dimiſſum: & ꝙ non potuerant tantam ſuſtinere lachrymarum rigationem, quin ad eas ſurgerent: quibus per triduū rigauerat ſtolas ſuas: quibus dictis, intrauerunt ſepulchra ſua ea vidente. Ipſa autem litteras clauſas aperiens; inuenit eas intus aqua contritionis deletas. Torrentes fluentes purgant vicos: & ſicut de cinere, & aqua fit lixiuium, ad mundandas ſordes capitis & veſtis: ſic de contritionis amaro cinere,

nere, & lachrymarum aqua, fit animæ purgatio. Hanc aquam mundam non habent qui cum lachrymis ſuis miſcent propoſitum delinquendi; vel in voluntate peccati huius vel illius manent; vel a manifeſtis peccati occaſionibus non declinant, vt in ſacerdotibus fornicarijs, qui quotidie celebrant: & quotidie peccant. Hæc turbida aqua eſt non mũdans, ſed inquinans. Nec mirum. Non enim mundat aqua lutoſa: ſed potius ſordidat, & inquinat. Peccatum autem lutum eſt immundiſſimum. Iuxta illud Pſal. 39. Eduxit me de lacu miſeriç & de luto fecis. Et alibi. Infixus ſum in limo profundi: & non eſt ſubſtantia. Quis ergo mirabitur, ſi non mundet aqua lachrymarum voluntati peccandi, velut luto ſordidiſſimo admixta? Tertiò, ꝙ ſit amara, quam habebat qui dixit. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ. Amarus enim eſt dolor ex vulneribus corporis, quanto magis ex animæ vulneribus? Dulcis fuit radix peccati, vtpotè in concupiſcentia ſuaui amarus autem eſt fructus illius vermen generans conſcientiæ. Econtrario amarus eſt dolor contritionis, qui radicem attingit peccati: ſed fructus eius dulcis, pax conſcientiæ, & gaudium in ſpiritu ſancto. Propterea dolor iſte debet eſſe in voluntate, & affectione: vt apponatur emplaſtrum ad morbum, quod quandoque immo ſæpe redundat in ſenſualitate, ſed non eſt neceſſe. Non enim eſt in poteſtate noſtra ſemper flere cum volumus, & in aliquibus dolor iſte tendit ad exceſſum, ut in mulieribus aliquibus, aut in melancholicis, habentibus ex leui cauſa lachrymas, etiã vſque ad turbationem cerebri, & oculorum caliginem. Aliquando plus meritorium eſt velle flere, & non poſſe, quàm fletibus abundare: & hinc eſt verum quod dicitur. Dole ꝙ non doles. Quod ſi quis quærat habens filium ex adulterio an tenetur dolere de filio tali, & uelle ipſum non habuiſſe? Reſpondeo ſecundũ Gerſon. Hic facienda eſt diſtinctio filij & peccati. Diligendus eſt filius: & odiẽdum peccatum. Non eſt deteſtandus filius, ſed ꝙ tali modo conceptus eſt. Quartò, ꝙ aqua illa ſit ſapida contrito. Deut. 32. Inundationes maris quaſi lac ſugent. Quanto enim contritio maior, tanto adueniens diuina conſolatio eſt dulcior. Patet, quia Deus a bono medico nihil differt. Quanto autem medicina amarior, tãto ibi de ſaccaro aut dulci miſcet ſapiens medicus: & ſic facit dolorem pęnitentiæ non ſentire. Bern. Nihil eſt, o bone Ieſu, quod pro te facio; & ſi aliquid eſt, præ amore non ſentio. In conſecratione eccleſiæ dura crux inungitur, ſimiliter in confirmatione frons dura. Pſ. 103. Qui emittis fontes in conuallibus, ideſt dulcedinem cordi contrito & humiliato. Exiſtenti de die in altum non apparet claritas ſtellarum: ſed ſtanti in profundo putei. Sic non niſi ſtanti in profundo peccatorum ſuorum, per conſiderationem, & dolorem apparet Deus, & lumen conſolationis eius. Sic apparuit Abraæ in conualle Mambræ. ſic Petro in foſſa pœnitentiæ. Cantico 5. Miſcui myrrham meam cum aromatibus meis, ideſt aſperitatem pœnitentiæ cum conſolationibus diuinis, quæ ſunt verè aromata. Vnde. 3. Reg. 19. Poſtquam vidit Helias ſpiritum fortem conterentem petras, & ſubuertentem montes, ſecuta ẽ aura leuis, & in aura erat dominus, quia poſtquam ſpiritus fortis contritionis præceſſit, qui petras obſtinationis, & mentes elatas confregit: ſequitur aura leuis diuinæ conſolationis, & conſcientiæ pacatæ in qua requieſcit dominus. Prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ; in gaudio eius non miſcebitur extraneus. Hanc aquam non bibunt qui continuè in delicijs viuunt: qui ignorant quòd per laborem peruenitur ad requiem: per bellum ad pacem: per dolorem ad gaudium: per tenebras ad lucem. Sicut in mari nutritur piſcis dulcis, ſic in amaritudine pœnitentiæ dulcedo mentis. Quintò, requiritur quòd ſit aqua viua, ideſt crebro, & quaſi iugiter ſcaturiens: hanc optabat propheta dicens. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quod fit ſi mox, & ſem-per, vt ſit actualis recogitatio, de peccato dolet homo, deteſtans illud omnibus mo dis & dictis; alioquin videtur illud approbare, & nouiter delinquere,& ſic qui iuſtus eſt, iuſtificabitur adhuc; & qui ſordidus eſt ſordeſcet adhuc. Prę terea quia quotidie venialiter peccamus opus eſt, vt iugiter fluant lachrymæ vt deleantur. Sufficit tamen virtualis contritio, dum, ſcilicet quis deteſtetur in generali quodlibet peccatum,& ad Deũ conuertitur. Præterea quamdiu membrum eſt extra locum, non quieſcit homo,nec ceſſat dolor,quouſque in locum ſuum reponatur. Locus hominis Deus eſt. Auguſtinus. Feciſti nos domine ad te;& inquietũ eſt cor noſtrum,donec requieſcat in te. Quandiu autem in peccato ſuo iacet homo, eſt extra locum ſuum, quia non eſt in Deo, nec Deus in eo. Nil mirum ergo ſi aſſiduus eſt dolor, maximè in teneris conſcientijs,quę peccatum verentur, & horrent. Dolor tamen ille facilè vertitur in gaudium. Pſ. 29. Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi Ioan 16. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Cum enim in camino ignis dixiſſent tres pueri in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur a te domine;tunc fecit dominus medium fornacis quaſi ventum roris flãtem,quia adueniente contritione, dominus ignem afflictionis, & tribulationis mitigat aqua contritionis; & quaſi ventum roris flantem in cordibus eorum facit, quando mitigatus, & placatus,pacem, & tranquillitatem mentis inducit. Nulla enim encenia magis poſſunt placare, & mitigare Deum, quàm ſibi dare cor contritum. Pſal.50. Cor contritum & humiliatum Deus nõ deſpiciet. Quanto enim magis anima atteritur, & punit ſe;tanto magis habet pacem in ſe; & tunc ſeſe oſculantur iuſtitia & pax. Per luctum enim venitur ad mundiciã; per mundiciam ad cordis pacem. Nihil autem magis placat Deum,quàm facere iudicium & iuſtitiam. Pſ.95. Honor regis iudicium diligit. Cum enim de natura peccati ſit,ꝙ ſecum defert vexationem, & afflictionem ſecundum Auguſtinum. Iuſſiſti domine & ſic eſt vt pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Hinc eſt ꝙ de voluntate Dei procedit, vt peccatum ſecum ferat ſalſam ſuam diſtemperatam felle amaritudinis. Hier. 2. Scito,& vide, quia amarum eſt te reliquiſſe dominum Deum tuum. Oportuit ergo, vt gratia per contritionem inducta, ſecum afferat gaudium mentis. Cum ergo hæc ſit natura peccati; qui poſt peccatum non ſentit dolorem, & amaritudinem,in anima ſua, ſciat ſe eſſe paralyticum. Sunt enim talia membra incurabilia, quia non habent virtutem aliquid ſentiendi, ideo nec ad ſanitatem reuertendi. Et quia contritio expellit peccatũ,conſequens eſt vt expellat omnem triſtitiam mentis. Sextò, ꝙ ſit aqua ſalutaris. Eccl.15. Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Eſt aliqua aqua quę ſapit,ſed non eſt ſalutaris. Aquæ enim mundanæ quæ ſunt ſolicitudines,& curæ temporalium rerum, cum cordi bene diſpoſito ſint omnino inſipidæ mundanis tamen videntur eſſe multum ſapidæ;ſed non ſunt ſalutares. Multi enim propter diuitias perierunt. vt dicit Ariſt. 1. Ethicorum. Hæc autem ſapit, vt dictũ eſt,& ſalubris eſt: quia hic dolor medicina eſt animæ,a corporali medicina diſtans,quia medicina corporalis non ſemper ſanat ægrum; nec medicus ſemper præſens eſt,qui ſanet. Hæc autem medicina contritionis imbibita ſemper ſanat Eſa.38. Recogitabo tibi oẽs annus meos ĩ amaritudine animæ meæ. Et ſequitur. Domine ſi ſic viuitur,ſi pro quia,quia ſic viuitur: & in talibus vita ſpiritus mei. Sed & Deus medicus ſemper præſens, de quo Lucæ 4. Miſit me ſanare contritos corde. Moritur autem anima, cũ ab ea ſeparatur iſte medicus: viuit autem cum præſens eſt. Si amico alicuius mortui diceretur. ſi haberes tales herbas pũgitiuas, & tuum mortuum in eis inuolueres,& pungeres, cito reuiuiſceret. Si illum diligeret, non dubium quin illum pungeret, & inuolueret. Sic mortuam animam neceſſe eſt contritione compũgi: alioquin non viuet. Vnde dolor corporalis

Peccator dum manet ĩ peccato, eſt extra locum ſuum.

Peccati natura.

poralis pro rebus mundanis ſæpe facit
hominem cadere in infirmitatem:vt ex-
perti videmus, ꝙ multi præ triſtitia mo-
riuntur. Sed iſte dolor ſemper ſanat, Pſ.
14.Qui ſanat contritos corde; & alligat
contritiones eorum: alligatura ſalutari,
& vinculis pœnitentiæ. Quid enim eſt
calor contritionis niſi quidam ſudor cor
dis, quo terminatur ægritudo mentis?

Contritio hominem renouat.

Septimò, aqua iſta contritionis eſt reno-
uatiua. Renouat enim veterem hominẽ,
& de vetere nouum: & de ſene, & inue-
terato dierum malorum, iuuenem facit:
& fortem ad bene operandum. Eſt enim
aqua illa quæ vulgo dicitur de iuuenta.
Vox turturis ſignum eſt nouitatis tem-
poris. Sic contritorum gemitus ſignum
renouationis mentis. Canticor.2.Vox
turturis audita eſt in terra noſtra: tem-
pus putationis aduenit, Pſal.102.Reno-
uabitur vt aquilæ iuuentus tua:quæ fra-
cto roſtro ad lapidem, ſe mergit in aquã:
& ſic iuueneſcit. Sic fracta duritię cor-
dis ad lapidem Chriſtum: dum ſe im-
mergit aĩa in lachrymis contritionis, no
uũ induit hominem, & mutatur in alte
rũ virũ. Et ſicut in renouatione hominis
reſtituitur oĩs virtus eius, quæ prius abla
ta erat per ſenectutẽ:ſic & in cõtritione
reſtituit oẽ dãnũ, & oĩs virtus ad bñ ope-
rãdum.1.Reg.11. Cras erit vobis ſalus,
cum incaluerit ſol.i.cum ardor contritio
nis exarſerit in corde. Sic tamen reſtituit
omnia, quòd in maiori gratia reſurgit.
Sanſon reſtituta virtute duabus mani-
bus duas columnas palatij Philiſtinorũ
concutiens euertit; ſic, quòd plures ho-
ſtium quàm antea interfecerit. Sic per
contritionem pęnitens, reſtituta ſibi
diuinæ gratiæ uirtute, totum diaboli-
cum ædificium, hoc eſt peccatricis con-
uerſationis carcerem, & diaboli fanum,
concusſione, & commotione pęnitudi-
nis euertit; & omne memoriale diaboli
in aquam lachrymarum proijcit. de qua
proiectione Micheæ.7. Proijciet in pro-
fundum maris, ideſt in profundę amari-
tudinis lachrymas, omnia peccata no-
ſtra. Hæ ſunt aquæ amarisſimę quibus
ſacerdos iuſſus eſt delere maledicta mu-
lieris zelotypę. Num.5. Sed quid eſt, ꝙ

A Quõ impÿs Deo commonisi, & perterriti, perſeuerãt in malitia.

impij a Deo frequenter terroribus con-
cutiuntur, & tamen in malo ſuo perſeue
rant? Reſpondet ad hoc. Pſal.34. Disſipa
ti ſunt nec cõpuncti. Tripliciter autem
disſipari ſolet bellorũ exercitus. Primò,
terrore, & ſic disſipatur exercitus vitio-
rum. Concutiuntur enim peccatores
terrore diuinorum iudiciorum, & ferro
horroris vulnerantur; & ne iugiter de-
fluat peccati ſanies, ferro ſecandum eſt
membrum. Ferrum enim (vt ait Aug. ſu-
per epiſtolam Ioan.) corium transforat,
ut linum intrare posſit. Sic neceſſe eſt,
vt timor mẽtem transfigat. Iuxta illud.
Pſal.118. Confige timore tuo carnes
meas. quatenus facto foramine, quaſi
per ferrum terroris ſubintret filum cha
ritatis, colligans peccatorem cum Deo.
Sed disſipatur animus ſicut ſolet bellũ
disſipari. Bellum autem disſipatur &
ſuperatur. Primo annona deficiẽte, quan-
do non eſt ſatis vehemens conatus. Li-
cèt enim in tali terrore mali atterantur,
non tamen conteruntur. Neq; enim eſt
foramen ſufficiens, vt per illud tranſeat
ipſum filum charitatis ad cor peccato-
ris. Inquit enim Durandus in quarto:
Solus timor non ſufficienter diſponit ho
minem ad ſalutem, & iuſtificationem.
Iſti autem ſolo terrore pęnæ pęnitent;
ideo hæc diſpoſitio dicitur attritio. Si
autem non ſolum timore pęnæ, ſed quia
eſt contra reuerentiam, & obedientiam

A Attritio, & cõtritio ſimilitudine declaratur.

Deo debitam, & quia ſeparat a conſor-
tio Dei, quem ſumme debet diligere, di-
ceretur contritio. Dicuntur enim attri-
tio, & contritio, per ſimilitudinem ad ea
quæ inueniuntur in corporalibus, in qui
bus aliquid dicitur attritum, quãdo ictu
fortioris præmitur, & contritum, quan-
do in partes minutas frangitur. Simili-
ter quando voluntas hominis adherens
peccato præmitur timore ex conſidera-
tione pęnæ debitæ peccato; & ob hoc
reſilit, dicitur attrita; ſed quando non
ſolũ timore pœnæ, ſed amore vitæ æter-
nę totaliter reſilit a peccato, deteſtando
plene ipſum, dicitur contrita. Secundo,
disſipatur exercitus quando ſpargitur
ad prędam, vel delicias; ſic ꝙ auertitur
ab vnitate. Sic disſipatur animus blandi-

cijs,& delicijs. Plus enim pęnitentia mouent ſenſus beſtiales hominis, quàm abſentia vel futura. Plus præſentes deliciç, quàm futurç. Sicut autem triſtitia cor ſtringit; ſic delectatio animum ſpargit, vt vbique vagetur. Tertiò, diſſipatur exercitus per inobedientiam ad ducem eo, quòd non ſequuntur eius conſilium, & motum. Pſal. 32. Ab eo autem commouecantur, ſcilicet a Deo; omnes inhabitantes orbem. Vt enim dicit Grego. homilia. 10. Super Ezechielem. Duę ſunt commotiones, quibus corda noſtra commouentur a Deo. Vna ex timore, alia ex charitate. vna ex luctu pęnitentię, alia ex feruore amicitię. Commouenti autem Deo electi obediũt, reprobi non; ſed ſemper reſiſtentes ſpiritui ſancto, malunt in ſuis fecibus requieſcere. Dicit Auicen. 5. de animalibus. ꝙ omne animal impinguatur, per moderatum delicioſum exercitium: præter porcum qui magis impinguatur propter ſtare in luto. Sic vbi electi moderato & delicioſo vſu impinguantur virtutibus & bonis operibus: ſoli porci guloſi, & luxurioſi impinguantur in luto. Dicitur autem dominus cõmouere tam bonos, quàm malos, dulci inſpiratione, quaſi dormientes, vt eos a ſomno peccati excitet.

Sermo quintus de eodem per thema præcedens.

B Pœnitẽtia. Pœnitẽtia Angelis Dei placet et Angelis diaboli diſplicet

ERe viam trium dierum in ſolitudinem pęnitentiæ multum placet Angelis Dei; & diſplicet Angelis diaboli. Quia placet Angelis Dei oſtendit ſaluator. Luc. 15. dicens. Gaudium eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiã agente. Sicut contingit militibus quando recuperant caſtrum quod amiſerant, & hoſtes fraudulenter ſurripuerant: & quod ſub eorum cuſtodia rex commiſerat. Quod probauit dominus Lucæ 15. Triplici exemplo, ſcilicet ouis perditæ, quam inuenta ſuper humeros, ad ouile paſtor reportauit gaudens; & drachmæ perditæ quam inueniens mulier, conuocauit uicinas ſuas, vt congratularentur ei; & exemplo prodigi redeuntis ad patrem, propter cuius reditum cecinit chorus ſymphonia. Secundò, gaudent tanquam comenſales Dei de encenio vini miræ ſuauitatis & fragrantiæ qua potantur quod vinum ſunt lachrymæ pęnitentiæ peccatorum, quibus Deus inebriatur. Eſa. 16. Inebriabo te lachryma mea. Et iam poteſt dicere cęleſtis curia illud. Pſal 59. Potaſti nos o pœnitens vino compunctionis, ita ut iniuriæ Deo in conſpectu noſtro illatæ iam obliuiſcamur. Tertiò, quia maior materia gaudij eſt agricolæ, vel patrifamilias de agro qui prius diu incultus portauit ſpinas & tribulos, & poſtmodum cultus plus reddidit vno anno, quàm alius in multis, in quo nunquam huiuſmodi vepres creuerunt. Sicut patet in Paulo, & Magdalena. Ideo Angeli boni iuuãt eos qui pęnitentiam agunt nobis, dicentes. Eſtote fortes in bello. Iuuant enim eos quorum optant victoriam, vt in ea delectentur. Secundò, pęnitẽtia maximè Angelis diaboli diſplicet. Primò, quia prædam quam multo, & longo labore acquiſierant, & diu tenuerant, eis ſubitò ſurripit, & de faucibus eorum eripit, vt dicere poſſit. quod Iob 29. Conterebam molas iniqui, & de dentibus eius auferebam prędam. Secundò, diſplicet diabolo, quia eius tela inutilia reddit. Eſt. n. pęnitentia ſcutum veritatis triangulum, quod tela eius ignea, & ſulphurea reijcit & extinguit. Pſal. 90. Scuto circundabit te veritas eius. i. vera pęnitentia. & ſequitur non timebis a timore nocturno. Iudit 7. Panis ſubcineritius, & hordeaceus (in quo pęnitentia deſignatur) ſubuertit caſtra Madiam. & Iudit 10. Poſt pęnitentiam, & fletum vicit Holofernem: & Ezechias Eſa. 37. Armatus cilicio, Angelo cooperante vicit Sennacherib. Fortior enim eſt miles armatus, quàm inermis, & magis timetur ab hoſtibus. Hieronymus; cinis & cilicium arma ſunt pęnitentium. 2. Corinth. 6. Per arma iuſtitiæ virtutis Dei, a dextris, & a ſiniſtris; vt ſcilicet nõ deponamus arma pęnitẽtiæ ne ſimus inermes in dextris proſperi-

Pœnitẽtia peccatoris voluntaria cum diabolo diſpliceat.

ſperitatis,vel in ſiniſtris aduerſitatis; ſimiles militi,qui diffidatus ab aduerſario ſuo, nunquam deponebat arma die ac nocte. Tertiò,ei diſplicet;quia hæc pęnitentia eum affligit, & flagellat. Gregorius. Vnde bonus proficit,inuidus contabeſcit.Sap.12.Dum diſciplinam nobis das; inimicos noſtros multipliciter flagellas. Et maximè in hoc flagellatur, quia ibi homo per pœnitentiam aſcendit,vnde ipſe per culpam cecidit; flagellaturque præſertim per mulierem quæ funiculum duplicis chordæ, idest duplicis ſubſtantiæ ad eum flagellandum produxit,ſcilicet Deum & hominem. Vnde inimicitias ponam inter te,& mulierem Gen.3. Ad quam recurremus dicentes. Aue.

C Contritio. In cōtritione debet eſſe propoſitum ceſſandi a peccato.

In hoc ſermone dicēdū eſt de quarta cōditione req̃ſita ad cōtritionē,q̃ eſt ꝓpoſitū triplex. Primū ceſſādi a peccato. Secundū confitendi peccatum. Tertium ſatisfaciendi pro peccato. Primum ergo propoſitum eſt ceſſandi a peccato,& cauendi in futuro, etiam ab omnibus occaſionibus peccatorum. Non enim ſufficit exterior dolor,ſed & oportet interiorem: vt emplaſtrum ponatur ſupra morbi radicem. 2 Corin.7. Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt,ſalutem ſtabilem operatur. Nec dicit. Pſal.6. Solum ſe lauare,ſed etiam rigare. Lotio enim licèt fiat exterius:rigatio tamen vſque ad interiora procedit. Dominus terrenus non remitteret ei qui ſe dicit dolere de crimine:& tamen videret ꝙ voluntatem haberet iterum eum impugnandi: quanto minus Deus qui intuetur cor? Propter hoc Rex Antiochus, qui videbatur de peccatis ſuis multum dolere: & multa Deo promiſerat. 2. Machab.9. Quia non erat ita in corde, ſicut prætendebat in ore: non eſt veniā conſecutus. Sic Saul a Samuele reprehenſus. Cæſarius,quidā iuuenis canonicus Pariſien. incontinenter, & delicatè viuens, grauiter infirmatus:cum confeſſione emendationem promiſit:& viaticū recipiens,mortuus, poſt paucos dies cuidam ſuo familiari apparens,& ſe damnatū afferens,ſubiunxit: Licèt confeſſus fuerim: vnum tamē omiſi,ſine quo,cętera nihil proſunt,ſcilicet contritionem. Dicebat enim mihi conſcientia,ꝙ ſi euaderem non continerem,ideo ſine contritione deceſſi. Sūt enim multi, quibus nihil dimittitur,qa nec ipſi peccata dimittuntur,ſed ea quodammodo legare videntur:quemadmodum alias res legant,cauſa mortis quam timent,cum intentione eaſdem res rehabendi,ſi ſanitatem recuperauerint. Sunt & alij,qui non conteruntur,eo quòd voluntatem habeant iuuenrutem ſuam peccatis exponere: & ſenectutem Deo dedicare, qui in fine decipiuntur, quia nunquam eſt bonus miles in ſenectute; vel in vltima debilitate, qui ſemper vecors fuit,& fugitiuus in iuuentute. Nec credendum eſt,quòd arbor quæ nunquā fuit viridis,nec floruit,nec fructificauit: poſt multos annos quando igni adiudicatur,& incipit ſcindi, vireſcere, florere, & fructum ferre incipiat: & contra communem rationis curſum eſt,quòd lectionem ſciat ſenex quam nunquam antea didicit. Multos autem ſolet hæc ſerotina pœnitentia decipere, quia aliquando infirmitatis grauitas,non ſolum potentia aufert loquendi, & confitendi, verum etiam de huiuſmodi multum cogitandi,quia cōtingit frequēter,ꝙ tales plus circa medicos ſolicitātur corporū, per quorum auxilium hic remanere poſſent,quàm circa medicos animarum, ꝑ quorum conſilium hinc ſecurè poſſent tranſire. Propter ea viruperatur Rex Aza.de quo 2. Paralipo.16. legitur, ꝙ in infirmitate ſua,non quæſiuit dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Sed circa hoc quæritur an ne oporteat contritum firmiter credere,ꝙ de cętero non peccabit? Reſpondet Gerſon, ꝙ non:immo formidādum eſt de ruina: alioquin temeritas eſſet qualis in Petro. Aliud enim eſt proponere & velle non peccare in futuro,aliud de hoc ipſo præſumere. Sufficit enim ſecundum doctores negatiuè ſe habere,hoc eſt non habere actuale propoſitum peccandi: maximè cum additur confeſſio. Alij tamen, & melius dicūt,ꝙ oportet deteſtari peccatum,& de meliori vita proponere:qđ quidem

D Pœnitētia. De his qui expectant in ſenectute pœnitentiam facere.

A Contritio. Vtrū oporteat pœnitentē firmiter credere, ꝙ de cætero non peccabit.

B Contritio. Quando quis tenetur cõteri.

quidem propoſitum tremorem de caſu patitur,ſed non amorem peccandi. Secundò,quæritur quando tenetur conteri peccator? Reſpondetur cum Durando diſt.17.quarti, quòd teneri ad contritionem,poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſub conditione ſi vult eſſe in ſtatu ſalutis,& gratiæ:& ſic non eſt dubiũ. quin peccator, ſtatim poſt peccatum teneatur conteri,eo ꝙ ſine contritione nõ eſt in ſtatu ſalutis. Alio modo poteſt qs intelligi teneri ad contritionem ex præcepto, ita ꝙ peccat mortaliter tanquam tranſgreſſor præcepti,& ſic peccator nõ tenetur regulariter conteri poſtquã peccauit, quia perſeuerare in eodem peccato ſecundum reatum,non inducit nouũ peccatum. peccator autem ſi non conteratur ſtatim poſtquam peccauit, ſolum perſeuerat in peccato per eum commiſſo,nec eſt aliquod præceptum, quod ipſum obliget ad conterendum ſtatim in duobus tamẽ caſibus ſub pęna noui peccati tenetur conteri.ſ. cum confiteri tenetur,quia in contritione includitur ꝓpoſitum confitendi:igitur non obligatur ad ipſam contritionem,niſi ſicut ad confeſſionem.Secundus caſus eſt,quando recordatur ſuorum peccatorum. Tunc.n. tenetur ea deteſtari:alioquin videtur eis conſentire.Dicunt tamen aliqui(& melius) ꝙ ſufficit in tali caſu,ꝙ ei non cõplaceant. Hoc.n.fœdus & pactum init Deus nobiſcum,& nos cum eo, ꝙ cum meminerimus peccatorum noſtrum,vel nobis diſpliceant,vel non complaceant. 1.Eſdræ 10. Si eſt pœnitentia in Iſrael, percutiamus fœdus coram domino.Raro tamen inuenitur, qui talem agat pœnitentiam: maximè de his quorum peccata fuerunt lucratiua,ſicut vſurariorũ, furum,raptorum,periuratorum,& ſic de alijs, vel de his qui peccatis præcedentibus mediantibus, prolem habent quã diligunt.

C Contritio. Quatuor impedimenta ne quis conteratur de peccato ſuo.

Quatuor tamen inueniuntur impedimenta, quare quis differt conteri. Vnum eſt negotiatio temporalium: Hinc Chain occidit Abel.i.poſſeſſio luctum Chain quippè interpretatur poſſeſſio:Abel luctus.Hęc enim cauſant inquietudinem mentis,quæ impedit,ſicut in aqua turbida,ne videat peccator maculas in facie conſcientiæ ſuæ. Sicut autem motus infirmorum impediunt ſudorem corporis,ſic inquietudo mentis ſudorem contritionis.Et ſic non conteruntur hic multi,cum tamẽ dederit eis lex pœnitentiæ locum, vbi deliquerunt.ſ.in hoc mundo:Iob 24.Dedit ei Deus locũ pœnitentiæ: & ille abutitur eo in ſuperbiam.Secundum impedimentũ eſt ignorantia peccati,& periculi, in quo iacet peccator,& dãni eius quod perdit.Vulgo dicitur, quod oculus non videt, cor non dolet,& quia non videt peccatum, neque damnum peccati:ideo non conteritur,licèt enim actus peccati cito tranſeat,tamen ad ſupernæ hæreditatis perditionem, & ad pœnã æternam pro ſemper obligat, ſicut per vẽditionem breuẽ, quis hæreditatem ſuam,pro ſemper a ſe alienat:& ſicut per plagã ei illatam,ſemper cum viuit dolet.Nec ita faciliter hęreditas,& ſanitas recuperantur, ſicut amittuntur: nec ita breuis eſt contractus recuperationis, ſicut alienationis, quia vbi contractus alienationis quandoque eſt breuis: recuperatio nonnunquam eſt impoſſibilis.Sic in contractu peccati,cuius opus breue eſt:recuperatio tamen illius quod per peccatum amittitur, eſſet peccanti impoſſibilis : niſi Deus ex ſua miſericordia, viam & locum ordinaſſet pœnitentiæ. Tertium impedimentum eſt,longa peccandi conſuetudo. Bernardus lib.1.ad Eugenium.Scio longè a ſalute abſiſtere membrũ quod obſtupuit, & ęgrum ſeſe non ſentientem periculo ſius laborare.Hanc autem inſenſibilitatem facit conſuetudo peccandi. Nam ſicut ibi dicit Ber.Plaga recens dolore nõ caret,vbi vetus non curatur,& impletur illud Eccl. 27. Conteretur cum delinquente delictum. Huius antem rationẽ videtur tangere Chryſ.ſuper Mat.quòd aſſueti peccatis, non faciliter ad Deum redeunt, quia qui bonę vitę ignorãt dulcedinem nõ faciliter de peccato ad Deũ per pœnitentiam redeunt, quia bonum neſciunt,quod non guſtauerunt.Sed qui guſtauerunt, ſi peccantes cadant, de facili pęnitentiam agunt, contrariorum

haben-

habentes experientiam: ſeruitij, ſcilicet Dei & diaboli; recordantes bonam Dei amicitiam quam perdiderunt; & peſſimam diaboli ſeruitutem quam incurrerunt. Ideo ad Dei amicitiam rehabendã cum gemitibus anhelant. Eſt enim de eis ſicut de amico, qui alicuius amicitiam gratam & dulcem prius experiebatur; talis citius ad amicitiam redit, quàm qui talem cum eodem nunquam prius habuit amicitiæ iucunditatem. De quo Rom.2. Benignitas Dei, ideſt recordatio benignitatis Dei ad pęnitentiam te adduxit. Quartum impedimentum eſt communicatio cum malis; quæ fugienda eſt, quia vulgo dicitur; malum domicilium, & mala vicinitas, mutare faciunt moram ſeruitium, ſeu domicilium; quia in malo dominio fiſcus omnia rapit. Vnde Pſalm.25. Cum iniqua gerentibus non introibo. Super quo. Grego. Neceſſe eſt, vt eorum imiteris vitam, quorum diligis conuerſationem. Hinc poſtquam diſceſſit Iacob a Laban, vidit Angelos; & Loth non poterat ſaluari, niſi exiret de Sodomis; & quia habitabat in Sodomis, captus eſt cum omni ſubſtantia eius a quatuor regibus. Nec Moyſes admixtus Aegyptijs audiuit vocẽ domini. Sed quemcumque viderat Saul fortem virũ ſociabat ſibi. Vnde propter Pauli ſocietatem liberati ſunt a naufragio qui erant cum illo. Hic Iſidorus. Melius eſt habere malorum odium, quàm conſortiũ. Sicut multa bona habet communis vita ſanctorum; ſic mala multa affert ſocietas malorum. Inde aiebat. Pſal.34. Confitebor tibi in populo graui; & iterum. Pſal.110. Confitebor tibi domine in toto corde meo; in conſilio iuſtorum & congregatione. Secundum propoſitum quod debet habere contritus eſt, confitendi pro loco & tempore, Secundum eccleſiæ præceptum, de his de quibus non eſt legitimè confeſſus. Patet primò per ſcripturam. Pſal.47. Ibi dolores vt parturientis. Dolori enim parturientis aſſimilatur dolor cõtritionis. Sicut enim qui concepit, & appropinquat ad partum clamat in doloribus; ſi nondum habet anima dolorem, vt parturientis; quę

D Societas. De periculo malæ ſocietatis.

E Dolor. Q̃uo dolor contriti eſt quaſi parturientis.

non tantum dolet ut perueniat ad clamorem confeſſionis. Pſal.7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Secundò, quia dolor parturientis grauis eſt, ſed vtilis, quia inde fructus prouenit. Eſa. 26. A timore tuo domine concepimus, & parturiuimus: & peperimus ſpiritum ſalutis. Parturire enim eſt cum dolore eniti, vt fructus ad lucem per confeſſionem educatur: ne idola Laban abſcondantur ſub fimo, & filateria eorum ſuffodiantur ſub terebinto: & Aegyptius abſcondatur ſub ſabulo. Sed vt vitulus conflatilis, ex toto redigatur in puluerẽ: & anathema Hierico totum concremetur. Pſal.50. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies: contritum, per contritionem: humiliatum, per confeſſionem. Secundò, hoc idem patet ex ſimilitudine. Nam ignis in nube cauſat tonitruum grande: & cognito igne, cito clamatur ad ignem: & cognito latrone, ad latronem: & aquæ quæ currũt cum impetu tumultum faciunt. Sic lachrymarum abundantia, confeſſionem inducit. Tertio hoc idem patet in naturalibus. Nam Albertus dicit lib. de animalibus, ꝙ bos ſylueſter currit ad aquas: & ad os vſque ſe mergit propter calorẽ ſanguinis ipſum concitantis. Sic peccator peccatis iratus, propter feruorem corripiendi quod erratum eſt, in aquis pęnitentiæ vſque ad omnem confitendo ſe immergere debet. Item hoc idem patet. Nam Plinius lib.8. Dicit, ꝙ quandoque leena adulteratur cum pardo: cuius adulterium leo ſentiens, per odorem vi inſurgit in leenam: ideo leena ne apprehendatur, cum leoni appropinquat, ſe abluit. Sic anima cum pardo diabolo adulteratur. De quo Apoca.13. Beſtia quam vidi ſimilis erat pardo. Committitur vero adulterium, quando ſibi conſentitur in peccatum. Sed ſi leo de tribu Iuda hoc apprehendat, niſi ſe per pęnitentiã abluat tota vi inſurgit in adulteram. Quarto hoc idem probatur exẽplo cuiuſdam vetulæ, cuius conſcientia torquebatur propter enormitatem alicuius peccati, quod in iuuentute ſua commiſerat, propter quod in eccleſia lachrymas

mas multas fundebat,non proponens illud cōfiteri. Tunc quidam dæmoniacus ibidem ligatus,cępit vehementiſsimè ridere,qui cauſam riſus,vt diceret adiuratus. Reſpondit quòd viderat quendam dæmonem ſocium ſuum ridentem de lachrymis illius vetulæ inutilibus, quia credebat propter eas peccatum ſibi dimitti ſine confesſione. Item.4.Dialogorum.c.49.de fratre Antonio. Circa hoc quæritur vtrū confeſſio ſine contritione valeat ad ſalutē? R'ndeo ꝙ ad verā cōfeſſionē requiritur cōtritio præcedens, vel concomitans.Nā ante confeſſionem ſufficit ſola attritio; quæ confitendo fit contritio. Et quòd requiratur patet, primò per ſcripturam.Pſal.6. In inferno ideſt in peccato qui eſt maximus infernus,torquens conſcientiam peccatoris, quis confitebitur tibi?quaſi diceret nullus. Eccl.17. A mortuo quaſi qui non eſt,perit confeſſio. Ideo Eſaiæ 38. Dicitur.Viuens viuens ipſe confitebitur tibi: viuens, ſcilicet non ſolum vita naturæ, ſed gratiæ.Auguſt.Niſi enim veteris vitæ pœniteat, nouam inchoare non poteſt. Sunt enim multi ſtulti qui ſe ſine aqua radere volunt, extirpare.ſ.peccata per confeſſionem ſine aqua contritionis. Secundò,hoc idem patet ratione ſecundum Guil. Pariſien. quia in peccatore, multitudo peccatorum, eſt quaſi multitudo vermium, ſerpentium, & ſcorpionum,cōtinuo conſcientiam pungentiū. Sunt enim ibi lubrici multi pungentes. Pſal.123. Illic reptilia quorum non eſt numerus anima puſilla cum magnis,parua vitia cum maioribus:quæ tamen exēplo in medicina ſumpto, nūquam exeūt de ventre cordis,niſi præmortua: nec euomi poſſunt quamdiu viuunt. Propter hoc,vt euomantur, mors eorum procuranda eſt.Potionibus enim,& medicinis occiduntur lubrici in ventre paruulorum,vt abſynthio vel aceto.Sic amaritudine compunctionis interimuntur peccata.Secundo,mulier cum concipit in gaudio:parere nō poteſt ſine dolore.Nil mirum ergo ſi peccator qui concepit iniqtatem in voluptate ſua,ꝙ eam pariat cū triſtitia.Tertiò,contritio eſt quaſi quędā malorum humorum commotio. Pſ.59. Sana contritiones eius, quia commota eſt. Sed medicinam laxatiuam recepturus, prius medicinam præparatiuam, & humorum commotiuam accipit. Confeſſio autem laxatiua eſt medicina, quæ corde commoto, euomuntur omnia peccata,ergo neceſſe eſt eam præcedat contritio quæ vocatur commotio. Quartò, dicit Auicenna 4.Can. ꝙ in morſu venenatorum,prohibetur cōſolidatio vulneris,vſque ad horam ſanationis ægri a veneno,& malitia eius.Morſus hoſtis antiqui, eſt vulnus peccati. Iſtud autem vulnus conſolidatur, quando quis amiſit propoſitum confitendi, ſed tenet ipſum apertum,ſaltem in mente,quamdiu habet tale propoſitum. Licet enim per remiſſionem præcedentem in contritione fit aliqualiter expulſum venenū peccati,tamē aliquid adhuc reſtat de illius malitia, quia propter obligationem ad confeſſionem & verecundiam,ex humilitate confitentis, & pœnam ex abſolutione relaxandam, non oportet ſtatim fieri conſolidationem, quaſi non oporteat de cętero confiteri. Sicut enim in re quæ conteritur, ſtatim apparet quod intrinſecus latet: ſic cor contritum per confesſionem, verè oſtendit quicquid prius occultauerat. Ideo quæretur peccatum illius,& non inuenietur,quia cōtritio cum confesſione, ſic peccatum abolet, ꝙ ſimpliciter non apparet. Tertium propoſitum eſt,ſatisfaciendi pro loco,& tempore, & poſſibilitate pęnitentis. Contritionem enim ſequi debet ſatisfacio. Non enim ſufficit velle ſe acquitare de debito,niſi ſequatur debiti ſolutio: nec dominus benè ponderat vnū ſine alio.Pſal.10. Vides quoniam tu laborem & dolorem conſideras.Dolorem enim cordis, & laborem ſatisfactionis conſiderat ponderator ſpiritum. Hiere. 8. Dolor ſuper dolorem: & in me cor meum merens. Bis dicit dolorem, quia dolori contritionis, ſuperaddi debet dolor ſatisfactionis.Et ſi obijciatur ꝙ inualida contritione deletur pęna, & culpa. Cum igitur confesſio, & ſatisfactio pœnæ ſint: tanta poterit eſſe contritio, ꝙ neu-

F

Cōfeſſio.

Vtrū cōfeſſio ſine cōtritione valeat ad ſalutē?

Peccata in aīa ſunt veluti vermes in corpore.

A Contritio. Vtrũ cõtritio ſufficiat ad delendũ pœnã & culpã.

neutrum ſequentium oportebit. Reſpondeo ſecundum Gerſon. Nemo nouit talem ſe habere contritionem quæ delere poſſit totalem pœnam. Ne igitur ſe quis cõmittat diſcrimini, oportet quòd quamuis habeat validam contritionem: habeat nihilominus propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi; maximè cũ iſta ſint in præcepto Dei, & eccleſiæ:& non parere præcepto tranſgresſio & peccatũ mortale eſt. Dicitur ſecundò ſecundum eundem, quòd contritio ſola in articulo mortis, vbi non apparet cui fieri poſſit confesſio: ſufficit ad ſalutem. Sed quoniam incertum eſt, vtrum tunc contritio poſſit haberi. ſtultum eſt illud tempus expectare: & tantò ſe diſcrimini exponere. Sed quæritur an in contritione aliquid dimittatur de pœna debita peccato? Arguitur quòd non. Iuſtitia humana, exemplata eſt a diuina: ſed ſecundum iuſtitiam humanam non dimittitur aliquid de pœna peccato debita ſi peccans pęniteat, quia non minus punitur homicida ſi pęniteat, quàm ſi non pœniteat; ergo ſimiliter ſecundum iuſtitiam diuinam, propter contritionẽ peccati; vel diſplicentiam, nihil dimittitur de pęna debita. Reſpon. Prima propoſitio. Pœna debita peccatori non contrito, eſt æterna. Patet per illud Mat. 25. Ibunt hi in ſupplicium æternum. Nec communiter eis pęna temporalis infligitur a Deo, quia bene eſt omnibus qui præuaricantur & inique agunt. Hier. 12. & Pſal. 71. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Secunda propoſitio. Contritio debetur pœna temporalis non æterna. Mat. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum. Et ratio eſt, quia contritio habet gratiam concomitantem, per quam homo efficitur amicus Dei: ſed pęna exterminans a conſortio Dei & ſanctorum, qualis eſt pœna inferni non debetur ei qui iam reconciliatus eſt ad amicitiam: ſed ſolum in peccato perſeueranti; & qui in inimicitia perſeuerat. Ideo per contritionem deletur tota pœna peccatori debita prius, quia ſibi debebatur pęna æterna, non

B Cõtritio. Vtrũ in cõtritione aliqd dimittatur de pœna debita peccato.

temporalis, quæ ſibi dimittitur in contritione: ita ꝙ nunquam experietur illam: nec in toto: nec in parte. Ideo rationabiliter dicitur quòd in contritione pęna æterna mutatur in temporalem. Simile eſt exemplum. Nam homicidæ debetur pœna ſuſpendij: indulget ei Rex, & ſibi ſufficit, quòd faciat emendam honorabilem: & parti ſatiſfaciat: tota pœna ſuſpendij ſibi dimittitur: & in aliam temporaneam commutatur. Tertia propoſitio. Triplex eſt contritio, minor, maior, & maxima. Minimus dolor qui eſt propter amorem Dei, cum propoſito cõfitendi & ſatisfaciendi: & ceſſandi a peccatis, ſufficit ad deletionem culpæ, & delet culpam, & reatum pęnæ ęternę. Sed ſi maior fuerit, tunc pœnam habet adiunctam: quæ vt plurimum redundat in vires ſenſitiuas ex imperio voluntatis, dum pęnitens in ſeipſo talem dolorem excitat, vel voluntariè, vel ex neceſſitate naturæ, per quem vires ſenſitiuæ ſequuntur motum virium ſuperiorum: & per talem pęnam dimittitur aliquid de pœna temporali, peccatori debita: tanto plus, quanto dolor contritionis, & dolor ſenſualis, maior eſt: ita vt poſſibile ſit tantum eſſe dolorem ſenſitiuæ partis & voluntatis, ꝙ dimittatur tota pęna temporalis peccato debita, vt patuit in Magdalena; & talis uocatur maxima contritio. Quæ autem talis ſit neſcio, Deus ſcit. Cæſarius. Mulier quædam de proprio filio conceptum infantem vſque Romam proprijs brachijs portans: cum multis lachrymis & ſingultibus peccatum ſuum Papæ Innocentio & Cardinalibus eſt confeſſa. Cui iniunxit Papa, ꝙ in eadem veſte in craſtino coram eo compareret, in qua ad peccatum ad filium accedebat. Deponẽs ergo cæteras veſtes, in camiſia ſola ad Papam venit, quamcunque pœnitentiã facere parata. Quod videns Papa, dixit ei. Dimiſſum eſt tibi peccatum tuũ. Hoc audiẽs Cardinalis quidam murmurare cępit ꝙ inſufficienter iudicaſſet. Ad quẽ Papa. Si malè iudicaui, intret diabolus in me: ſi autem bene: ſimile tibi contingat, & ſtatim cunctis videntibus diabolus

Contritio triplex, & quid in contritione dimittatur.

Factum memorãdum.

lus Cardinalem vexauit, & ſic Deus pec catum mulieri dimiſſum declarauit. Itẽ Cæſarius. In Anglia quidam clericus maioris eccleſiæ Canonicus, & Epiſcopi conſanguineus, quandam puellam ſpe cioſam Iudæi filiam ad amorem ſuum inclinauit. Dicente autem illa, ꝙ intantum a patre ſuo diligebatur, & cuſtodiebatur, ꝙ non poſſent ſimul conuenire, niſi in nocte Paraſceues, quia tunc Iudæi fluxum ſanguinis patientes, minus circa alia occupantur. Illa igitur nocte Canonicus immemor Dominicæ Paſſionis, cum ea dormit vſque ad matutinum. Pater verò intrans, videns ad latus virum, cogitauit occidere. Cognoſcens autem, ꝙ cognatus eſſet Epiſcopi, timuit hoc facere, ſed cum multa ira exclamauit. Quid hic facis, o male Chriſtiane? vbi eſt fides tua? Traditus es iuſto Dei iudicio, in manus noſtras. Si non timerem Epiſcopum, ſtatim interficerem te, & cum magna confuſione de domo eiectus eſt. Cum autem talis eſſet hoc eodem die cum Epiſcopo in miſſa lecturus epiſtolam: timuit tanto die, alteri ſuum officiũ committere propter notam. Timuit etiã ſe ſacris cum tanto peccato ingerere, & etiam timuit confiteri: victus tamen erubeſcentia, & ſacris veſtibus indutus, cũ ſtaret ante Epiſcopum: ecce prædictus Iudæus cum magno ſuorum ſtrepitu ingreditur querimoniam facturus. Quod videns prædictus iuuenis, tremens ac pallẽs dixit in corde ſuo. Domine Deus libera me in hac hora, & ego promitto ꝙ de iſto peccato ſatisfaciam tibi: & de cetero te non offendam. Admirans Epiſcopus quid in eccleſia vellent Iudæi, & maximè tali die, iuſſit eos ſtare. Illi autem mox vt hora accuſationis clerici appropinquauerat apparuerunt: virtute diuina obmutuerunt: Videns autem Epiſcopus ora Iudæorum contra ſe hiantia: & nullũ verbum reſonantia: putans quòd ad hoc veniſſent, vt diuinis illuderent: eos cum indignatione expelli iuſſit. Clericus in ſe diuinam expertus clementiam, peccatum ſuum epiſcopo confeſſus eſt: & poſtea ordinem Ciſtercien. intrauit: & puella baptizata clauſtrum ſanctimonialium. Hæc Cæſarius. De hoc autem quod hic dicitur, quòd Iudæi patiuntur fluxum ſanguinis in die paraſceues, dubium eſt, nec inuenitur in aliquo doctore autentico. Quarta veritas. Remiſſio peccatorum magis eſt opus miſericordiæ quàm iuſtitiæ, quæ eſt in actibus humanis: in quibus tamen poteſt princeps ex miſericordia pœnam relaxare, vel in aliam commutare ex cauſa rationabili.

Sermo ſextus de eodem per thema præcedens,

A Conuerſio. Quatuor cauſæ pp quas debet hõ cito conuerti ad Deum.

VElociter accelerandum eſt iter trium dierum, ideſt pœnitentiæ propter quatuor. Primò, propter periculum. conſuetudinis peccandi. quia vt dicit Ariſtoteles in libro de memoria: Conſuetudo eſt altera natura: & difficile eſt aſſueta relinquere. Qui enim lapide conſuetudinis præmitur, cum Lazaro quaſi quatriduanus fœtet: nec facile reſurgit, niſi clamet Ieſus, Lazare veni foras. Hieremiæ 13. Si poteſt Aethiops mutare pellem, & pardus varietates: & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum. Iſti ſunt de quibus. Pſalm. 106. quos vix dominus ad ſe retrahit. qui dicuntur vincti in mendicitate, & ferro: & de quibus iterum. Pſalm. 67. Qui eduxit vinctos in fortitudine, ideſt cum violentia, quorum vnus dicebat: iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Nã eſt peccatum cui reſiſtitur, & non conſentitur. & illud eſt ſub capite, ideſt ratione, de quo Gen. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Secundò, eſt peccatum cui conſentitur: ſed tamen ex paſſione magis, quàm ex electione, & iſtud peruenit vſque ad caput, ideſt rationem, quæ eſt caput animæ. Tertius eſt gradus peccati, quando homo conſentit in ipſum ex habitu & electione, quem habitum generat conſuetudo praua: & tunc iniquitas ſupergreditur caput: & ita paulatim graditur, donec ſupergrediatur ipſum, ad modum aquarum currentium, & creſcentium,

B Iniquitas. Quõ iniquitates ſupgrediuntur caput.

tium,& rapientium vſque in infernum. Quorum vnus dicebat. Ionæ 2. Pelagus operuit caput meum.& Thren. 3. Inundauerunt aquę ſuper caput meum: dixi, perij. Secunda cauſa velocitatis eſt,quia qui diu iacet in peccato, facilè ruit de peccato in peccatum. Nam (vt dicit Gregor.) peccatum quod per pœnitentiam non diluitur: mox ſuo pondere in aliud trahit. Sicut qui graue onus portat, facile cadit:ſicut lepus currens verſus vallem. Facile enim cadunt, qui verſus vallem inferni ſemper vadunt: de quibus Pſal. 19. Hi in curribus, ſcilicet ſuperbiæ, & hi in equis luxuriæ; ipſi obligati ſunt,& ceciderunt. 1. Theſſa. 2. vt impleant peccata ſua ſemper. Oſeæ 4. Sanguis ſanguinem tetigit, ideſt peccatum ſequitur peccatum,tanquam pęna ipſius peccati. Oppreſſi enim à tyrannis,aſſiduò nouis exactionibus opprimũtur. Quemadmodum Aegyptij irridebãt populum domini. Exodi 5. Qui propterea velociter exierunt. Inde Eſaiæ 5. Væ eis qui trahunt longam reſtem, ſcilicet peccatorum. Ideo Eccl. 21. Fili peccaſti? ne adijcias iterum; ſed & de priſtinis deprecare,vt tibi dimittantur. Tertia eſt periculum mortis ſubitæ intempeſtiuæ,& incertæ. Mat. 24. Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret; vigilaret vtique: & non ſineret perfodi domum ſuam.& Mat. 13. Vigilate & orate;neſcitis enim qua hora dominus veſter venturus ſit; ne forte ſtulto dormienti dicatur illud Luc. 12. Stulte hac nocte repetent a te animam tuam. Dormiunt enim ſicut Helias, ſub vmbra iuniperi. de quo legitur ꝙ optimè cuſtodit ignẽ; ita vt quandoque ſub cineribus eius ſine extinctione ignis per annum ſeruetur. Inde iuniperus dicitur quaſi gignẽs pyr. Sic illi dormiunt ſub vmbra peccatorũ, qui animæ peccatrici ſeruant ignẽ æternum. Sed & ſi ægrotanti detur ſpatium pęnitendi, & deliberandi: vis tamen & pondus ægritudinis ita totum illum abſorbet, vt vix poſſit niſi morbo intendere. Inde ægrotus prius vocat medicũ corporalem, quàm ſpiritualem: & plus gaudet de aduentu eius. cum tamen

Conſuetudo peccati eſt valde periculoſa.

Dormiẽdum nõ eſt ĩ peccatis.

medicina corporalis, ſit carior medicina ſpirituali,quæ gratis offertur,qua dominus ſolo verbo curat, iuxta illud Sap. 16. neq; herba, neque malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus domine. Quarta ratio, eſt difficultas verè penitendi, quia difficile eſt inueteratum dierum malorum, eſſe iuuenẽ dierum bonorum propter antiquam conſuetudinem. Eſt enim de tali,ſicut de nutritis in delicijs,& bonis morſellis in curijs,& domibus principum: quibus antiquatis,& de curia licentiatis, grauis eſt panis durus,& parca dieta, veſtis exilis, & domus parua. Antiqua enim gulę & ſuperbię, cęterorũque uitiorum conſuetudo: per quàm ſua natura eſt quaſi alterata: facit eum abſtinentiam, humilitatem, & cęteras virtutes, quaſi rem contra naturam abhorrere: ita vt, ſicut dum iuuenes ſunt, abſtinere non poſſunt propter naturę caliditatem; ſic nec in ſenectute propter conſuetudinem contrariam. Cuius cauſam reddit Grego. dicens. Vſitata culpa ita obligat mentem, ꝙ nequaquã ſurgere poſſit ad rectitudinem. Quapropter velociter redeundum eſt ad pœnitentiam:quod fiet medio glorioſę virginis,quę commiſcuit tria ſata farinæ,ideſt tres partes pœnitentię,vt efficeretur panis lachrymarum.de quo Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Et vt nobis porrigat illum panem,dicamus. Aue.

Vltimò dicturi de contritione. Primò,dicemus de qualitate, & effectibus eius. Secundo de ſignis verè contriti. Circa primum ſciendum, ꝙ ſecundum ſex effectus contritionis, ipſa contritio ſex ſortitur nomina. Primo uocatur cõtritio, quia ſicut vnguentum ſanatiuum conficitur ex multis herbis in mortario lo contritis; ſic contritionis vnguentũ, ex herbis peccatorum, qui naſcuntur in terra noſtra,dum conteruntur in mortariolo conſcientię. Hęc Bern. ſuper Cãtica. Secundò,ſecundum Bon. & Alex. quia quod conteritur eſt cor peccatoris, quod eſt tamquam vas fictile repletum veneno peccati Deut. 32. Fel draconum uinum eorum; & venenum aſpidum inſanabile,& duplici mola conteritur. Vna eſt ſur-

C Contritio. De ſex noĩbus contritionis.

eſt ſurſum eleuans,ſcilicet ſpes veniç ex conſideratione diuinę miſericordię;alia eſt deprimens deorſum, quę eſt timor pœnæ proueniens ex conſideratione diuinæ iuſtitiæ.de quibus Deut.24. Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam. Iſtud vas idcirco hic conteritur, quia durum, vt emoleſcat, vel magis,vt peccati delectatio totaliter effundatur. Ideo dicitur contritio, non fractio; q̄a fractio eſt in maiores partes, contritio in minores. Et quando eſt fractio in maiores,ſapor aliquo modo remanet. vt autem non remaneat, nec ſapor, nec veritas;in partes minimas cõteritur. Hæc autem delectatio totaliter amittitur,& hic,& in inferno;hic per gratiam; & in inferno per pœnã ęternam. Vtrobique enim eſt contritio; in pœna ęterna. Eccl.14. Conteretur cum delinquente delictum.& Pſal.13. Contritio & infęlicitas in vijs eorum; & hic. de quo Pſal.50.Cor cõtritum,&c. Sed aliter ex aliter,quia in inferno conteritur in puluerem;non vt aliud uas fiat.quia de impijs dicitur.Pſal.1.Non ſic impij nõ ſic; ſed tanquam puluis quem proijcit ventus a facie terræ.Sed in contritione gratiæ eſt contritio ad faciendum,& generandum vas nouum, & ſolidum per humorem gratiæ & lachrymarum.Ideo recte dicitur, contritio non attritio, quaſi partium tritarum vnio, vt fiat vas in honoré. ſecundum illud de Paulo,vas electionis eſt mihi iſte. Secundo, uocatur ſciſſio. Vnde quatuor ſcindenda ſunt. Primo corda peccatorum, tamquam vtres diaboli,ut tota fætulentia, totumque ius peccatorum inde effluat,vt nulla in eis ſtilla remaneat. Secundo, ſcindenda eſt veſtis peccati,& atterenda, & annihilanda. Et tunc ſecundum Auguſtinum libro de doctrina Chriſtiana: Timor qui eſt carnifex animæ,debet punire,& torquere animam,vt ab ea exeat malus ſanguis, ſcilicet peccati. de quo Pſal.50.Libera me de ſanguinibus.Tertiò, quando dimiſſum eſt peccatum, & deſtructum per contritionem, & diuiſum in minutas circunſtantias: ſcindenda eſt ſequela peccati, macula,ſcilicet a

Scindenda ſunt quatuor in contritione.

pęna, vt macula ſemper ſit in propoſito deteſtanda: & pęna ſatisfactoria amplectenda. Peccatum.n. dum in culpam & pœnam diuiditur: ad modum pomi putridi,cuius pars putrida abſciſa,dimittitur,& pars ſana reſeruatur.Quartò,ſcindenda eſt carnalitas,quæ remanet,vt fiat homo magis ac magis ſpiritualis. Corpus.n.quod corrumpitur, aggrauat animã. Vnde peccator ex toto carnalis eſt: ſancti qui ſunt in patria,ex toto ſpirituales,qui ſunt in via, partim carnales,partim ſpirituales:& poteſt in eis magis ac magis cõteri carnalitas.Sicut dicit Apoſtolus.Mortificate mẽbra veſtra q̃ ſũt ſuper terram: & mihi mundus crucifixus eſt,& ego mundo. Hæc carnalitas ſemper ſcindenda eſt: & ſcindendo eam per timorem carnificem, aliquando exeunt lachrymæ exteriores.Aliquando.n.corpus compatitur animæ, & econuerſo. Hæc Altiſsiodoren.quo ad tria vltima. Tertio dicitur compunctio ſecundum Guil.tribus de cauſis.Primò,quia in cõtritione:tunc primo ſentiuntur ſpinę & aculei peccatorum:cum ſpiritus ſanctus cor peccatoris infuſione gratiæ viuificat. Pſal.31.Cõuerſus ſum in erumna mea: dum configitur ſpina. Ante.n.aduentũ ipſius viuificum, corde ſtupido, vel potius mortificato,vel mortuo:nec vulnus peccati,nec ferrum in vulnere ſentiebatur.nec aculei peccatorum;nec punitiones ipſorum.Pſal.4. Quæ dicitis in cordibus veſtris, &c. Multa.n.dicuntur in cordibus.Pſal.13.Dixit inſipiens in corde ſuo,non eſt Deus. Et iterũ.Ex abundantia cordis os loquitur mala.Cubilia vero ſunt conſcientię, in quibus homo ſæpe requieſcit, quaſi in fecibus. Poſt igitur aduentum eius compungimini in his qui dicitis in cordibus veſtris.Secundò, Quia peccator eſt ſicut bos, vel aſinus in lutũ merſus. Vel ſicut qui vulgo dicitur infangatus;cui aculei,& calcaria adhibẽtur,vt de luto exiliat. Sic clemẽtiſſimus pater, peccatores de lacu miſeriæ,& de luto fecis educere volens,pungit,vt ſupra petram Chriſtum dominũ, vel ſanctæ conuerſationis, ſoliditatem exiliant.Et quia non ſufficit diuina punctio;

Cõtritio dicitur cõpũctio tribus de cauſis.

ctio; niſi etiam homo ex parte ſua ſe pungat per timoris aculeum, ideo dicitur cõpunctio quaſi ſimul punctio. Tertiò, quia ſicut arbores thuris & myrrhę ſudibus ferreis vulnerantur. & ipſe vulneratæ velut lachrymæ aromata myrrhæ & thuris proferunt. Thus enim & myrrha lachrymę ſunt huiuſmodi arborum coagulandę. Sic compuncta corda pęnitentium, thus deuotę orationis, & myrrham internę amaricationis proferunt. Hęc Guilielmus. Quartò, dicitur conuerſio peccatoris, quia peccator dum eſt in peccatis ſubuerſus, habet ſub, quod debet ſupra habere, & econuerſo, quia ſpiritum habet ſub carne, & carnē ſupra, cũ eſſe debeat ecõuerſo; & faciem vbi debet habere dorſum, & econuerſo, quia habet faciem ad poſteriora. i. tēpalia, & terrena. Ita. n. oculos habet ad ea, vt non videat æterna. Prou. 17. Oculi ſtultorum in finibus terræ. Aures ēt ſic habet ad illa, vt æterna audire non poſſit. Prou. 18. Non recipit ſtultus verba prudentiæ. Nares ēt ita habet ad eadem, vt nihil redoleat ſuaue, niſi ſtercora temporalium. Eſa. 3. Erit pro ſuaui odore fœtor: & famem, & palatum non habet, niſi ad illa: & pp hoc non comedit, nec ſaporat niſi illa. Similiter diuerſus eſt, habens in dextra, quod debet habere in ſiniſtra, & econuerſo. Eccl. 10. Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. & ibid. 7. Cor ſapientis vbi triſtitia eſt: & cor ſtultorum vbi lætitia. Similiter eſt euerſus, habens extra, quod debet habere intra, & econuerſo. Eſt enim extra plenus, & intus vacuus: extra diues, intus pauper: extra veſtitus, intus nudus: extra nitidus, intus ſordibus: extra dominus, intra ſeruus: extra homo, intus iumentum diaboli: extra homo, intus brutum: extra ſanctus, intus execrabilis: extra monachus & clauſtralis, intus omni laſciuia, & inordinatione ſecularis: extra Rex coronatus, intus latro ſpirituali ſuſpendio damnatus: extra Epiſcopus Pontificalibus ornamentis decoratus, intus diabolicæ turpitudinis inſignibus deturpatus. Ideo meritò dicitur conuerſio, ab iſta peruerſitate, & deordinatione, ad debitum ordinem, & conuenientem diſpoſitionem. Qu nto dē ſacrificium. Pſ. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Et ſecundum Raymundum lib. 4. c. de ſatiſ. Triplex eſt miſericordia. Vna ad proximum, dando ſua. Secunda in compaſſione proximi, tãquam hoſtiam pacificam, dando cor ſuum. Tertia vero in cordis contritione, quo ad ſeipſum, qñ. ſ. miſeretur aiæ ſuæ iam depauperatæ, vulneratæ, & morti adiudicatæ. Prima, ē magna miſericordia, & magnũ ſacrificium. Secunda, eſt maius. Tertia, eſt maximum, quia in prima, offert ſolũ ſua Deo. In ſecunda, cor per compaſſionem. In tertia, ſeipſum offert Deo in holocauſtum. Cor, ſcilicet contritum & humiliatum quod eſt ſacrificium valde acceptabile Deo. Pſalm. 50. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ. Ad quod opus monet dominus Eccl. 30. Miſerere animæ tuæ placens Deo, ideſt ſi vis placere Deo, & exaudiri ab eo. Aug. Rogat Deus, vt tui miſerearis, & non vis. Quomodo exaudiet te dominus in die neceſſitatis ſupplicantem: cum tu eum pro te ipſo non audis rogantem? Vnde ſuper illud Lucæ 11. Date eleemoſynam. Glo. Prima eleemoſyna eſt mederi animabus noſtris. Sine iſta non valent aliæ eleemoſynæ. Dicit enim Iob 15. de peccatore. Non credat fruſtra errore deceptus, quòd aliquo precio redimendus ſit. Auguſt. in Enchirid. Qui vult eleemoſynam ordinatè dare: a ſeipſo debet incipere: aliter crudelis eſt, & non miſericors. Eccl. 14. Qui ſibi nequã eſt: cui bonus erit? Cato. Semper tibi proximus eſto. Sextò, vocatur terremotus, ſiue commotio. Pſ. 53. Commouiſti terram, & cõturbaſti eam, ſana contritiones eius. Cõmouetur per dolorem: conturbatur præ iniquitatum & malorum multitudine: & ideo ſequitur ſanitas. Videntur autem ſecundum Guil. eſſe quinque motus aiæ contra peccatum. Primus eſt motus timoris. Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Si enim adeo fortis fuerit ipſe timor, vt ipſum timentem fugere faciat ad præſentialis ſacramenti refu-

Miſericordia triplex.

Eleemoſinā prius dare dēmus nobis ipſis.

A Terremotus. De quinque motibus animæ q fieri ſolēt in cõtritione.

refugium,& intra illud recipi: manifeſtū eſt, huiuſmodi timore mortificatum radicitus veterem hominem, & iam affixū patibulo pœnitētiali. Non.n. intrat pœnitentialis ſacramenti refugium: niſi qui prætori ſpirituali.i. confeſſori, ſe tradidit cruce pœnitentiæ crucifigendū. Vñ ſecundū Philoſo.2. Meteororum. Terræmotus eſt quandoq; cauſa diluuij,& magnæ inundationis ſuper terram. Sic motus timoris tremere faciēs peccatorē ſuperuenire facit diluuiū lachrymarum. Secundus eſt motus pudoris: qui ſi fortis fuerit, erubeſcentē de peccato ſuo, abſcondi facit operimento confeſſionis & latibulo. Vnde ſecundū Albertū. Sonus quidam concomitatur terræmotū; qui non quieſcit donec terrā ſit rupta: & tunc exit ventus cum magno ſono. Sic motus pudoris, conſcientiam agitat: vſq; quo ore apertò, ſonus exeat confeſſionis & exeant exhalationes peccatorum, q quidem terræmotum animæ faciunt. Pſ. 9. Perijt memoria eorum cum ſonitu: eo ruu.ſ. peccatorum: quæ nō ceſſat donec terra oris ſcindatur: & cor aperiatur; & ventus ſuperinflationis expiret. Tertius eſt motus iræ, & indignationis: qui tantus eſſe debet, & tam ſuccenſus: vt iuxta conſilium eccleſiæ: vindicare aggrediatur in ſemetipſo Dei contumeliam, & proprias iniurias, quas peccādo ipſemet ſibi irrogauit. Iuxta quem modum impe ratur in Pſal. Iraſcimini, & nolite peccare. Sed in quibus iraſcimini? in his quæ dicitis in cordibus veſtris. Tāta ēt debet eſſe indignatio contra ſordes peccatorū, ſua nobilitate indigniſſimas & cōtra iugum diabolicæ ſeruitutis, vt dicat illud Eſa.63. Indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Quartus motus abominationis. La trina.n. & venter humanus iudicāda eſt conſcientia, quæ abominabilem peccatorum fætulantiā potius retinere, & cuſtodire, quam vomitu confeſſionis euomere eligit. Tantus ergo debet eſſe abominationis motus, vt nauſeam putæ & integræ confeſſionis inducat. Thren.3. Magna eſt velut mare contritio tua. Quemadmodum enim mare ſe purgat immundicijs,& mortuis ſubmerſis, nec quieſcit, quouſque cadauera eorum ad ripam proiecerit. Sic contritus quando voluntas peccandi in eo mortua eſt, quieſcere non debet, quouſque cum abominatione eijciat peccata in confeſſione, quæ iam mortua ſunt, & ſubmerſa in mari rubro contritionis. Vnde, & filij Iſrael, quando tranſierūt mare rubrum non fuerunt ſecuti, donec viderunt cadauera Aegyptiorum ſubmerſorum in mari venire ad ripam. Quintus motus eſt horroris, quando horret ita fortiter vitia, vt a peccatis, tamquam a mortiferis,& venenatis, immo tamquā ab ipſa morte reſiliat: & velut ſerpentes, & bufones a ſe proijcere: & tamquam paruulum ad matrem eccleſiam; & patrem confeſſorem: & ſignum eius recipi ſe faciat. Quandiu enim placent homini feces peccatorum; & anima delectatur in ipſis; tandiu feces reſident in fundo cōſcientiæ quaſi immobiliter. Sed quādo incipit reuoluere, & diſcutere iniquitatem, & turpitudinem peccatorum: tunc quaſi de profundo, incipiunt feces moueri: & conſcientia agitari, & turbari. Pſal.142. Anxiatus eſt in me ſpiritus meus in me turbatum eſt cor meum. In ſecūda parte dicturi ſumus de ſignis verè contritorum: quorum primum eſt ſpontanea lachrymarum effuſio. Quando enim putatur vinea, & exit lachryma, ſignum eſt vitæ. Charitas autem calor eſt vitalis animæ, quæ ſudare facit lachrymas contritionis, extinguentes ignem inferni, & accendentes ignem cæli, quem venit dominus mittere in terram, qui ē feruor charitatis. Similes cuidam fonti, qui dicitur eſſe in Aepiro, in quo faces ardentes extinguuntur, & extinctæ accenduntur. Hac enim aqua cor inflammatur, vt fluat ſicut cera a facie ignis charitatis. de quo Pſal.21. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens, in medio ventris mei. Hæc eſt aqua qua raſorium confeſſionis facilè diſponitur, ad præſcindendum crines peccatorum. Hic eſt inſuper fumus caminorum cordis, qui eſt ſignum magni ignis & magni hoſpitis illuc ſuperuenientis. Secundum ſignum eſt, deſiderium & ſitis flendi, ſi non

B *Cōtritio. Quatuor ſigna hoīs verè contriti.*

non poſſit haberi ſponte. Licèt enim aqua ſit inſipida, tamen dulcis eſt ſitienti. Sic dolor, licèt ſit cordi humano inſipidus, tamen ſitienti, & deſideranti ſalutem ſuam, dolere & flere pro peccatis dulce eſt, ac deſiderabile. Quia dulce erat illi flere qui dicebat. Pſal.41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, quia dolore & fletu reficiebatur, & in dolore delectabatur, ſitiendo propriam ſalutẽ. Prouerb.27. Anima eſuriens, etiam amatum pro dulci ſumet. Hæc eſt pluuia voluntaria quam ſegregauit Deus, voluntariç hęreditati ſuę poſtquam redit ſerenitas mentis, in qua Deus habitat, quia Pſal.75. In pace factus eſt locus eius, & Pſal.76. In mari via tua, id eſt in amaritudine cõtritionis. Placatur enim Deus contritione. In ſignum cuius videmus poſt peractam pœnitentiam in quadrageſima, quòd frequenter Deus pulchrũ largitur tempus, & ſolem tribuit optatum, quaſi oſtendens ſe pœnitentia placatum. Sed e contrario, quando poſt Paſca, vel in æſtate ad peccata redeunt homines, tamquam canes ad vomitum; peſſima dat tempora pluuiarum, & temporum intemperiem, infirmitates, & peſtes, ſicut factum eſt Romę in qua proceſſio, propter tales Dei vltiones fuit ordinata in feſto ſancti Marci; & in Vienna pro ſimili cauſa, fuerunt ordinati dies Rogationum. Inde Iob 24. Dedit ei locum pęnitentię, ſcilicet in eccleſia tempore quadrageſimę, & ipſe ſępe poſt Paſca abutitur eo in ſuperbiam. Tertium ſignum eſt ſolicitudo grandis ſe ſeruandi a peccato. Tunc enim maximum ſignum eſt, quòd a peccatis ceſſare proponit. Homo enim poſt lotionem, magis ſolicitè ſe cuſtodit ab immundicijs. Cant. 5. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Sicut dolia quando plena ſunt vino, ſtudioſius religantur, ſic quando anima plena eſt amaritudine contritionis, vt redundet vſque ad ſummum, ſcilicet ad oculos: ſignum eſt plenitudinis: & quod melius pręſeruat a recidiuo peccati, & ſi cõtingat recidiuare, ſicut ſepties in die cadit iuſtus: cito currit ad medelam contritionis, habens ſpinæ punctu-

Proceſſiones poſt Paſcha cur & vbi ſint ordinatæ.

ram (ſi viuus ſit) primò die illam extrahere nititur. Sic de muſca intrante oculum eius. Si verò mortuus ſit, nihil horum uel ſentit, vel extrahit. Quartum ſignum eſt, quando nullam pœnam corporalem ſuſtinere formidat; & ad omne opus bonum faciendum paratus eſt; omnemque pœnam moderatam propter peccata ſua portare. Vnde quadriga bene vncta faciliter trahitur, & ei imponitur maius onus, ſine ſtrepitu & clamore. Sic cum perſona permittit ſe vngi, & duci ad libitum; portans gratanter omnem pœnitentiam ſibi iniunctam: ſignum eſt, quod eſt vncta gratia Dei; ſicut corium bene vnctum extenditur: & vndecunque trahitur. Si tamen non ſe permittat regi, vt aliquid pro Deo ſuſtineat; ſignũ eſt quod malè eſt vncta. Inde de rota benè vncta dicitur Ezechielis.1. Quocumque ibat ſpiritus rotæ; pariter eleuabantur. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Hæc autem eſt natura iſtarum lachrymarum contritionis, etiã ad opera bona fecundare. Philoſophus.17. De animalibus dicit, quod aquæ pluuiales, magis quàm fontales, conueniunt plantis, nec aliqua earum ita bene creſcit, ſicut cũ imbibitur aqua pluuiæ. Aqua fontis quæ ex terra procedit, lachrymæ ſunt ſeculares; quæ ex amiſſione terrenorum procedunt: & ille non multum fecundant. Aquę vero pluuię quę de ſurſum veniunt: lachrymę ſunt ſpiritales deuotionis, & contritionis: ſine quibus non bene rigatur anima ad fructificandum. Pſ. Fuerunt mihi lachrymę meę panes. Non.n. fuerunt panes formaliter cum ſint aquę, ſed virtualiter; quia ſic terram noſtram fęcundant, quod panes nobis ad ſuſtentationem uitę producunt. Eſa.55. Quomodo deſcendit imber, & nix de cęlo; & illic vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & perfundit eam, ſic erit verbũ meum. Pſalmiſta.37. Quoniam egó in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Cæſarius. Quodam viro prædicante de peccatis, & pœnis inferni: mulier quædam exclamauit ad eum. Domine quid fiet de cócubinis

Aquæ pluuialis magis fecũdãt quã cæteræ.

ſacerdotum? Ille ſciens ipſam ſimpliceſ, in ioco reſpondit. Nunquam ſaluabuntur: niſi clibanum ardentem ingrediantur. Illa autem non ioco, ſed ad certum accipiens verba, die quodam acceſo clibano, & nullo ibi pręſente; clauſoque oſtio, flammas clibani ingreſſa ſtatim eſt extincta. De ore autem clibani viſa eſt a multis prope locum adſtantibus, columba alba aſcendere in cœlum. Stupefacti de viſione patentibus eis foribus, & ingreſſi, fęminam extinctam de flammis extrahentes tamquam proprij corporis interfectricem, in campo ſepelierunt. Vt autem Deus mortem ſic ſimpliciter ſibi illatã oſtenderet, ꝙ nõ ex malitia, & deſperatione; ſed ex obedientia fuiſſet, de nocte multis videntibus, candelis ardẽtibus, ipſius tumultum illuſtrauit.

Sermo Septimus de Pœnitentia: & ſpecialiter de confeſſione primus per thema præcedens.

A Cõfeſſio. Per confeſſionẽ itratur in iuriſdictionẽ curiæ miſericordiæ.

Ibimus viam trium dierum, &c. Tres ergo dietę iſtę ſunt contritio, confeſſio, & ſatiſfactio. Per primam exit peccator terram, & iuriſdictionem iuſtitię, & per confeſſione intrat curiam miſericordię. Pſ. 99. Introite portas eius in cõfeſſione. Alię autem ſunt leges, & alię conſuetudines in curia iuſtitię; & alię ĩ curia miſericordię, ideo aliter iudicat peccator in hac, & in illa. Ille aũt facit bonam dietam (vt vulgo dr̃) qui poteſt exire de Pariſius, ſed meliorem, qui exit de dñio iuſtitiæ vbi erat cõdẽnatus. Sed non ſufficit niſi perueniat ad curiã miſericordiæ per confeſſionẽ. ſicut nõ ſufficit peregrino, ꝙ vadat per vnam dietã ad perueniendũ ad locũ ſuum, & ibi remaneat: ſed oportet primã & ſecundã, & ſic de alijs vſquequo perueniat peragere. Ideo male faciunt qui expectant hanc dietam facere vſque ad annũ, vel etiam vſque ad ſenectutem: cum parum errãs a via, in principio erroris, ad viam ſuã redire poteſt, quod facere non poteſt diu errans. Pſ. 110. In matutino interficiebã omnes peccatores terræ; vt diſperderem de ciuitate dñi oẽs operãtes iniquitatem. In terra. n. vel ciuitate in qua nõ ſit iuſtitia, abũdant latrones. Et mirabile eſt, ꝙ ſic decipiuntur ſperãtes lõgã vitã ad emendationẽ, cum quotidie oculis ſuis cernant, ꝙ de eis qui naſcuntur, vix media vel tertia pars, peruenit ad ætatẽ quadraginta annorũ: & de magna prole hominis, vix tertia pars expectat ſenectutẽ. Feſtinemus igitur ingredi miſericordiæ curiã, & hoc mediante Regina illius curiæ. ſ. miſericordiæ ꝗ ſalutabimus dicentes. Aue.

B Conſciẽtia. Summè neceſſariũ eſt ſtudere in libro conſcientiæ.

Multi aũt ignorant dietã iſtã confeſſionis. Bernardus ĩ meditationibus. Multi multa ſciunt, & ſeipſos neſciunt: quærunt Deũ per exteriora, relinquẽtes ſua interiora, quibus interior eſt Deus: cum tñ iſta ſciẽtia maior ſit, & ſuper oẽs alias: quia nullus quãtũcumque literatus, eſt verè ſapiens, qui currit ad infernum. Et tales ſunt ignorantes viã iſtius dietæ, qa nulla alia ſcientia poteſt ſaluare animã ſine iſta. Quid. n. profunt literæ eruditionis Priſciani, & leges ſtudere Iuſtiniani in pellibus caprinis; niſi de libro cõſciẽtiæ deleãt literas mortis? Quid proſunt hæc lecta & intellecta; ſi teipſum non legas, & intelligas? Legere. n. & non intelligere, negligere eſt. legere in pellibus caprinis, & non intelligere. i. intus legere in libro cõſcientiæ; negligere eſt: immo potius inſanire, qa magna inſania eſt illũ cõſciẽtię librũ negligere: in quo tã ſtrictè debemus examinari in die iudicij; & nõ in alijs libris. Bernardus. Stude cognoſcere teipſum; quia multo melior & laudabilior eris, ſi teipſum cognoſcas; & in libro cõſcientiæ tuæ ſtudeas; ꝗ ſi te neglecto; cognoſceres curſus ſyderũ: fundamenta terrarum; vires herbarũ; cõplexiones hominũ; haberes etiam notitiam omniũ terreſtriũ, cęleſtiũ, & infernorũ. Et ſic apparet ꝙ neceſſaria eſt iſta ſcientia ad ſalutẽ, & propterea diligenter ſtudendũ eſt in libro conſciẽtiæ. Sicut Dauid tanꝗ bonus ſcholaris, ſurgebat ad ſtudendũ in iſta ſciẽtia dicẽs. Media nocte ſurgebã ad cõfitendũ tibi; & frequentabat ſcholas cõfeſſionis. Vñ dicebat. Cõfitebor dño nimis

Cognitio ſuÿpſius eſt valde neceſſaria.

mis in ore meo. Non poteſt eſſe bonus clericus & ſcholaris, qui ſemel in ſeptimana vadit ad ſcholas, nec bonus artifex mechanicus, qui non diligat artificium ſuum. Sic qui ſemel in anno cōfitetur: & quaſi coactus: imperitus ī hac ſciētia, dicēdus eſt. Et ſicut ille diceret maior clericus, qui ſciret reſpondere in diſputatione communi coram maioribus clericis de mundo, vbi omnes alij eſſent ſtupefacti: ſic erit de illo qui bene ſtuduerit in hoc libro. Benè enim reſpondebit coram ſummo cancellario Paradiſi: & coram illis magiſtris, ſcilicet Angelis, Apoſtolis, & Martyribus, & alijs Sanctis, nō de vniuerſitate Pariſien. ſed Paradiſi. Illi ſunt qui tres iſtas dietas velociter opere complent, qui craſtinum non expectant: qui dicunt illud Exod. 3. Ibimus viam trium dierū in ſolitudinem. Quia materia de confeſſione tractanda venit: hic duæ quæſtiones tractabuntur. Primò, an teneatur homo homini confiteri: & virtute cuius obligatur. Secundò, cui facienda eſt confeſſio. Ad primum quæſitum reſpondendo ſit prima propoſitio. Bene prouidit Deus homini de ſacramento confeſſionis ad ſuam ſalutem operandum. Probat Guil. Pariſien. triplici ratione. Prima eſt, quia ſi natura arborum, & plantarum potens eſt in reparationem, & reſtitutionem omniū eorū, quæ vis & contrarietas hyemalis eis abſtulit. In verno. n. tempore recuperant quæcunque eis aſperitas hyemis abſtulerat flores & frondes: & denuò ſe reſtiunt, quanto fortius natura humana eouſque deſeri nō debuit; vt abſque ſpe vlla ſurgendi caderet in peccatum? bene ergo prouidit ei Deus de remedio. Secunda ratio, ſi ſerpenti & multis auibus vt aquilis, & accipitribus, & ceruis, virtutem ſuijpſorum renouatiuā; vetuſtatum & deformitatum exterminatiuam diuinæ ſapientiæ bonitas dedit; qūo incorporabiliter magis huiuſmodi virtute homini indigenti de illa nō prouidit. Tertia ratio ſi corpori humano vires dedit, quibus a caſu ſuo corporali reſurgere poſsit; qualiter miſericordiſsimus Deus animam hominis a tā neceſſaria

C
Cōfeſſio. Bene prouidit Deus homini de remedio cōfeſſiōis.

tamq; ſalubri virtute nudā dereliquit? Et ſi recidiuo corporum Dei prouidentia medicinam prouidit; quomodo non multo fortius recidiuis animarum? Si enim corpora non ſunt curanda niſi propter animas; quia nec vtilia niſi propter animas; quomodo non fuit curæ creatori omnium Deo, vt morbis animarum ſiue primitiuis, ſiue recidiuis medicinā prouideret? Secunda propoſitio. A principio generis humani, quodammodo ad ſalutem videbatur vocalis confeſſio conferre. Probat Petrus Cantor, quia primi parentes poſt culpam a domino ſunt requiſiti de culpa, ut peccatū quod tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent. Serpens autem de culpa nō eſt requiſitus; quia per confeſſionem nō reuocabatur ad vitā. Cain ſimiliter poſt fratricidium a dn̄o requiſitus, vbi eſt Abel frater tuus, quia ſuperbus peccatū confiteri noluit; ſed potius mendaciter negando dominum fallere conatus eſt, dicens. Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? venia indignus iudicatus eſt. Propter quod ſm Alex. de Ales. 4. par. trac. de pen. Licèt ante legem ſcriptam nullum fuerit inſtitutū ſacramentum: nihilominus erāt tūc quędā ſigna quæ gerebant in ſignum pęnitentiæ: quę habebāt ex inſtinctu, non ex inſtitutione. vt patet in exemplis eorum qui nō habebant legem. Ionæ. 3. Peruenit verbum ad Regē Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo: & abiecit veſtimentum ſuū, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et dicit ibi gloſſa. Qui offenderant Deū luxu, & ambitione, eorum cōdēnatione placant per quæ prius offenderant. Prius quidē ieiunium quod Deo in occulto offertur. Deinde ſaccus qui exterius hominibus exhibetur. Similiter Iob offerebat pro peccatis filiorū. Iob. 1. Tertia propoſitio. Cōfeſſio vocalis in lege ſcripta quodammodo videbatur eſſe præcepti in aliquibus caſibus. Patet per illud Eſa. 43. Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris, vbi tranſlatio ſeptuaginta habet, dic peccata tua, vt iuſtificeris. Et in lege præceperat dominus, vt lepra oſtenderet ſacerdotibus, ad quos pertinet diſcernere in-

D
Cōfeſſio. Qūo a prīcipio mūdi, cōfeſſio videbatur ad ſalutem conferre.

A
Cōfeſsio. In lege veteri confeſsio aliquādo videbatur eſſe ſub pcepto.

ter lepram & lepram. Leui. 13. Et Prou. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, reliquerit ea, miſericordiã conſequentur. Et Eccl. 4. non confundaris peccata tua cõfiteri. & iterum. Eccl. 17. Ante mortem confitere. A mortuo. n. velut ab eo qui non eſt perit confeſſio. Diſſoluat igitur peccator colligationes impietatis. Eſa. 58. Et Nume. 5. Viri ſiue mulieres, cum fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere: & per negligentiã tranſgreſſi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, peccatum ſuum confitebuntur. Inde Matt. 3. Veniebant ad Ioannem cõfitentes peccata ſua. & Act. 19. Multi credentium veniebant ad Petrum, confitentes & annuntiantes actus ſuos. Hæc tñ confeſſio non erat ita particularis, ſicut noſtra: ſed vel in generali, vel per oblationem, immo & circunſtãtias videbantur confiteri. Leui. 4. 5. & 6. Vnde in ſupradicta auctoritate Num. 5. confitebuntur peccatũ, & redent ipſum caput, quintãque partem deſuper ei in quem peccauerunt. Ecce ꝙ de præcepto legis, tenebantur confiteri furtum, quod reſtituebatur cum additione quintæ partis. Hæc tamẽ confeſſio (vt dicit Bon. & Ale.) non erat ſacramentalis. Primò, qa non fiebat ſacerdoti eccleſiaſtico habẽti poteſtatem clauium in ſpe remiſſionis peccati. Secundò, quia fiebat in generali ſolum. Tunc. n. fiebant quædam oblationes, quibus confitebatur genus peccati. ſ. vel ꝙ erat peccatum ex ignorantia, vel ex malitia: vel ꝙ peccatum erat principis, vel ſacerdotis, vel ſimplicis animę. In noua autem lege, ſpecialia peccata, & ſpeciales circunſtantiæ confirentur, eo ꝙ ſpecialia magis moueant erubeſcentiam, q̃ generalia. Tertiò, quia talis confeſſio ex opere operato gratiam non conferebat: licèt ex opere operante, & ex obedientia, & deuotione facientis hoc faceret. Quarta propoſitio. Non debuit huiuſmodi confeſſio ſacramentalis inſtitui in veteri lege, ſcilicet tantum in noua. Hoc dupliciter probat Bon. 4. diſ. 18. Primò, quia confeſſio principaliter inſtituta eſt propter peccati deteſtationem. Peccator autem dum malè agit, odit lucem, & non vult vt ad lucem veniant, ne arguantur opera eius: ideo in reuerſione ad iuſtitiam requiritur infructuoſa opera tenebrarum. Quæ autẽ arguuntur a lumine, manifeſtantur a lumine. Ephe. 5. quod fit per confeſſionem. hoc autem debuit inſtitui in illa lege, in qua maximè facta eſt manifeſtatio veritatis; qñ verbum caro factum eſt; vt intelligibile fieret ſenſibile. Tunc. n. tenebroſa, & occulta, debuerunt manifeſtari: & verba cordis formam vocis induceret: vt ſicut Deus inuiſibilis ſe nobis viſibilem oſtendit, ſic occultum uerbum cordis, ſenſibili ſe Deo probat ſermone. Hoc autem factum eſt in lege gratiæ; ergo. Secundò, quia confeſſio ordinatur ad reconciliationem peccatoris faciendam cum Deo; mediante tamen humano arbitrio: ita vt homo ſit iudex, & arbiter inter Deum & hominem. Arbiter autem talis debet eſſe, qui poſſit ponere manum in ambobus: vel inter vtrunque: quod eſſe non potuit, quouſque Deus factus ſit homo: & tunc homo deificatus, datus eſt nobis mediator Chriſtus: qui ſcilicet potuit manum ponere in vtrunque, relinquens in eccleſia ad hoc officium miniſtros ſibi ſucceſſores. Vnde Duran. diſt. 17. 4. Sicut lex vetus fuit umbra, & figura legis nouæ: & ſicut in fide veterum implicitè continebatur fides modernorum, ſic in veteri lege, cõfeſſio fuit inſtituta implicitè in vmbra & in figura. Quinta propoſitio. Cõfeſſio non eſt de iure humano. Probat Durandus. 4. diſt. 17. quia nulla lex poteſt præcipere actum cuius non poteſt tranſgreſſorem iuſtè punire. Fruſtra. n. ferrentur leges: niſi tranſgreſſores poſſent puniri. Ideo dicit Philoſophus. 10. Ethicorum, ꝙ oĩs lex habet coactiuam vim per pœnam; ſed nulla lex humana poſſet iuſtè punire illum, qui non confitetur peccatum ſibi ſoli notum. Tum ex defectu probationis: quia de illis nullus teſtificari poteſt. Tum ex defectu auctoritatis: quia ſolus Deus eſt qui nouit corda filiorum hominum: ergo non eſt de iure humano. Sexta propoſitio. Confeſſio

Confeſſio in veteri lege non erat ſacramẽtalis.

Confeſſio.

Confeſſio non debuit in lege veteri inſtitui.

C *Cõfeſſio.*

Cõfeſſio non eſt de iure humano.

feſſio iuri naturali proxima eſt, quia naturale ius habet, vt ſi quis nos offendat, ipſe prius poſſit de ſeipſo ius exhibere, ꝙ clamemus ad alium iudicem. Qui ergo offendit Deum, ipſe primò eſt iudex ſuper illa offenſa: ita ꝙ quamdiu viuit homo, tempus habet iudicandi de illa. Qui ergo timet iudicium Dei, de offenſa prius iudicat, ne tempore tranſacto iudicetur a Deo. Pſal. 74. Cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Præterea ſecundum geometras rectum eſt, cuius medium non exit ab extremis: & hoc eſt quaſi connaturale rectitudini. Homo autem naturaliter naſcitur cum pęna & moritur cum pęna: ergo ne medium exeat ab extremis: naturale eſt ei, vt viuat in labore & pęnitentia. Item naturale eſt, ꝙ præſentatus regi ſordibus & fetulentijs careat: Sic Dan. 1. Præcepit Nabuchodonoſor vt conſpectui ſuo repræſentarentur iuuenes de ſemine regio forma decori. Sic Ioſeph attonſus, & veſte mutata præſentatus eſt Pharaoni. Oportet ergo vt priuſquam accedamus ad regem glorię tergamus faciem conſcientiæ. Pſal. 94. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Septima ꝑpoſitio. Sacramentum cōfeſſionis eſt ex Chriſti inſtitutione, & ꝑ cōſequens ex iure diuino. Patet. 1. Theſ. 4. Hęc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. Pſ. 113. Facta eſt Iudęa, id eſt cōfeſſio ſanctificatio eius: ergo de voluntate Dei eſt cōfeſſio. Vnde Tho. 3. par. q. 84. art. 5. in reſponſione. Sacramentum pęnitētiæ eſt ex inſtitutione Chriſti. Hinc dn̄s in principio ſuę prædicationis non ſolum dicit hominibus vt pęniteāt, ſed etiam vt pęnitentiam agant: ſignanter determinans modos actuū, qui requiruntur ad hoc ſacramentū. Miniſtros ēt determinauit. Matt. 16. vbi dicit Petro. Tibi dabo claues Regni cęlorum. Efficaciam vero huius ſacramēti, & originem virtutis eius, manifeſtauit poſt reſurrectionem. Luc. vlt. vbi dicit ꝙ oportebat Chriſtum pati, & reſurgere a mortuis; & ꝑdicari in nomine eius pęnitentiam, in remiſſionem peccatorum, in omnes gentes. Vbi poſita reſurrectione, & paſſione Chriſti, immediatè virtute nominis Chriſti patientis, & reſurgentis, hoc ſacramentum habere vr̄ efficaciam ad remiſſionem peccatorū. Modus aūt remittēdi peccata ꝑ miniſtros tāgitur. Io. 20. Quorū remiſeritis peccata remittūtur eis. ergo a contrario ſenſu, quorum non remiſeritis nō remittuntur eis. Sed ſacerdotes non remittunt niſi confitentibus, &. ſe præſentantibus eis: ergo confeſſio eſt ex præcepto Chriſti. Nec eſt credendū ꝙ eccleſia & Apoſtoli illud iugum impoſuiſſent hominibus tam periculoſum, niſi Chriſtus verbaliter Apoſtolis iſtud præceptum dediſſet. Ideo fallit Gloſ. de pęn. & re. diſt. 1. c. in pęnitentia. quę dicit confeſſionem ſolum eſſe de iure poſitiuo humano. Fallit etiā hiſtoria tripartita, quæ dicit ꝙ græci non confitentur. Nam & Chryſoſtomus patriarcha Hieroſolymitanus eorum doctor, confeſſionem deſcripſit, ꝙ eſt ſalus animarum, remiſſio peccatorum, recuperatio virtutum, fuga dæmonum, obſtructio oris inferni, & apertio Paradiſi: quod non ita feciſſet niſi græci confiterētur. Quod etiā experimento diſcitur: quia Græci confitentur ſicut & Latini. Et ſi dicatur, ꝙ per auctoritatem illam, quorum remiſeritis peccata, &c. ſolum ordinauit miniſtros eccleſiæ ad remittēdum peccata; nec inſtituit aut præcepit vt peccatores accederēt ad eos in confeſſione. Reſpondet Bon. 4. diſt. 17. Sufficit, ꝙ ægroto exponatur medicus, & medicina ſibi neceſſaria. Vnde Hugo de ſancto Vict. dixit medicis, vt curarent: ſed non dixit infirmis, ut ad medicos curandi cauſa venirent. Hoc. n. quaſi certum eſſe voluit: quia ægri libenter ſalutem quærerent, & ſe curandos offerrent, ſi medicos inuenirent, hæc ille. Propter hoc Chriſtiano multum debet eſſe commendabilis confeſſio, ab eius auctoritate, qui eā adduxit. ſ. filius Dei. Cum Deus ante aduentum ſuum multa bona mundo mandauerit per nuntios ſuos: ipſe tn̄ quædam in perſona propria attulit mundo: vt eſt præceptum de dilectione inimicorum: de pace ſeruanda cum his qui oderunt pacem. Et confeſ-

D Cōfeſſio. Cōfeſſio eſt ex Chriſti inſtitutione.

Cōfeſſio eſt peculiare donum a Deo acceptum.

ſio peccatorum homini ſigillatim facta apparet eſſe optima: quia optimus eam attulit. Optimi .n. eſt optima adducere. vt dicit Dionyſius. Gratia .n. iſta quam Deus homini in ſacramento iſto facit: eſt vna de proprijs gratijs quæ ad tempus gratiæ pertinent. Non .n. in veteri lege remittebatur peccatum his qui cõfitebantur; vt patuit in Achor Ioſuæ. 7. quem poſt confeſſionem lapidauit omnis populus. Ideo amplectenda eſt confeſſio tempore gratię tamquam miſericordia dñi, huic plenitudini temporis reſeruata: & tamq̃ res optima ab optimo adducta. Et hãc ritè ordinauit: quia in periculo mortis in bello ita vulnerari poteſt dñs ſicut ſubditus; & ſagitta ita fortiter regias carnes perforat, ſicut ruſticanas. Et ideo prudens dux, debet aliquem vices eius gerentem ordinare: vt ſi contigerit eum mori: ille locum ducis teneat. Dux dirigens nos contra diabolum & vitia, eſt diuina gratia. Ab eo .n. nobis eſt præſidium: q̃diu talis dux in nobis vigebit; ſemper vincimus hoſtes. Sed Rex iſte in nobis mortalis eſt, ex culpa a nobis commiſſa. Ideo dominus vice regis ordinauit puram confeſſionẽ, ne in peccato a diabolo capiamur, dicens iuda Rex meus. i. confeſſio. Octaua propoſitio. Sacramentum confeſſionis maxime a Chriſto inſtitui debuit in tempore gratiæ; hoc enim maximè requirebat tempus plenitudinis, & abundantiæ: in quo maximè debuit abundare miſericordia eius triplici ratione. Prima ad hominũ attractationem. ad quod multum valet miſericordia & manſuetudo. iuxta illud Can. 1. Oleum effuſum nomen tuum; ideo adoleſcentulæ dilexerunt te nimis. Nomen Dei fuit oleum effuſum, quando ſecũdum ſuam miſericordiã ſaluos nos fecit. Propterq̃ miſericordiam præcipuè mũdus poſt eũ cucurrit. Bernar. Omnino propter manſuetudinem quæ in te prædicatur, currimus poſt te domine Ieſu: audientes, ꝙ non ſpernis pauperem peccatorem, non horruiſti confitentem latronem, non lachrymantem peccatricem, non ſupplicantem Chananæam, non deprehenſam

A Cõfeſſio. Cõfeſſio debuit inſtitui tpe gratiæ.

in adulterio, non ſedentem in theloneo: non ſupplicantẽ publicanũ, non negantẽ diſcipulũ, non perſecutorem diſcipulorum, non ipſos perſecutores ſuos. In odore vnguentorũ tuorũ currimus. Secunda. vt exemplo ſuo homines ad miſericordiam, Deo maximè placentem, & hominibus maximè vtilẽ, inuitaret. Vnde ſuper illud oleum effuſum dicit Gloſ. Sponſus a patre miſſus ad ſpõſam venit vnctus, vt ſponſam vngat vnguento. Tertia vt peccatũ deſperationis Deus a mundo tolleret, & expelleret. Vnde quando filius Dei conſummauit opus ſalutis noſtræ; ne aliquis locus deſperationis remaneret; homini indignum omni dono, qui latrocinio damnationẽ meruerat tam tẽporalem q̃ æternam: cuius culpa certa erat, qui iam ſuſpenſus erat, temporali morti & æternæ propinquiſſimus, regnum cęli dedit eadem die poſſidendum. De quo Aug. Conſiderabat latro facinora ſua: & pro magno habebat, ſi ei vel in fine parceretur. Dñs autẽ ait continuò. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. Miſericordia obtulit, quod miſeria diſtulit.

Deſperatio p cõfeſſionẽ remouetur a peccatore.

Sermo octauus de pœnitentia; & ſecundus de confeſſione.

LActantius inſtitutionum diuinarum libro tertiò, reprehendit Pythagoram dicentem nos natos eſſe cauſa ſolis videndi, ſed magis nos natos eſſe cauſa laudandi Deum. Inde in Pſ. 148. Cũ fit mentio de creatione omnium creaturarum: & de enumeratione earum, ſtatim omnes admonentur laudare Deum: ac ſi eſſet finis earum. Sed qui non cognoſcitur corporeis oculis, vix laudari poteſt a corporea creatura, niſi per auditum cognoſcatur eius bona fama, & de eo opinio habeatur. Propterea non cognoſcimus Deum, niſi ex auditu fidei. Pſ. 77. Quanta audiuimus; & cognouimus, & patres noſtri annuntiauerunt nobis. Ideo filij Iſrael ex auditu per Moyſen cognoſcentes ſuum liberatorem, vt ad eum peruenirent, dicebãt Pharaoni. Ibimus viam trium dierũ in ſolitudine,

B Fides: Q̃uo per auditũ cognoſcuntur ea quæ ſunt fidei.

vt ſacrificetur Deo noſtro. Et viam illorum trium dierum, & non aliter, ad Deum peruenitur. Quod ſignificatum eſt per duas tabulas Moyſi; quarum primis fractis, fuerunt ſecundæ reſtitutæ; quia fracta innocentia per peccatū, ſolū reſtat pœnitentia, quæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium. Eamus igitur viā triū dierū cū Regina Saba: cui non ſatis fuit audiſſe famā Salomonis, niſi ipſa i. ꝓpria perſona cum videret, & audiret: & ſic læta eſt benedicens Deum, nunc aūt audimus per fidem, & timemus quomodo timebant filij Iſrael audientes vocē dñi terribilē in monte Sinai, non audentes tangere montē. Audiuit Adā, & timuit: audiuit Abacuch, & timuit. Dñe inquit audiui auditum tuū & timui. Venit autem Salomon pacificus, mitis, & humilis corde; & in tribus diebus accedunt ad eum peccatores, & publicani; iuuenes, & ſenes, pauperes, & diuites. Habeamus igitur acceſſum ad eum per illam, per quam acceſſit ad nos virginē, ſcilicet gloriosam cui dicamus. Aue.

C Cōfeſſio. Sacerdoti faciēda eſt cōfeſſio pp multa.

In hoc ſermone dicturi ſumus quod in præcedenti relictum eſt. ſ. cui facienda eſt cōfeſſio. Pro cuius rñſione, ſit prima propoſitio. Sacerdoti facienda eſt cōfeſſio: hoc apparet quatuor de cauſis principaliter. Prima, quia ſacerdos paſtoris habet officium. Prouer. 12. Nouit iuſtus iumentorū ſuorum animas. i. prælatus animas ſubditorum ſuorum. Vn. de Pœn. 4. diſt. 17. Ne fortè lupi abſconderētur in grege, qui māducarēt agnos; inſtitutum eſt, vt vultus cōſcientiarum ſuarum ſacerdotibus oſtēderent; in vultu. n. agnoſcitur agnus, vel lupus. Et ſi quæratur: Quid debet facere ſacerdos curatus vel vicarius; ſi cognoſcat magnum peccatū regnare in ſua parochia?

D Cōfeſſio. Quid debet facere curatus ſi magnū peccatū regnet in ſua parochia.

Rñdetur primò, ꝙ non debet ipſum reuelare in particulari; nec verbo, nec ſigno, nec nutu, aut aliquo alio modo, quo poſſet particulariter agnoſci, vel etiam ſuſpicari de quacunque perſona particulari. Dr ſecundò, ꝙ ſynodus Epiſcoporū ad hoc ordinatur, vt maior prælatus induſtria, & donis ſibi a Deo datis; & cōſilio ſapientum, ſaluti periclitantiū animabum ſubueniat. Ideo tunc debet Epiſcopus, vel eius vicarius idoneus, ſingulos curatorum interrogare, quæ peccata maximè regnant in parochijs ſuis, & illi in generali poſſunt dicere, vel peccatū luxuriæ; vel peccatū inceſtus, &c. Quibus dictis & omnibus comparatis; tunc ſapiēter aduerſus diaboli machinas, machinā poteſt erigere, nō inducendo multā pecuniæ, quia (vt ait Cyprianus) nō timetur quod emitur. Emūt multi, & ſacerdotes, & laici concubinas ſuas; redimunt vſuras & ad omne facinus laxantur: Olim iſta cognoſcebant Epiſcopi, dū actualiter viſitabant, & principales caſus reſeruatos audiebant. Nunc autē (proh dolor) mutatus ē color optimus; ſed nō mutatione dextræ excelſi; ita vt pro paſtoribus, qui deberent cuſtodire vigilias ſuper gregem ſuū, & viſitare ipſum, habeamus potius lupos, & raptores vel luxui, & pigritiæ deditos, &c. Secunda ratio, quia diſpēſatoris habet officiū. Ei. n. dñicæ pecuniæ, & talētorū eius diſpenſatio credita eſt, & multiplicatio iniūcta. Ex quo tenemur nos peccatores reddere rationē maioribus diſpenſatoribus, & camerarijs Chriſti. Minores. n. ſuperioribus diſpēſatoribus rationē reddere tenentur, illi vero dño, vt fieri conſueuit in curijs Regū, vel Principū. Sic ſacerdotes ſuperiores camerarij; quibus oēs theſauri cęleſtes cōmiſſi ſunt, in die iudicij cōputabunt de aīabus ſibi cōmiſſis, tanꝙ de ſuis villicationibus. Et ideo nūc videamus, qūo cōputū reddemus. Nunc per vicarium audit ipſum, in fine per ſeipſum auditurus. Primus cōputus facilior. Tū quia ille qui cōputū audit, nihil ſcit de miſerijs, & factis, niſi quantū dicis. Tū ſecūdò, qa fit in ſecreto, nec ſcit auditor defectus tuos. Deus autem omnia nouit: & in publico coram omnibus defectus tui compoti audiet, & totus mundus videbit. Melius eſt ergo aggredi primū computum, ꝙ expectare ſecūdū. Vnde Caſſiodorus ſuper illud. Pſ. 62. Cōfiteanē tibi populi Deus. Illis nō iudex, ſed aduocat⁹ eſt Chriſtus, q ſe ꝓpria cōfeſſione dānarūt. Tertia ratio, qa officiū gerit iudicis. Et ideo, qa cū Deo i curia

Sacerdos habet officium diſpenſatoris Dei.

curia noſtra, & foro, iuſtitiam de nobiſipſis facere tenemur: ſua intereſt, ne per errorem noſtrum, aut incuriam cauſa ſua quam cõtra nos habet periclitetur: ideo prouidit ſibi, & nobis, de aſſeſſore ſacerdote diuini iuris perito: quę cauſę ſuę examinationi interſit; & cuius conſilio cauſa illa examinetur & terminetur. Hoc enim facere ſolent in curijs alienis litigaturi. ſ. mittere pro ſe, qui videat, ne forte in iudicio illo iniuſtè grauetur. Secundò, vt ait Guil. Pariſien. Si iniurię & particulares iniquitates habẽt particulares iudices, & ſpeciales. Ita ꝙ Rex eis non intendit, niſi per ſubditos; a fortiori prouidebit ſibi dominus conſiliarios, & iudices ad iudicandũ. Oportet autem iudices cognoſcere leges, ſecundum quas iudicant. Quis autem magis habet cognoſcere leges Euãgelicas, quam ſacerdos, qui habet docere populum, & diſcernere inter lepram & leprã? Tertiò, ſi ſubditus ſecularis, vel ſeruus, videat damnificationem Regis, ita ꝙ cognoſcat aliquem qui prodat aliquam ciuitatem Regi pertinentem, nunquid tenetur in abſentia Regis mittere procuratori eius? Si ergo in iſtis corporalibus quæ non ſunt ſpiritualibus comparanda, talis ſit diligentia, ſequitur ꝙ homo qui per peccatum, & abominationes factas, terram quam in homagio tenebat de Deo, prodidit & alteri contulit. ſ. diabolo; maximè hoc tenetur accuſare procuratori Regis, qui eſt ſacerdos, diſpenſans bona domini ſui; & procurans tanquam rationem redditurus. Quartò, ſi quis in ciuitate videat combuſtionem incendij, aut depredationem in aliqua parte ciuitatis, nonne citò clamat ad ignem, vel ad latrones, & nũtiabit vt ſuccurratur; & quanto magis ad eum attinebit, clamabit? Concupiſcentiæ quas habes incendunt animam tuam. peccata furantur eam Deo, & tradunt diabolo exactori & tyranno: & tu non clamabis ad auxilium, ad eum qui poteſt? Et ille eſt ſacerdos teſte domino dicente. Quodcunque ſolueris erit ſolutũ, ideſt quicquid extinxeris erit extinctũ. Quintò, ſi ſit aliquis turbator pacis qui contradicat mandato regis, vel velit inobediens eſſe mandato regis: nonne quilibet debet eum ſtatim accuſare iudici, vel procuratori: & maxime quanto turbatio ſibi propinquior? Et ecce impius inter Deum & animam ſuam ponit litẽ. Eſa. 48. Non eſt pax impijs dicit dominus: & inter ſeipſum, & conſcientiam ſuam. Vnde peccatum manifeſtum, pacem exteriorem turbat & interiorem; quia pacem exteriorem turbat: ideo iudicio ſeculari corrigitur: ergo quia pacem interiorem turbat, iudicio ſpirituali animæ dimittitur, & quia pacem ſpiritualem tantummodo turbat, tantummodo ſpirituali animæ iudicio derelinquitur. Et ſicut per alienam accuſationem coram publicis Poteſtatibus emendantur manifeſta peccata; ſic per propriam accuſationem in confeſſione emendantur occulta. Non enim fas eſt, vt inemendata maneant occulta. Si ergo quis tenetur quærere correctionem fraternam; nonne plus tenetur ſeipſum non negligere, & propriam quærere? Secunda propoſitio. Soli ſacerdoti facienda eſt confeſſio. Patet primò, quia ex antiqua lege. Leuiti. 17. Si difficile quid & ambiguum ortum fuerit; ibis ad ſacerdotes leuitici generis; quanto magis in his quæ ambigua ſunt ad ſalutem animæ eundum eſt ad ſolum ſacerdotem? Hinc, & omnes ciuitates refugij fuerunt leuitarum, ideſt ſacerdotum. in quo oſtenditur, ꝙ cũ quis peccat, ad ſacerdotes refugere debet. Vnde ait dominus peccatori. Can. 2. Sonet vox tua in auribus meis. Aures Dei ſunt ſacerdotes, quibus verba mentis reuelanda ſunt. Quod ſi ea non audierint, audiet ea Deus ad malũ noſtrum; ſicut fecit filijs Iſrael, de quibus Pſal. 77. Audiuit Deus, & ſpreuit eos; & ad nihilum redegit valde Iſrael. Tertia propoſitio. In nullo neceſſitatis articulo, tenetur quis laico confiteri, quia ſecundum Durandum 4. diſt. 17. Ceſſante principali, ceſſat acceſſorium, ſed confeſſio fit principaliter propter abſolutionem; ergo ſi deſit copia ſacerdotis, qui ſolus poteſt in foro pœnitentiæ abſoluere, abſolutus eſt pœnitens ab obligatione. Vnde Altiſſio.

Confeſſio ſoli ſacerdoti facienda eſt.

A Confeſſio. In nullo caſu confitẽdum eſt laico.

reci-

recitat ꝙ cum quædam nauis periclitaretur in mari; & quidam magnus peccator timore mortis imminentis horrenda confiteretur in publicum peccata;ita vt quidam eorum aures obturarét propter horrorem,ſedata tempeſtate,nullus eorum qui in naui degebant meminit eorum quæ confeſſus erat in particulari; præter ſacerdotem quendam qui tunc cum illis erat in naui, ad inſinuandum, ꝙ ſolis ſacerdotibus ſub claue deſideratę abſolutionis,reuelanda ſunt peccata. Licitum tamen hoc eſſe poſſet;ſi ex ſola humilitate ad habendum conſilium,vel ad verecundiam propter Deum hoc qs faceret; cum verecundia ſit pars ſatisfactionis;dummodo confitens non ſubijciat ſe laico vt miniſtro.Hoc enim eſt illicitum, quia ſicut non ſacerdos peccaret,ſi ſe gereret pro miniſtro huius ſacramenti,& irregularis eſſet; ſic peccaret, qui ſe ſubijceret non ſacerdoti, vt miniſtro.Quarta propoſitio.Quilibet catholicus adultus tenetur omni anno proprio ſacerdoti, aut eius vicario confiteri,ſi aſſit ei opportunitas. Patet per illã decretalem.Omnis vtriuſque ſexus. Vñ Deut.22.Si quis oppſſerit puellã,& clamauerit,dato ꝙ non audita fuerit; ipſa nullatenus morietur. Si vero non clamauerit; cum ſuo oppreſſore occidetur. Clamor eſt confeſſio, quæ quandoque non auditur,quando ſolum ſtat interius in ſola cordis contritione; quandoque auditur in verbali pro locutione.Quando autem diabolus aliquam animã per peccatum opprimit:tunc ſi verè per cõfeſſionem clamauerit:dato ꝙ ſacerdotẽ qui eum audierit non inuenerit: mortẽ perpetuam non incurrit. Sufficit enim peccatori clamor cordis, ſi non ſit ſacerdos, qui audiat verbum oris. Pſal.106. Clamauerunt ad dominum cũ tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos. Propter quod Chriſtianis qui ſunt inter Sarracenos captiui,ſatis eſt ꝙ confiteantur Deo,cum propoſito confitendi ſacerdoti, offerente ſe opportunitate. Si autem anima ſit per peccatum oppreſſa, & non clamauerit; & clamorẽ in confeſſione contra diabolum oppreſſorem non emiſerit;illa cum ſuo oppreſſore in æternum peribit. Sed multi propter multa ſpernunt confeſſorem;nec ei confitentur. Primò,propter malam vitã ſacerdotis, qui nullo modo incitat peccatores ad pœnitentiam. Non confidit æger in medico, qui ſibi non ſubuenit: Scriptũ eſt enim.Medice cura teipſum. Nec quærere poteſt quis mel gratiæ,vbi fællis & peccati amaritudo inuenitur. Alij ſpernunt ſacerdotem propter bonam vitam ſacerdotis.Quia enim vidẽt eius uitam optimam;& ſuam vitam peſſimam in comparatione ad vitam bonã ſacerdotis,& nimis ab ea diſtare,ſibi erubeſcunt confiteri.Tanta enim eſt aliquãdo uita boni ſacerdotis; quòd ſolũ ſuæ uitæ exemplum,percutit omnia interiora peccatoris. Conſidera ergo quid faciat uerbum eius, quando ſola apprehenſio ſic eum terret, & erubeſcere facit. Sed tales erubeſcunt de optimo medico, ab eo quęrere ſanitatem; cum tamen non erubeſcant coquini a magno diuite quęrere eleemoſynam. Vnde talium ſeptem ſunt fatuitates. Prima, ꝙ tales nolunt facere, vt animam liberent a morte ęterna;quod facerent,vt corpus liberaretur ab infirmitate corporali. Libenter enim eis confiterentur; ſi ſe ſcirent a morte corporali liberandos.Secũda eſt,quia propter infirmitatem corporalem, carè conducunt medicos, etiam inexpertos,& medicinas,quę aliquando eis nihil proſunt;nec prolongant vitam; & tamen circa certam animæ ſalutem, medicum expertum,qui nihil petit, niſi ꝙ morbum ei oſtendas;qui etiam medicinam certam dabit;quæ etiam conferet vitam æternam ſępe vſq; ad finem quadrageſimę fugiunt, & declinant. Et ſi quandoque ſe offerat medicus ſpiritualis gratis; dicet vel aliud circa eum exiſtens. Adhuc fortis eſt,bene cõualeſcet. Si ſibi loqueremur de confeſſione eſſet triſtior, vel offenderetur, & crederet, ꝙ citius deberet mori iterum veniatis.Itẽ dicet. Modo eſt in ſudore,vel in calore. Item dicet, ꝙ modo non poteſt loqui. Item modo mortuus eſt, & ſepultus in inferno.Tertia fatuitas eſt,quia pro mille li-

B *Confeſſio. Quilibet catholicus tenetur confiteri proprio ſacerdoti.*

C *Confeſſio. Propter multa multi ſpernũt ſacerdotem confeſſorẽ.*

Fatuitates ſeptem peccatorum qui nolunt confiteri.

le libris, vel Regno temporali habendo confiteretur, & non vult hoc facere pro Regno cœlorum. Quarta eſt, quia ſi q̃s eſſet ligatus, aut captus, & clamore poſſet liberari, ſtultus eſſet ſi non clamaret: Clamet ergo contra diabolum dicens il lud Tob. 13. Ego autem in terra captiui tatis meę confitebor illi. Quinta eſt, q̃a aliena peccata non erubeſcit dicere, detrahendo ad ſui damnationem, & erubeſcit ſua cõfiteri ad ſuam ſalutem. Sexta, quia quandoque plus facit oſtendere ebrietas, quam totã doctrina eccleſię, vel ſalus animę. Sicut de quadam muliere quę cum frequẽter ſuſpiraret, & cauſam ſui ſuſpirij nullo modo ſobria voluiſſet ſuo narrare marito; tandem ebria, aperuit cauſam illius fore vnum peccatũ, de quo nunquam confeſſa erat, & peccatum nominauit; de quo cum in craſtino ei rememoraretur, & ad eccleſiam ire ſaceret, vt confiteretur, confiteri noluit; ſed nocte ſequenti pręſcidit gutur ſuũ. Septima ex hoc, ꝙ plus ea volunt confiteri coram toto mundo, quàm coram vno homine. Agat igitur homo mulieris exemplo, quæ in ſpeculo ſe reſpiciẽs, prius tergit maculas quas habet in facię, quàm exeat domum, ne coram populo diffametur. Sic prius tergendę ſunt maculæ in ſpeculo vitæ boni ſacerdotis, quàm exeat anima domum corporis. Sunt & tertij, qui ſani contemnunt ſacerdotem: ſed infirmi ad eum velociter mittunt. de quibus Gen. 46. Aegyptij deteſtantur paſtores ouium. Iſti ſunt ſimiles Benadab, qui prius in proſperitate poſitus, Heliſeum mandauit occidi: & infirmitate conſtitutus, ipſum honorari præcepit. Tales .n. in proſperitate, ſanctos uiros, & religioſos contemnunt: & in infirmitate, & tribulationibus poſiti, ad eos & eorum orationes humiliter recurrunt. Cum enim ſunt ſani, parũm de Heliſeo, ideſt medico curante: infirmi verò, eum cum muneribus quęrunt vt confiteantur. Quinta propoſitio. Per proprium ſacerdotem intelligimus Sũmũ Põtificẽ, Epiſcopũ dioceſanũ, preſbyterũ parochialẽ, & eorũ vicarios, ſeu cõmiſſos. Et talis ſacerdos parochialis ẽ

Peccator quid agere debeat.

D Sacerdos. Quid intelligi-

proprius ſacerdos omnium vagabundorum: & eorum qui non habent propriũ domicilium, quamdiu in eius parochia inueniuntur, vt ſunt mercenarij, mercatores, milites ſtipendarij, & peregrini. Securius tamen eſſet, quando peregrinari volunt, licentiam accipere a proprio Epiſcopo, vel ſacerdote parochiali vbi libet confitendi, & peregrinandi, quia vt habetur de pę. & remiſſ. ſi Epiſcopus nulla conſuetudine poteſt introduci, vt quis eligat ſibi confeſſorem ſine ſui ſuperioris licentia, aut tacita, vt puta, quia vident, & tolerant cum poſſint prohibere: aut expreſſa. Si tamen poſſint habere copiam ſui proprij ſacerdotis, poſſunt ei confiteri etiã in aliena parochia, quia proprij ſacerdotes poſſunt vbique audire ſuos ſubditos, & abſoluere in foro pœnitẽtiali, q̃a (vt dicit lex) In his quæ fiunt ſine ſtrepitu & ſub ſilentio, nullius læditur territorium. Et ſi quæratur, an ſacerdos parochialis, debeat faciliter dare licentiam ſuis ſubditis alteri confitendi. Reſpondeo ſecundum Tho. in 4. diſt. 17. ꝙ multi ſunt adeo infirmi, ꝙ potius ſine confeſſione decederent, quàm confiterentur tali presbytero. ideo inquirere debet cui vult confiteri: & ſi ſit bonus & timens Deum, debet ei concedere: ſinautem non. Vnde (vt dicit idem doctor) ſunt aliqui qui ſunt nimis ſoliciti, vt conſcientias ſciãt ſubditorum. & tales multis damnationis laqueum iniiciunt: & per conſequẽs ſibijpſis. Si tamen confeſſor ad quẽ vult ire, habet alio modo auctoritatẽ audiendi, & non ſit idoneus: pro viribus inducat eum, ut non vadat. Sinautem relinquat, eſt arbitrio ſuo, quia ſibi non imputabitur ſi malè confiteatur. Sexta propoſitio. In caſu neceſſitatis extremæ omni ſacerdoti poteſt quis confiteri. Tunc enim præſumitur eſſe ſuus ſacerdos, cum proprius haberi non poteſt. & hoc intelligendum eſt, ſi non ſit excommunicatus excommunicatione maiori, quia ſi abſolueret excommunicatus: inde ſcandalum orietur in eccleſia. Tum ſecundo, quia excommunicato communicare non licet. Non enim faciendum

tur per propriũ ſacerdotem.

Parochialis ſacerdos an facilius licentiã dare debeat ſuis ſubditis.

Confite-ri nõ debemus excõmunicato. eſt illicitum, propter quodcunque bonũ quod exinde prouenire creditur: ergo propter bonum confeſſionis, non eſt excommunicato communicandum. Et hoc eſt intelligendum, ſi ſciat eum eſſe taliter excommunicatum tanta certitudine, quanta requiritur ab hoc, vt vitetur excommunicatus, quia tunc non debet ei confiteri. Et quia poſſet quis dicere, ꝙ poteſt communicari licitè propter bonum temporale excommunicati: ergo a fortiori pro ſalute propria ſpirituali. Ideo contra hoc ſic arguitur. Qui ſuſpenſus eſt maiori excommunicatione, ſuſpenſus eſt ab vſu clauium, etiam in quocunque caſu. Etiam cum ſacramenta debeant conferri in eccleſiæ vnitate, ab illis recipi non debent, qui ſunt ab illa vnitate ſeparati, vt ſunt excommunicati. Et hoc tangit Aug. lib. de vera, & falſa pęnitentia: & habetur de pę. diſ 6. Nemo pęnitere dignè poteſt: quem non ſuſtineat vnitas eccleſiæ. Ideoque non petant ſacerdotes per aliquam culpam ab eccleſiæ vnitate diuiſos. Iudas pęnitens, iuit ad Phariſeos: reliquit Apoſtolos: nihil inuenit auxilij, niſi augmentum deſperationis. Ex quibus verbis apparet, ꝙ excommunicato non eſt facienda confeſſio, quia diuiſus ab eccleſia. Et ſi arguatur de baptiſmo qui poteſt recipi in neceſſitate ab hæreticis, & excommunicatis, dummodo ſeruent formam eccleſiæ. Dicitur ꝙ non eſt tantæ neceſſitatis confeſſio: ſicut baptiſmus, qui eſt ianua ſacramentorum. Sufficit enim in neceſſitatis articulo, confeſſio in voto, vel in propoſito. Si vero ſacerdos ſit tantummodo excommunicatus excommunicatione minori, tenetur ei confiteri, quia tunc non eſt vitandus. Licèt enim ſit ſeparatus a ſacramentorũ perceptione: non tamen ab eorum collatione: maximè in caſu neceſſitatis: nec talis ſic excommunicatus, eſt ab vnitate eccleſiæ ſeparatus, & communicatione fideliũm: ſed ſolum a perceptione ſacramentorum. Si autem eſſet excommunicatus excommunicatione maiori: nec eſſet publicè notatus, poſſet ei confiteri in tali neceſſitate: rarò tñ caſus iſte accidit.

Sermo nonus de pænitentia: & de confeſſione tertius per thema præcedens.

Ibimus viam trium dierum, &c. Secunda dieta in ſolitudine pęnitentiæ eſt confeſſio, quæ videtur duplex, iuxta illud Pſal. 105. Confitemini domino qm̃ bonus: qm̃ in ſeculum miſericordia eius. Vna. n. eſt cõfeſſio laudis, qua confitemur domino quoniam bonus. Secunda eſt confeſſio peccati, vt deleatur: qua confitemur quoniam in ſeculum miſericordia eius. Prima eſt propter Deum. Secunda propter noſtrã vtilitatem: ideo ſecunda quodammodo ordinatur ad primam, quia ſecunda quodammodo mercenaria eſt. In hoc enim, quòd quis confitetur peccata ſua, ſe reddit dignũ laudare Deum. Pſal. Præoccupemus faciem eius in confeſſione; & ſic in pſalmis iubilemus ei. Indignum enim eſt, vt ruſticus & vilis homo, malè odorans, & fætens, vilibus indutus laudaret Imperatorem. Prima tamen confeſſio triplici ter fit. corde, ore, & opere, ſecundũ tria genera ſacrificiorum, olim in antiqua lege fieri conſuetorum. Primum ſacrificium erat hoſtia pacificorum. Secundũ oblatio pro peccato; & tertium holocauſtum. In primo partem vnam habebat offerens: ſecundam ſacerdos; tertia pro Deo cremabatur. In ſecunda vnam partem habebat ſacerdos; reſiduum pro Deo cremabatur. In tertia totum pro Deo cremabatur; quod uocabatur holocauſtum, hoc eſt totum incenſum. Prima pars correſpondet contritioni, quæ fit in ſolo corde, de qua Pſal. 50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Vnam partem hoſtiæ habet offerens, cum nondum peccata per cõfeſſionem euomuit. Secundam, cum illa euomet, expectat ſacerdos; tertiam verò partem, ignis diuini amoris ſuccenſus flabello timoris cremat, & incendit. Vnde & Tob. 6. iſta eſt particula cordis, quam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum. Secunda verò hoſtia pertinet ad confeſſionem; in qua partem habet ſacerdos, cum aſportantur

A Confeſſio. De duplici cõfeſſione, laudis. ſ. & peccatoris.

B Sacrificium. De tribus generibus ſacrificiorũ in antiqua lege.

tantur ei peccata; reſiduum verò crematur igne deuotionis. Tertia verò hoſtia eſt ſatisfactionis: quę manu fit ſatiſfaciendo pro delictis; & cuncta operatur igne diuini amoris ſuccenſa; ita ꝙ omnia propter Deum, & ad gloriam eius fiunt. Hæc triplex hoſtia, quæ ſacrificatur in confeſſione peccatorum: ordinatur ad confeſſionem laudis, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccl. 15. Hinc Seneca. Tam turpe eſt laudari a turpibus, quàm ob turpia; hoc enim eſt offerre incenſum dignum in vaſe immũdo, in odorem fœtidum peccatorum, nō in odorem ſuauitatis. Et vt ei dignè confiteamur vtraque confesſionē, eam per quam magnificata eſt per orbem vtraque confesſio, ſalutemus dicentes. Aue.

Confeſſionis cō ditiões.

Conditiones veræ confesſionis, ſatis inueniuntur ex dictis in Pſal. 31. Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiā meā domino; & tu remiſiſti impietatem peccati mei. In quibus ſex tanguntur. Primò, quòd ſit deliberatiua, quia dixi. Secundò, ꝙ ſit integra; ideo ſubdit confitebor, ideſt ſimul omnia fatebor. Tertiò, ꝙ ſit accuſatiua non excuſatiua, cum dicitur; aduerſum me. Quartò, ꝙ ſit diſcreta; cum dicit iniuſtitiam meam; non alienam. Quinto, ꝙ ſit propter bonum finem & ſyncerum, ideo ſubditur, domino. Sextò, ꝙ ſit fidelis, cum fide remiſſionis peccatorum: ideo ſubditur, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Licèt præter iſtas ſex, aliæ multæ ponãtur a doctoribus, vt ꝙ ſit ſpontanea, ꝙ ſit frequens, ꝙ ſit velox, & ſic de alijs: tamē omnes huiuſmodi conditiones poſſunt ad iſtas ſex reduci: de quibus omnibus poſtea videbitur. Nunc autem dicemus de prima conditione.

C Cōfeſſio. Quod cōfeſſio ſit prædeliberatiua.

Prima igitur conditio confeſſionis eſt, quòd ſit prædeliberatiua, vt antequàm ad ſacerdotem accedatur, ſufficienter ſit diſcuſſa, & examinata conſcientia: & præcedat præcogitatio omnium peccatorum mortaliũ, cum circunſtantijs mortaliter aggrauantibus, vt dicat peccator apud ſe cum ſponſa in Canticis canticorum 3. Surgam & circumibo ciuitatem, ideſt conſcientiam meam: quæram quem diligit anima mea, ſcilicet Chriſtum. Sicut enim in corporis reſurrectione omnes in vnum cineres viles colligentur: ſic in reſurrectione animæ omnia peccata in vnum colligi debent. Pſal. Diſperſiones Iſraelis congregabit. diſperſiones, ideſt peccata diſperſa in conſcientia. Et ad hoc nos hortantur quinque. Primò, ſcriptura ſacra. Eſa. 23. Sume citharam. i. age pœnitentiam. in cithara enim tenduntur chordæ ad ſonum: ſic membra extendi oportet ad pœnitentiam: circũi ciuitatem, ideſt conſcientiam, ne diabolus ibi lateat per peccatum. Bene cane. Bene canit, qui bene confitetur. frequenta canticum illud: meretrix obliuioni tradita, vt memoria ſit tui. Quia enim oblita es creatoris tui, ideo obliuioni tradita es. Item Pſal. 75. Cogitatio hominis confitebitur tibi; & reliquię cogitationis, ideſt peccata memorata per cogitationes, & in vnam confesſionē redacta. diem feſtum, ideſt diem ſolemnem & acceptam domino, agent tibi. Item Pſal. 37. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. Secundò, hoc idem oſtendit natura ſerpentum. Eſtote (inquit dominus) prudentes ſicut ſerpentes. Mat. 10. Serpens nullo modo ſe bene regere poteſt, niſi caput habeat erectum vnde videat totum corpus ſuum. Sic homo in præſenti vita non poteſt benè regi, niſi ſępe reſpiciat cor ſuum; & conſcientiam ſuam diligenter conſideret; & conſequenter caudam. i. mortem. Pſal. 89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, ideſt ad modum eius quod facit aranea. Sicut enim aranea in medio telæ ſuæ reſidens, omnem motum factum in quacunque parte telæ ſentit; & ſtatim vbi fuerit fractura orditur & reparat; ſic anima in centro cordis quaſi in medio ſui, omne factum in quacunque parte corporis ſui, & animæ, uel etiam in qualibet alia parte deprehendit; & ſi ibidē homo ſufficienter ſtuderet; cauſam ſuæ humilitatis illic ſufficienter inueniret. Micheæ 6. Humiliatio tua in medio tui. Tertio, ad hoc nos incitat natura

ſuis

ſuis exéplis. Philoſophus 3. Ethic. vult conſilium, & deliberationem præcedere actum virtutis: ita ꝙ ad actum virtuoſum requiritur, ꝙ ſit deliberatus: & genus deliberatiuum præcedit genus demonſtratiuum. Vnde lib. de nugis curialium dicitur, ꝙ Plato faciem ſuam ſępe videbat in ſpeculo: non curioſitatis gratia: ſed vt videret, quantum per feruorem ſtudij de naturali diſpoſitione ex faciei iudicio fuiſſet diminutus; vt ſeruaret naturam ne forte labore immoderato, dietim corrumperetur. Sic nos ſtatū conſcientiæ noſtrę in ſpeculo animę conſiderare debemus, non curioſitatis gratia; ſicut illi qui in libris contemplantur ſtatum hominis, & nihil inde commouentur, vt videat vnuſquiſque, quantum ſibi ablatum eſt de naturali diſpoſitione animæ per labores inordinatos, quibus laborant homines, vt inique agant; & vt ſeruet animam, ne inordinatis laboribus corrumpatur. Pſal. 118. Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Quartò, ad hoc nos erudit prudentia ſecularium hominum. Primò, aduocatorum. Sicut enim aduocatus allegationes ſuas ordinat, antequam coram iudice compareat: ſic tu antequam appareas coram ſacerdote, tāquā ſub iudice delegato a ſummo iudice Deo: debes allegationes peccatorū tuorum contra teipſum allegare. Nam in foro conſcientiæ, tanto debet eſſe allegatio efficacior: quanto cauſa grauior, & periculoſior. Item ad hoc erudit ancillæ prudentia: quæ feces domus primum ſcopit, quærens eas vbique & poſtmodum, in vnum colligit angulum: & ſic per pallam eas extra domum eijcit. Pſal. 76. Meditabar nocte cum corde meo peccata mea, & exercitabar ea lugendo, & in vnum colligendo, & tunc ſcopebam ſpiritum meum, vndique feces perquirendo: & per pallam linguæ in confeſſione eijciendo. Pſal. 122. Sicut oculi ancillę i manibus, ideſt operibus, dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominū Deū noſtrum, ideſt ad opera eius, donec miſereatur noſtri. Inter omnia opera quæ Deo placent, eſt conſideratio & confeſſio peccatorum. Sunt tamen aliqui ſimiles ancillæ pigræ, quæ ſordes congregatas reponit in angulo domus: & ibi putreſiunt, & fœdant domum. Sic multi præ verecundia poſt examinationem ibi dimittunt peccata, nec confitentur. Quintò, nos erudit ars multiplex. Primo medicinæ. Infirmus enim purgandus prius præparationem accipit, quę prauos humores commoueat, vt medicina ſequens humores commotos eijciat. Sic volens prauos humores animę per confeſſionem purgare: neceſſe eſt ut per diligentem examinationē, & conſiderationem eos ſtudeat commouere. Secundò, hoc docet ars ratiocinij. Sicut enim qui vocantur ad computū; diligenter expenſas in ſcriptis ponunt, & locum, & villam, & tempus, & negotia circa quę expenſas fecerunt, antequam ad computum accedant: & plures per lapillos proijciunt: ſic in computo ſpirituali, diligenter computādum eſt, quomodo poſt ultimam confeſſionē vitam expendimus: quę plus valet quàm pecunia: in quo loco, in qua villa, in qua ſocietate viximus, quę peccata illi homines cum quibus habitabamus facere ſolebant: & ſi in illis malis ſocietatem, vel conſenſum præbuimus. Ratio enim vniuſcuiuſque dictat, ꝙ ſicut cum magna deliberatione cogitant homines peccata, & malitias, & deſideria ſua implere, & cum magna diligentia: ſic conſiderate debent diligenter, quomodo emendam faciant, dicentes illud. Eſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ: non ſolum ait cogitabo, ſed recogitabo: non ſolum vnum annum, ſed omnes annos meos. non in delectatione, ſicut quidam qui cogitant de peccatis ſuis, vt in eis delectentur: ſimiles brutis, quæ ſtatim nares ad feces ſuas conuertunt. Sic iſti poſt confeſſionem, recogitant peccata, vt delectentur in eis non in amaritudine animæ ſuæ. Ratio enim dictat; quòd cum maiori ſolicitudine eſſet cęlum perquirēdum, quàm infernus: & ſanitas, quàm morbus. Circa hoc quæri ſolet primò: qualem & quantam diligentiam debeo facere,

Artes erudiūt pœnitentes.

A Cōſcientia. Quā diligentiā debet qs apponere vt ſufficienter examinet conſcientiā ſuam.

facere, vt ſciam me ſufficienter præparatum, & ſufficienter cogitaſſe, & examinaſſe conſcientiam meam, vt debitè cōfitear? Reſpondeo primo ſecundum Scotum in 4. diſt. ꝙ homo debet tantam diligentiam apponere in ſcrutinio conſcientiæ ſuæ in inquirendo mortalia à ſe commiſſa, quantam diligentiam apponeret vir prudens, circa aliquod multum arduum, quod valdè eſſet ſibi cordi. Sed conſtat ꝙ homines pro temporalibus arduis acquirēdis, quærunt ſtudioſiſſimę amicos & media. Vnde Aug Et allegatur a magiſtro diſt. 16. 4. ſit paratus pro recuperanda animæ vita, facere quæ faceret pro euitanda corporis morte. Et ſubdit. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, qui faceret pro differenda morte, moriturus. Secundò, dicitur ꝙ in non frequenter confitētibus, & raro cōtritis, malè viuentibus: multum neceſſaria eſt diuturna deliberatio. Qui. n. intrāt domū tenebroſam & obſcuram: non ſtatim benè vident ea quæ ibi ſunt: ſed oportet eos multum immorari. Sic qui tranſcundo, nimis feſtinanter ſuam cōſcientiam tenebroſam reſpiciunt: non videt quæ ibi latēt. Moram igitur faciant in reſpiciendo. Cum per totum annum immenſa vis aquarū collecta fuerit in vnum ſtagnum: nō cito poſtea tota defluit. Sic collecta per totum annum peccata in vnam mentem, vix fluere poſſunt in confeſſione: niſi rupto obſtaculo euagationis mentis circa terrena negotia, & adiutorio Dei, ut dicat qui huiuſmodi eſt. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Sed dices. Hęc

B Memoria. Quatuor valētia ad memorandum peccata præterita.

diligentia quam dicis eſſe mihi neceſſariam, qui per totum annum, immo forte per totam vitam non benè confeſſus ſum: eſt mihi impoſſibilis, & pauci ad eām perueniunt: cum tamen viæ domini ſint faciles, & latæ. Iuxta illud. Pſal. 118. Latum mandatum tuum nimis: cū etiam memoria mea ſit labilis, quæ tot & tantorum peccatorum ſimul reminiſci non poteſt. Reſpondetur ꝙ ad memoriam habendam de omnibus quæ commiſit homo, quatuor ualere poſſunt. Primum eſt frequenter audire verbū Dei: in prædicatione enim reprehenduntur vitia, & declarantur circunſtantiæ & modi peccandi. Pſal. 118. Declaratio ſermonum tuorum illuminat tenebroſam conſcientiam: & intellectum dat paruulis, ideſt in confeſſione humilitatis. Secundum adiutorium eſt debita memoriæ ſuæ diſpoſitio, quæ in conſideratione quatuor conſiſtere debet. Primò temporis quo diſtulit confiteri: videlicet q d in tali, vel in tali menſæ feſto, vel feria, faciebat boni vel mali. Secundò, locorum in quibus fuit, vel habitauit, longè vel propè: & quid in eis fecit. Tertiò, ſocietatum quas frequentauit: & quid in eis, aut cum eis locutione, aut opere perpetrauit. Quartò, conſideret ſtatum in quo militat, cuius operis eſt artifex: ſi fraudes, ſi dolos, ſi mendacia in eis commiſit: ſi matrimonio iunctus, & quid in eo commiſit, & ſic de alijs. In reminiſcentia iſtorum quatuor, quàm plurima ſciri faciliter poſſunt, quæ a memoria hominis exciderūt. Quia ſi iſta non ſufficiant. Tertium adiutorium eſt, vt homo ſcriptis redigat quæ fecit, vt memoriæ labilitatem ſuppleat, & euagationē effugiat: non ꝙ ſcripto confiteatur mittens confeſſori abſenti, quia nec eſſet verecunda confeſſio: & apertis litteris poſſet ſigillum confeſſionis reuelari: ſed ēt ante confeſſorem quę ſcripta ſunt legat, & pro memoria videat. Quod ſi non ſufficit: quærere debet quartum adiutoriū, ſcilicet idoneum & prudentem confeſſorem: ita vt ſi non ſufficienter cogitauerit: faciat diſcretus confeſſor quod in ſe eſt, diligenter informando, & ordinādo: inquirendo, & examinando conſcientiā. Confeſſor. n. debet eſſe ſicut adiutor cōputi: non ad eum inuoluendum, & obligandum: ſed ad eum liberandum: & ne defraudet Deum in circunſtantijs & periculis peccatorum. Auditor. n. computorum pro Rege, diligenter inſpicit, ne quid debitorū omittat villicus Regis; ſed dicit: hoc non poſuiſtis in computo veſtro; oportet vt illud apponatis. Secundò, debet eſſe confeſſor vt nauta, reſpectu illius qui eſt extra nauem, & vult intrare.

Cōfeſſor quō eſſe debeat circa pœnitentē.

trare. Tabulam.n. & plancam exponit, per quam facilius intret:& ne de planca cadat, manũ ei porrigit illum tenendo: & ſic in nauim introducit. Sic cõfeſſor ei qui eſt extra nauem eccleſiæ per peccatũ, exponit ſecundã rabulã poſt naufragium: oſtendendo quantæ ſit virtutis:qũo de filijs diaboli,& hęredibus inferni,facit filios Dei:& hæredes cęli; & ne in via deficiar: manum abſolutionis, & cęleſtis conſolationis, & reconciliationis ad Deũ:& debitę interrogationis cõſcientiæ & ſcrurinij ei porrigir.Sicut Noe extendendo manũ, columbam in arcam introduxit: ita vt poſſit dicere confitens illud Pſ. 59.Saluum me fecit dextera tua. Propter quod,qui timẽt ne cõſcientiã ſuã nimis tranſitoriè examinauerint;quærere debent ſcienrẽ & expertũ confeſſorem, qui ſuã ſupplear negligentiã.Debet.n.cõfeſſor(vt dicit Anſelmus lib. de ſimilitudinibus)eſſe ſicut vector cęnouexiæ,quæ a duobus plena fimo deporratur. Nec.n.ab vno tantum porrari poteſt. Ideo ſacerdos diſcretè ſcrutans interiora cordis,& cõfitens liberè, & veraciter ad interrogata reſpondens,facile omnẽ fimũ peccatorũ extra cõſcientiã deportant. Secũdò,quæritur quæ ſunt obſtacula quæ peccatorẽ impediunt; ne ſtudiosè recogitet apud ſe quæ fecerir. Rñdetur ꝙ ſunt quatuor impedimenta. Primũ eſt nimia mentis euagatio, & circa aliena occupatio: vt pater in illis qui feſto,& feria,de mane, vſque ad veſperã,mercibus,& alijs negotijs occupantur, ſola bona exreriora conſiderantes; & bona animæ poſtponẽres.Ideo in eorũ anima nullũ eſt bonũ. Pſ.106.Eſurientes & ſitientes.ſ.exteriora bona:anima eorũ in ipſis deficit: habentes.n.oĩa bona extra: nihil intus boni hñt:& tñ illa exteriora bona,mirabiliter affligũt hominẽ ĩ acquirẽdo,ĩ cõſeruãdo,ĩ litigãdo pro eis,& in perdendo ea.Propter quod deberenr magis facere ſicut limax; qui cum pungitur ſe retrahit infra teſtam ſuam, ideſt infra conſcientiam ſuam. Facit.n. diabolus peccatori, quod venator tigridi. Dum .n.venator rapit fętus ſuos: poſt eũ velociſsimè currit tigris. Sed venator volens eã retardare,ponit in via ſpecula,in quibus dum faciem ſuam intuetur,credit ſub eis eſſe catulos ſuos, & morari eos ſub eis; & ſic paulatim, & ſucceſsiue rerardatur,quouſque venator ad tutum locũ veniat,& fętus ei auferat. Sic peccator videns ſe amiſiſſe bona quę fecerat:volens ea per pęnitentiam recuperare: currens ad confeſsionem, retardatur per diuerſas occupationes,& occaſiones quas ei ſubminiſtrat diabolus. donec morte ſubita irruente,quæ prius fecerat omnino amittat. Sed ad hoc eſt vnum remedium.ſ. meditatio mortis; per quam omnia perditurus, ſaltem faciat ſaluam animã ſuã. Secundũ,bonorũ temporalium pręcium nullũ;in quibus acquirendis vanè occupat totũ tẽpus ſuũ.Tertiò,meditario circa mala,& peccara quæ cõmittuntur in eis quærẽdis,amãdis,& cõſeruandis,& perdẽdis, & omittendo ſalubria opera pro anima ſua.Multi.n.frequẽter benè viſirant ſua tẽporalia, ne in eis dãnificentur: ſed de ſe nullã aut paruam curã habent: dolia ſua ſæpe reſpiciunt,ſi foramẽ inueniãt, per quod modicum vini exeat, vt illud obſtruant.Si inueniant ſepẽ vineæ diſſipatam,reparant: viſitant blada & prata. Irẽ ornatũ ſuũ ne ſit quod dedeceat:ſed ſi animã ſuam damnificatam inueniãt, per os, aures,vel oculos,nihil ei impendunr operis. 1. Ioan.1. Videte voſmetipſos,ne ꝑdatis quæ operati eſtis. Stultus eſt qui obliuiſcitur ſui:& qui curioſior eſt de alio,quàm de ſeipſo. Ideo dominus. Marc.13.c. Videte voſmetipſos: non diuitias,non poſſeſſiones, nõ vires, ſed voſmetipſos. Attẽde tibi vbi potior es.Propter hęc tria dicit Rex Ezechias Eſa.38. De mane vſque ad veſperam finies me. Ecce primum, Sicut pullus hirundinis ſic clamabo: q̃ clamat ſy ſy,de bonis temporalibus. Ecce ſecundũ. Meditabor vt columba: cum gemitu, mala quę proprer huiuſmodi committuntur. Secundũ impedimentũ eſt multitudo malitiæ in corde peccaroris. Seruus.n. obligatus mulris rationis, fugir a dño ſuo: & magnus ſimus, & per lõgum tẽ-

C
Cõfeſsio. Impedimẽta ne quis ſtudiosè recogitet peccata ſua.

D
Conſciẽtia. Quare peccator nõ vult redire ad ſuam conſcientiam.

pus in vnum coaceruatus, non cito extra deportatur. Quoniam cum peccator videt conſcientiam ſuam multitudine, & magnitudine peccatorum oneratam: non vult redire ad conſcientiam ſuam propter quatuor: Primò, quia nullū bonū ibi reperit: ſicut hiſtrio, vel viellator, qui inuitus habitat domum ſuam: & libentius frequentat alienam: quia in domo ſua nihil eſt boni. Neque enim eſt ibi vas ad ignem; nec ſcutella lota: nec ignis deuotionis: nec ſcutella cordis lota lachrymis contritionis vel deuotionis; ideo non libenter redit ad conſcientiam ſuam: quia nihil ibi inuenit niſi malitiam. Ideo poteſt dicere illud Iob. 7. Et non reuertetur oculus meus, vt videat bona. Secundò, quia ibi vxorē ſuā, ſcilicet conſcientiā litigantem inuenit, & murmurantē, quæ cōpellit hominē exire a domo ſua. Tertiò, quia ibi inuenit nimiū obſtaculum, & afflictionem, & laborem; ideo vix permanet in domo cōſcientiæ ſuę. Sicut. n. ſpina affligit pūctum: ſic ex quolibet peccato relinquitur quædam punctio, quaſi quędam ſpina, hominem affligens: & ſicut ſi aliqua domus eſſet vndique circundata ſpinis; vix eam poſſet quis ingredi, quin pungeretur; ſic conſcientia peccatoris, ita eſt vndique circundata peccatorū punctionibus, ꝙ non poteſt in domum ſuam recurrere, quin' lædatur per conſcientiæ remorſum; & inde ſe retrahit vndè ſe potius inhabitare deberet. iuxta illud Pſ. 31. Conuerſus ſum in erūna mea. ſ. domus meæ dum configitur ſpina peccati. Inhabitata autem domus, cito corruit & corrūpitur. Turpe eſt autē patrifamilias qñ eſt extra domum ſuam; maximè in magnis ſolemnitatibus.

A Cōſcientia. Quadruplex difficultas in examinatione conſcientiæ.

In talibus. n. maximè viſitare, & inhabitare debet conſcientiam ſuam. Quartò, ſi cōſcientiam ingrediatur iterum in cognoſcendo ea, quę in domo ſua ſunt, difficultatem magnam inueniet. Difficile. n. intelliguntur peccata. Pſ. 18. Delicta quis intelligit? aut quia homo habet peccata quæ neſcit. 1. Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Hiere. 17. Prauū cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Multa delicta habebat; quæ non intelligebat Phariſeus ille, qui dicebat intra ſe. Hic ſi eſſet propheta, ſciret vtique, &c. quē tñ dñs ad ſuorum delictorum cognitionem reuocans ait. Intraui in domum tuā: aquam pedibus meis nō dediſti. i. contritionis aquam non mihi obtuliſti. Secundò, quia & ſi illa ſcit; nō tñ ſcit ea eſſe peccata. Roma. 7. Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret; nō concupiſces. Putabam. n. nō eſſe peccata; quę tñ erant peccata; quia putabā legem cohibere manum non animum. Tertiò, quia & ſi cognoſcant ea eſſe peccata; putant tamē, ea eſſe minora q̃ ſint. Mat. 23. Colantes culicem, chamelum aūt glutientes. Sic minora reputabant ſua delicta, q̃ eſſent, quibus Paulus dicebat Gal. 5. Si circuncidamini, Chriſtus nihil vobis proderit. Quartò, quia ſi cognoſcant magnitudinem peccati, nō tñ apponunt diligentiam, vt ipſum euacuent, & benè agāt. Pſ. 35. Noluit intelligere, vt benè ageret. 1. Timo. vlt. A veritate quidem auditum auertent, ad fabulas aūt conuertentur. Impedit. n. diabolus iſtud ſtudium. Præceptum. n. Dei eſt, Eſa. 46. Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris ſeculi. Sed ediuerſo pręcipit diabolus, ne priora ſecula videamus, dicens illud Eſa. 43. Ne memineritis priorū, & antiqua ne intueamini. Contra quæ quærendus eſt idoneus ſacerdos, qui ſciat diſcernere inter leprā & lepram. Tertium impedimentū principale eſt, memoriæ labilitas. Dū enim peccator vnum peccatum conſiderat: alterius obliuiſcitur: ideo vel deſperat vſque ad profundum iniquitatum ſuarum penetrare, vel ſaltem faſtidit: vt dicat illud Pſ. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, ideſt memoriam vel intellectum; vt ſit ſenſus: iniquitates meæ ſic multiplicatæ ſunt, ꝙ excedunt memoriam meā; nec poſſum omnium recordari. Pſ. 39. Comprehenderunt me iniquitates meæ: & non potui ut viderem. & hoc eſt periculū magnū, etiam quantumcūque peccata ſint parua; quia ipſa multitudo ſupplet defectum

ſectum magnitudinis. Vnde Ouidius. Parua necat morſu, ſpatioſum vipera taurum. A cane non magno, ſæpe tenetur aper. Quartum impedimentum eſt, vita delicijs abundans. Pſ 29. Ego dixi in abundantia mea, nõ mouebor in æter num. Abundantia. n. deliciarum, excecat hominem: ita vt credat eas ſemper ſibi durare. Diabolus. n. ita cautus eſt vt dum occupat peccatorem eum nõ affligit; ne clamet per confeſſionem, & ſtatũ ſuũ conſideret. Solent. n. afflicti clamare, ſicut filij Iſrael oppreſſi a Pharaone. Tãtum. n. procurat equum peccator, ꝙ de ſeſſore nihil curat cogitare. Oues. n. in paſcuis pinguibus, domicilij ſui obliuiſcuntur. Pincerna in delicijs exiſtens, oblitus eſt interpretis ſui. Sic in delicijs viuentes, obliuiſcuntur interpretari arcana conſcientię ſuæ; & Ioſeph ſaluatoris mundi. Qui enim eſt in aqua vſque ad os, ſubmerſus eſt. Sic dum deliciæ vſque ad clauſionem oris perueniunt, periclitatur homo. Propter quod qui in curijs regum ſunt (vt dicit magiſter ſen ten. lib. 4.) vix poſſunt facere pęnitentiã, aut confiteri. Vnde ſicut ebrius neſcit computare expenſas, ſic qui amore mũdi deliciarum multitudine, & calice Babylonis ebrij ſunt; ante ſacerdotem peccata computare neſciunt. Vnde conſulendum eſt, ꝙ ſero, quando oculus circa varia non vagatur: & de mane, quando phantaſia munda eſt a varijs cogitationibus: ꝙ ſit vacandum cogitationi peccatorum ſuorum, & vitæ ſuæ. Hinc (ſecundum Hierony. in epiſtola contra Rufinum) Pythagoræ præceptũ eſt: duorum temporum maxime habenda eſt cura: mane, & veſperi: eorum ſcilicet quæ geſſimus, & acturi ſumus.

Diuitiarũ abundantia impedit peccatorem ne pœniteat

Sermo decimo de pœnitentia; & de confeſſione quartus per thema præcedens.

B *Via. Via ad cælũ abreuiata ẽ, ita*

MAgna eſt Dei miſericordia, ꝙ itineris vſque ad cęlum longitudinem abbreuiauerit dñs. Nam (ſecũdum geometras, & aſtrologos) via a terra vſque in firmamentũ computatur quaſi octo milium annorum. & tamen Eſa. 10. Abbreuiationem faciet dominus in medio vniuerſæ terræ; quia pro tot milibus annorum ſufficiunt tres dietę. ſ. contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis: ut dicamus, ibimus viam trium dierum. Et verè magna miſericordia Dei: quia vbi iam peccator deſcenderat in infernum, qui eſt ſubtus terram; adhuc ſufficiunt tres dietæ in cęlum. Pſal. 85. Magna eſt miſericordia tua ſuper me; eruiſti animã meam ex inferno inferiori. Et ꝙ magna ſit illa miſericordia, oſtenditur ex quatuor. Primò, propter Dei ſocietatem, & magnam conſolationem, quam facit his qui portant pęnitentiam; quia cum ipſis ipſe portat onus pęnitentiæ. Vnde ait Matt. 24. Suſtinete, & vigilate mecum. Secundò, dicitur magna, quia neminem reſpuit ad pęnitentiam: ita ſenes, ſicut iuuenes recipit. Si quis decrepitus intrare vellet religionem, non reciperetur. Dominus autem ſenem, languidum, & decrepitum, ad pęnitentiam recipit: cũ tamen mundus abijciat eos, poſtquam ſeruierunt ei: vt patet in morte his qui ſeruierunt mundo, omnia aufert mundus. Sicut de puero Aegyptio legitur. 1. Reg. 30. Qui in neceſſitate derelictus eſt a domino ſuo, ſed a Dauid receptus: refocillatus eſt. Tertiò, dicitur ſuauis miſericordia domini, quia leue eſt iugũ pęnitentiæ, in cõparatione ad gehennæ & purgatorij ignẽ: quia in inferno nunꝗ ignis extinguitur: in purgatorio ſm Aug. ignis crudelior, ꝗ quęcũque pęna quæ poſſit hic excogitari. Quartò, magna & ſuauis eſt, ꝑ magnã remunerationẽ, quę ad iſtud iter triũ dierũ conſeqᴜitur. 2. Cor. 3. Id quod in præſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtræ ſupra modũ in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Vt ergo in illa ſuaui miſericordia nos recipiat, iuxta illud Exodi. 14. Dux fuiſti in miſericordia tua populo, quẽ redemiſti: ad eam quæ huius ducis eſt mater conuertamus orationem dicentes. Aue.

quòd nõ ſunt niſi tres dietæ.

C *Pœnitẽtia. Propter quatuor pœnitentia ẽ magna miſericordia.*

Hic conſequenter videndum eſt de ſecunda cõditione cõfeſſionis, quæ eſt, ꝙ ſit integra. Vbi tria videnda ſunt. Primò,

D *Cõfeſſio.*

Cõfeſſio debet eſſe integra ꝑ multa.

mò quare confeſſio debet eſſe integra. Secundò, quot modis poteſt fieri non integra. Tertiò, de impedimentis integræ confeſſionis. Primò igitur dicimus, ꝙ confeſſio debet eſſe integra, ita ꝙ vna confeſſione confiteatur pœnitens omnia peccata ſua. Hoc patet per illud Pſ. 110. Cõfitebor tibi domine in toto corde meo, id eſt in toto, quod eſt in corde meo. Eſt enim confeſſio ſicut aratrum, quod euertens terram, omnia eius interiora denudat. Sic confeſſio euertit cor peccatoris a ſuperbia, in humilitatem: a malitia, in bonitatem: & denudat omnia interiora eius: vt dicat illud Pſ. 104. Benidic anima mea dñe; & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius, exeũdo, & cedendo habitationi eius. Leuit. 14. Leproſus qui mundabatur radebat omnes pilos carnis ſuæ. Debet aũt integra fieri confeſsio; propter quatuor. Primò, ꝑ mortis, & diuini iudicij imminens periculum. Patet exemplo, quia cauta adultera licèt in ſecreto domus ſuæ leccatorem ſuũ abſconderit; ſciens tñ aduentum uiri ſui, præcurrit domũ, vt leccatorem emittat. Sic peccatũ abſconditũ in domo conſcientiæ deponat homo, ante aduentũ dñi ad iudicium. Eccl. 32. Præcurre prior in domũ tuã: & ibi aduocare. Similiter fur ſciens iudicẽ venturum vt eum ſcrutetur; præoccupat eũ furtũ deponendo, quia fur cũ furto inuentus damnatur. Scrutabitur aũt omnia peccata Deus in iudicio. Sopho. 1. Scrutabor Hieruſalem in lucernis ardentibus, quia tunc nihil abſcondi poterit: & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis. i. qui finaliter permanſerint in peccatis. Ideo Pſ. 94. Præoccupemus faciem eius in confeſsione. Quod ſi ſic fecerint; exultabunt filiæ Iudæ, id eſt confeſsionis in futuro iudicio; & hoc propter iudicia tua dñe, quibus in confeſsione abſoluti ſunt, quia ſic euaſerũt iudicium extremæ diſcuſsionis, vbi cũcta quæ ſub ſole fiunt adducet Deus in iudiciũ. Eccl. vlt. Secunda ratio, vt diuinam pietatem prouocemus; debemus omnia peccata noſtra detegere, in ſimilitudinem trutannorum, qui omnia ſua vulnera, & maximè turpiora denudant in conſpectu hominum, vt eos ad pietatem prouocent. Et ad hoc nos admonet ſapiens Eccl. 18. cap. In tempore infirmitatis, oſtende conuerſionem tuam. Neque deſperandum eſt de diuina bonitate & clementia. Miſericordia enim motus pius pater; denudatum filium ſuum prodigum ſtola prima veſtiuit. Curialis enim eſt dominus, vt nuditatem peccatoris ſibi declaratam operiat. Ezechielis 16. cap. Vidi te nudam, & confuſione plenam: & expandi amictum meum ſuper te; & operui ignominiam tuam. Auguſtinus. Si homo tegit, Deus detegit: ſi detegit, Deus tegit. Pſalm. 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Tegi autem dicitur peccatum a Deo tripliciter. Primò, dum non imputatur a Deo. Ideo ſequitur in Pſal. 31. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Secundò, dum aboletur macula peccati ex toto. Ideo ſequitur. Et in ſpiritu eius non eſt dolus. Dolum enim facit, qui multa peccata habens, vnum diſſimulat confiteri. Pſal. 33. Doloſè egit in conſpectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Tertiò, dicitur tegit, vt Deus ipſum non videat ad æternaliter puniendum, ſed ipſum obliuiſcatur. quod petebat Dauid dicens. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Ideo de confeſsis dicit dominus per Pſalm. 15. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Obliuiſcar enim nominum eorum quibus antea vocabãtur; vt puta fures, fornicatores, & ſic de alijs. Iudas quando confidenter rei ſeriem coram Ioſeph confeſſus eſt; lachrymas ab eo extorſit; nec vltra potuit ſe continere. Sic dum veritatem vitæ noſtræ coram ſacerdote confitemur: non poteſt ſe dominus vltra continere quin noſtri efficaciter miſereatur. Tertiò, vt Deum noſtra confeſſione glorificemus. Vnde, Ioſue interrogato Achor, ſuper furto Hierico ait. Confitere, & da gloriam Deo. Glorificat enim Deũ qui ſe confitetur eſſe reum, & Deũ iuſtum

Cõfeſsio integra eſſe debet ꝑ quatuor

A Tegere. Quo Deus tegit tripliciter peccatum.

iuſtum; & qui Deo reuelat peccatum, cui nihil celari poteſt. Stultus.n. eſſet qui vellet eum decipere, quem ſcit eſſe præſentem; & qui omnia nouit debita, vſq; ad ultimum quadrantem. Pſal. 43. Ipſe enim nouit abſcondita cordis. Sed adulteri credunt Deum non videre eorum iniquitates, vbi in occulto faciunt, dicentes illud Pſal. 93. Non videbit dominus: nec intelliget Deus Iacob. Contra quos reſpondet Pſal. 93. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem non audiet; aut qui finxit oculum non conſiderat? Quaſi vellet dicere. Stultum eſt dicere, ꝙ Deus non audiat eorum mentes & ſermones; qui dedit eis aures, & facit eos audire: & ꝙ non videat, qui alijs oculos dedit, & facit videre. Quarta ratio, vt ægrotanti animæ poſſit adhibere remedium. Non enim aliter ſanari poteſt peccator, niſi omnia vulnera ſua detegat medico neſcienti qui eſt ſacerdos. Morietur enim ita benè ſaucius per vnum mortale vulnus, ſicut per centum. Auguſtinus. Quamdiu ferrum eſt in vulnere, non eſt malagma apponere. Iob 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui iniquitatem in ſinu meo: ſi pro non. Ideo Pſalm. 36. Reuela domino viam tuam; hoc eſt ſacerdoti, qui eſt loco domini. Hinc eſt quòd in lege præcipiebatur leproſis oſtendere ſe ſacerdotibus. Eſt enim peccator infirmus. Pſal. Miſerere mei domine, quoniam infirmus ſum; quia ſicut infirmus ſaporem in cibis nociuis inuenit, & vtiles cibos reſpuit: ſic peccator non in ſpiritualibus, ſed in vanis & inutilibus. Ideo omnem infirmitatem medico reuelare debet: & ſi haberet plures, & vnam reuelando aliam taceret, medicus, vni forte daret remedium, quod alterius eſſet incentiuum, ſeu fomentum. Sic remedium contra vnum peccatum, eſt alterius incentiuum. Ideo omnia medico ſpirituali detegat: vt de remedio opportuno prouideat. Apoſtema enim aperitur, vt corruptis humoribus defluentibus, ſanitas recuperetur. Sic

Peccator omnia peccata detegere debet.

peccata noſtra aperienda ſunt in confeſſione, vt recuperetur ſanitas ſpiritualis. Lingua enim canis omni vulneri ſuo medetur, quod tangere poteſt. Sed plures Iudęis aſſimilantur. de quibus Deuterono. 23. ꝙ fimum ſuum in deſerto in foſſa humo abſcondebant: ſic Achor furtum in terra, & lapidatus eſt. Quinta ratio, vt diabolum cuius ſuggeſtione hæc perpetrauit, confundat, denudando ſecreta eius. Nihil enim plus offendit eum. Hoc patuit in Achitofel, qui reuelato conſilio ſuo per Chuſi Dauid, abijt in domum ſuam, & ſe ſuſpendit. Vnde quædam mulier bonę reputationis, libenter faciens opera miſericordiæ vno peccato non confeſſo, appropinquauit ad mortem; quo tempore vnus tranſiens per congregationem, dæmonum quendam audiuit iactantem ſe, ꝙ de illa certus eſſet. Quare ait magiſter dæmonum: quia, inquit, habeo linguam eius in burſa mea. Iam enim loquelam amiſerat. Quod cum confeſſori notificatum eſſet, oratione obtinuit linguę & loquelæ facultatem: ipſa igitur confeſſa, cum idem qui prius vocem audiuit per eundem locum trãſiret: audiuit vocem querulosam, ꝙ prędicta mulier euaſiſſet. Cui magiſter immo dixiſti ꝙ habuiſti linguam eius in burſa tua: habui, inquit, ſed ſacerdos ſcidit burſam meam. Refert Petrus Cluniacen. Cum quidam Gilbertus nomine conuerſus ad religionem diu honeſtè ibi vixiſſet: cõfeſſus fuit omnia peccata, vno turpi excepto. Cũ autem laboraret grauiſſima infirmitate, vidit quendam in vaſe ſpecioſiſſimo ei aquã pulcherrimã afferentem & dicentem. Si vis ſaluari, & aqua ſapientiæ ſalutaris potari; oportet te prius omnia integrè confiteri: & præcipuè illud peccatum quod ſemper occultaſti. Qui poſtquam confeſſus eſt, & quod viderat reuelauit, in pace defunctus eſt. In ſecũda parte videndum eſt, quomodo confeſſio non fit integra. Quatuor aũt modis ſolet confeſſio non integrè fieri. Primò, quando tantũ dicũtur peccata in generali, & nõ in ſpeciali: hoc autẽ oſtendi poteſt ad ſimi-

Confunditur diabolus per peccatorum cõfeſſionẽ.

B Cõfeſſio. Quatuor modis fit cõfeſſio non integrè.

ſimilitudinem medici, quem oportet particulariter cognoſcere morbum. Nã Ariſt. 1. Metha. dicit, ꝙ medicus non ſanat hominem communem, ſed calliam, idest peccatum non in cõi: ſed in particulari. Et idem 2. Ethicorum dicit ſermones vniuerſales in moralibus ſunt inanes. Secundò, ſacerdos non poteſt taxare quantitatem pœnæ, niſi cognoſcat quantitatem culpæ, quod fieri non poteſt, niſi omnia dicat. Si enim tantummodo lotrix abſterget linteos non explicando eos, ibi multæ remanerent feces. Præcipitur enim Leuit. ꝙ cum ſit ſacrificium Deo, detracta pelle, artus in fruſta concidantur: quod faciunt qui membratim ſingula peccata confitentur. Ideo non multũ curandum eſt confitẽti dicere illud, qđ ſolent multi confitendo de quinque ſenſuum peccatis, quia non habuerunt oppoſita. ſ. charitatem contra inuidiam: humilitatem contra ſuperbiam, & ſic de alijs. hoc enim non eſt, niſi protelare tempus, ſed immediate deſcendendum eſt ad particularia. & quidam cautè ſub illa generalitate claudunt multa particularia peccata, de quibus non confitentur, & credunt propter illam generalitatem ſe eſſe ritè confeſſos; vbi tamen nõ ſunt. Tertiò, curialius ſcinditur coram nobili per morſellos, quàm ꝙ de petia magna ſtranguletur, Deus autem cibatur, ideſt delectatur de peccato cum dolore confeſſo. Qui ergo in groſſo peccata confitetur, videtur ꝙ dominum velit ſtrangulare. ſed debent poni per morſellos coram eo ſingula peccata, & circunſtantiæ. Iob 40. de Vehemoth. dicitur. Concidẽt eum amici, diuident eum negotiatores. Qui bene confitetur Deo, vendit ei peccatum, quia pro confeſſione eius, remiſſionem, & pacem recipit a Deo, ſed dominus vult, ꝙ ei vendatur a deſtail. non in groſſo, ideo dicit, Diuident eum negotiatores. Sed dices. Ad quid ergo valet illa confeſſio generalis, quam facio in eccleſia? dico ꝙ ad uenialia remittenda, & ad laudandum Deum cum cæteris qui ſunt in gratia & charitate. Et ſm ꝑpoſitiuũ, bis facit eccleſia generalem cõfeſſionẽ ĩ die. ſ. in prima, & in cõpletorio. in prima, vt purè ſeruiatur Deo. i. completorio, vt purè quieſcatur in Deo. Secundò, quando quis vni ſacerdoti confitetur, & vnum peccatum ſcienter celat: tunc non ſolum non eſt abſolutus, ſed ẽt grauiſsimè peccat. Quia non ſit abſolutus patet, quia ita benè tenetur latro vna ſola ferrea catena fortiter ligatus, ac ſi centum ferreis teneretur. Similiter ducens ad macellum pecus ſuum, non ſemper ligat ei quatuor pedes: ſed ſufficit, ꝙ per vnum pedem teneat: ſic diabolus per vnum peccatum. Secundò, grauiſsimè peccat in ſacramentum. Primò, abutendo ſacramento pœnitentiæ; quod ſuſcipit fruſtra, & ſine effectu, quia eius effectus eſt diabolum expellere; & tamen ibi remanet. Propter vnum ouum in nido dimiſſum, auis redit, & fouet illud; & modicum fermentum peccati, totã maſſam corrumpit. Iam enim talem diabolus per guttur ſuffocat; ſicut lupus per guttur tenet ouem, ne clamet; maximè circa infirmitatem ad mortem, vt animã ducat in deſperationem. Narratur de quodam, quòd cum infirmaretur, & loquelam amiſiſſet, cum quidam religioſus ad eum veniſſet: & nullum verbum ab eo habere poſſet: & omnes mirarentur quomodo tam cito loquelam amiſiſſet: intelligens ne forte per ſpiritum malignum impediretur: adiurauit vt ſi quis eſſet ibi ſpiritus malignus impediens, quòd in virtute trinitatis & paſſionis Chriſti diſcederet. Quo facto infirmus dixit vulpem tenuiſſe guttur eius: qua eiecta, confeſſus eſt ad modum illius de quo Luc. 11. Cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus. Et quòd diabolus eos teneat per guttur experientia docet, quia frequenter contingit, ꝙ quis peccatum quod non erubeſcit iactando, & truſando narrare ad peccati ſui aggrauationem, & aliorum infectionem, quando debet illud confiteri ad ſui liberationem & vtilitatem: tunc erubeſcit, & tremit ac ſi eſſet in acceſsione febris. Non enim tam periculoſa ſunt vincula manum, aut pedum, ſicut colli. Semper enim ſpem habet latro de vita ſua, quãtumcũque ligatus pedibus & manibus: vſque

C Cõfeſſio. Ad quid valet cõfeſſio generalis.

Dæmon interdũ occupat linguã infirmi ne confiteatur.

vſque quo collo uinculum apponatur, quia quantumcumque homo ſit peccator: dummodo non miſerit diabolus funem in coll ó eius: ſpes de conuerſione eius eſt. Sed quandoque phreneticus ſibi funem ad collum ponit, & ſe ſtrangulat, & ſuſpendit: & tunc nullum eſt remedium. Secundò, peccat in Deum, qui paratus eſt uirtute ſacramenti gratiã ſuam in eo effundere: & tamen ponit obicem. Quandiu enim manet vna offenſa, non habetur charitas, qüia ſi ſit vna negatiua: etiam ſi fuerint centum affirmatiue, infertur negatiua. Non enim dominus vnum ſolet dæmonem, ſine alio, expellere: ſed totam legionem expulit. Tertiò, peccat in ſeipſum, quia talis, vbi deberet per puram & integram confesſionem habere quietem conſcientiæ: redit multipliciter inquietus. Nec enim eſt regnum pacificum, niſi hoſtibus omnibus eiectis: nec domus munda, niſi ſordibus omnibus expulſis: immo videntur habere pacem cum hoſte ſuo diabolo, nolentes reuelare ſecretum ſuum, quaſi ſint ſecretarij diaboli; & Deum timẽt, quaſi accuſatorem; cum tamẽ potius excuſet. Sed hoc ideo eſt, quia non ſunt de electis Dei. Roma. 8. c. Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat; quis eſt qui condemnet? Iſti vero abſcondunt a domino conſilia. Vulnera clauſa plus cruciant (vt dicit Cantor Pariſien.) ſed cum putredo quæ intus feruet eijcitur; ad ſalutem dolor operatur. Sed quæritur quid de illo qui ficte confeſſus, celauit unum, uel duo peccata; an teneatur iterum omnia peccata ſua confiteri? Reſpondeo. Si confitens oblitus eſt aliquod peccatum; & ſufficienter per ſe, uel per idoneum confeſſorem, fecit examinationem de peccatis ſuis, quantum paritur humana fragilitas; non tenetur ſi memoretur peccati obliti iterum priora peccata confiteri: ſed ſufficit ꝙ illud eidem ſacerdoti, uel alteri confiteatur: quamuis ab omnibus huiuſmodi fuerit abſolutus a Deo: ſic tamen, ꝙ ſi de eis recordatus fuerit, tempore & loco teneretur confiteri. Si verò non fecerit diligentem examinationem

A Confeſſio. Vtrũ ficte cõfeſſus iterũ teneatur oĩa ſua peccata confiteri.

eorum: & quaſi uoluerit ea ignorantia affectata ignorare; tunc tenetur eidem confiteri, ſi copiam habuerit, uel alteri omnia peccata iã cõfeſſa cum illo iterũ confiteri. Si vero actualiter memor peccati ſui idipſum celauerit; hoc poteſt fieri dupliciter. Aut quia celat eo quòd credit confeſſorem non habere poteſtatem abſoluẽdi ipſum ab huiuſmodi delicto: ſed reſeruat ipſum, ut confiteatur ei qui poteſt ipſum abſoluere, & tũc qa non fuit hoc in fraudem; non tenetur iterum ſua peccata confiteri. Sic enim utitur eccleſia. Melius tamen eſſet, vt uni ſingula diceret, ut per hoc in foro eccleſiæ triumphantis omnium abſolutionem reportaret; & pro reſeruato mitteretur ſuperiori ad taxationem pœnæ delicti. Si uero celauerit in fraudem, tũc tenetur eidem confiteri, ſi copiam eius habere poſſit; nec tunc tenetur omnia peccata ſua rememorari, ſi ſacerdos ille memoriam habuerit confesſionis præteritæ, ſed ſe accuſare de fictione habita in perceptione ſacramenti confesſionis. Si autem non poſſit eius habere copiã, vel nolit ei confiteri; tunc tenetur omnia de nouo confiteri peccata cum fictione illa præcedenti. Addidit enim peccatum peccato. Pſal. 68. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & nõ intrent in iuſtitiam tuam. Quia enim appoſuerunt omnibus peccatis ſuis iniquitatem fictionis, & hypocriſis; nunquam intrent in iuſtitiam Dei, quam miſericordia in hoc ſacramento exercet; nec in tali curia miſericordiæ ſuſcipitur eorum cauſa agenda; ſed remittitur in diſtricta iuſtitiæ curia iudicanda. Narratur de quadam muliere, quę cuidam religioſo confitebatur. Socius autem religioſi ad quodlibet peccatum quod illa confitebatur, videbat ſerpentes paruos exire de ore eius. In ore autem ipſius ſerpentem immanem uidebat, qui aliquando uſque ad os ueniebat; ſed talem retracto ipſo ad interiora, omnes ſerpẽtes qui exierant redierunt. Poſt confesſionem uero exierunt fratres illi ab illa ciuitate. Cum uero ambo ſimul peregrinando ſermocinarentur ad inuicem; &

Factum memorabile de muliere malè cõfitente peccata ſua.

narraret frater ille quod vidiſſet; ſtupefactus alter & iratus cur iſta citius non dixiſſet: redijt velociter ad urbem; ſciſcitatur de muliere, & inuenit eam defunctam. Orat Deum, ut ſibi reuelet quid ſibi uelint illi ſerpentes quos viderat ſocius eius. Nocte ſequenti apparuit ei mulier tota ignea tenens infantem igneum inter brachia ſua dicens. Ego maledicta mulier damnata ſum, quia licèt omnia peccata mea confeſſa fuiſſem; unum tamen propter horrorē & uerecundiam non confeſſa ſum, quia de adulterio conceperam;& conceptum fœtum extinxi. Hęc mulier, quia refugit iudicium in curia miſericordiæ, iudicata eſt in curia iuſtitiæ. Tertiò non eſt integra confeſſio, quando quis vni vnā partem: alteri aliam confitetur. Eſt enim manifeſta hypocriſis, quia ut uideatur iuſtior, vni vnam partem; alteri alteram confitetur, faciens ſibi dimidiā barbam. 2.Reg.10. Rex Amon raſit dimidiā barbam ſeruorum Dauid; & veſtes eorum vſque ad nates. Vegetius de re militari. Nihil magis in acie cuſtodiendum eſt, quàm vt omnes milites incedendi ordinem ſeruent; quod melius fieri non poteſt, q̄ ut in exercitu celeriter & æqualiter ambulare diſcant. Periculum enim eſt ſe diuidere. Sic dum confitemur peccata noſtra, pugnamus contra diabolū: & tot iacula; & tot milites dirigimus, quot peccata legitimè confitemur. Propter quod ſummopere agendum eſt, vt omnes illi milites ex æquo procedant in prælium, & non diuidantur. Et ſi dicatur ꝙ quanto quis pluribus reuelat cōfeſſionem, tanto maior eſt verecundia: & plus habet vnde erubeſcat. Reſpondet Bonau.4. diſt.16. in expoſitione, ꝙ verecundia poteſt eſſe maior dupliciter. Aut ex hoc quod reputatur quis peccator magnus & enormis: aut ex hoc ꝙ a plurib. peccator eſſe cognoſcitur. Prima verecundia maior eſt ſecunda: ideo pro vitanda maiore, benè quis aſſumit minorem: & per hoc derogaret confeſſionis vnitati, quæ non eſt diuidenda. Hæc ille. Vnde ſecundum Aug. hæc taciturnitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis: eo ꝙ non vult ſe talem apparere in conſpectu hominis, qualem ſe exhibuit in cōſpectu Dei. Tales ſcindunt veſtimentum confeſſionis, quō indui debet anima peccatoris. de quo Pſal.103. Cōfeſſionem, & decorē induiſti. Hoc enim req̄rit vnitas ſacramēti, vt ſit eius vnus miniſter. Vnde dicitur in Pſal.85. Confitebor tibi, nō vobis. Si q̄s hr̄et vnā veſtē & una pars eſſet ibi: & alia ab iſta longe ſeparata: numquam tali veſte ſic diuiſa, poſſet veſtiri. Bernar. in meditationibus ſuis. Qui confeſſionem ſuam diuerſis ſacerdotibus diuidit: venia caret. Execranda namque fictio eſt peccatum diuidere: & ſuperficietenus radere: non intrinſecus eradicare. Talis autem diuiſio ſæpe fit per hypocriſim, quando grauiora peccata dicuntur ignotis ſacerdotibus: & illi cum quo debent ſæpe conuerſari, dicunt leuiora. De quibus Augu. & ponitur in 4.diſt.16. Et in decretis de pen. diſt.1. Qui confeſſionem diuidit laudandus non eſt: quod vni celat alteri reuelat: quod eſt ſeipſum laudare, & ad hypocriſim tendere. Tales recipiunt excommunicationem pro abſolutione: & maledictionem pro benedictione. Dominus enim ſæpius maledixit hypocritis quàm alijs. Mat.23. Vę uobis hypocritæ. Vnde Duran. diſt.17. Confeſſio reſpondet contritioni, ſicut ſignū ſignato, quia ea quę ſunt in voce, ſunt earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. Et etiam per ſimile correſpondet, quia ſicut per contritionem fit mentalis confeſſio coram Deo: ſic per vocalem confeſſionem, fit manifeſtatio peccatorum coram miniſtro: ſed contritio non poteſt eſſe de vno peccato ſine alio: igitur nec confeſſio. Hæc ille. Quartò, non eſt integra confeſſio, quando negligit homo circunſtantias notabiliter aggrauantes confiteri: vt ſi commiſerit inceſtum, & ſolum ſe dicit fornicationem incurriſſe: & ſic de alijs. Eſaiæ 58. Diſſolue colligationes impietatis, ideſt mortalia peccata: ſolue faſciculos deprimentes, ideſt circunſtantias aggrauantes: & ſic omne onus diſrumpe. Tales autem qui ſic negligunt eas (vt dicit Guil. Pariſien.) nolunt

B *Erubeſcentiæ. De duplici erubeſcētia.*

Cōfeſſio non eſt integra, ſi circūſtantiæ peccatorum negligit.

lunt depauperare diabolum: ſed portionem de circunſtantijs aliquam reſeruant: quemadmodum de ouis gallinarum, & anſerum reſeruant, vt illis ſupponantur, & foueantur. Sic de caulibus & porris pars ad ſemen reſeruatur: ſic pars frumenti ad ſeminandum. Et ſic patet quàm ſtultè diabolicæ ſaluti conſulunt. Surreptitia enim videtur litera remiſſionis: ſi non rememorentur in ea omnes caſus, & circunſtantiæ factũ aggrauantes. Moyſes enim vitulum conflatilem in puluerem redegit, confringẽdo naſum & aures vituli. Sic & de circunſtantijs peccati. In tertia parte videndum eſt, quod ſit maximum integræ confeſſionis impedimentum. Ad quod reſpondetur, ꝙ nihil magis impedit cõfeſſionis integritatem, quàm erubeſcentia. Et ſi arguatur per Pſal. 6. Erubeſcãt valde velociter: ita ꝙ cum precipitatione precipitur iſta erubeſcentia. Reſpondetur ꝙ multiplex eſt erubeſcentia. Vna eſt paupertatis: quando quis ſe erubeſcit pauperẽ, vel malè veſtitũ, vel inter alios minus honoratũ: pp quod vere cũdantur aliqui eſſe ſe de infimo genere natos: cõſanguineos, & amicos pauperes videre, cum ad pinguiorẽ fortunã venerint: & coram hominibus eos recognoſcere dedignantur. Sic erubeſcebant primi parentes, cum cognouerunt ſe nudos eſſe; nec Deum cognouerunt; ſed eũ ſuis excuſationibus pupugerũt. Secunda eſt erubeſcentia veritatis, quando quis verecundatur dicere veritatẽ, quia timet lucrum, aut gratiam, vel vitã perdere, vel minus inde reputari: ſicut nři prælati erubeſcũt prædicare euangeliũ. contra quos Apoſtolus Roma. 1. Non erubeſco euangelium. Vel ſicut detractor, ſi de aliquo mendaciter detraxerit, non vult famã eius reſtituere. contra illud Eccl. 49. Pro anima tua ne cõfundaris dicere verum. Tertia eſt erubeſcentia ſanctitatis, quando multi coram hominibus erubeſcunt ieiunare, orare, eleemoſynas dare, & huiuſmodi; ne irrideantur ab eis. Stultus eſſet miles, qui ſeruitium regi debitum nõ auderet ei reddere, ne de hoc homines obloquerentur, vel ne de hoc vituperaretur. Seneca. Non ꝙ multis, ſed quibus placeas cogites; lętior eſto quoties diſplices malis; & malorum de te æſtimationes veram tibi laudationem adſcribe. Quarta eſt erubeſcentia iniquitatis; qua quis de ſua iniquitate erubeſcit in confeſſione. Et hęc duplex eſt. Vna quæ ſic pudorem generat, ꝙ tamen de peccato loquelam non extinguit; de qua argumentatum eſt in principio. Pſal. 6. Conuertantur ad Deum; & erubeſcant de peccatis ſuis valde velociter. Secunda eſt quæ claudit os peccatoris, ne ſua peccata integre confiteatur, & hæc eſt nequiſſima, quæ contingere poteſt ex quatuor. Primò ex magnitudine peccati celati & occultati: ex quo frequenter contingit magnum peccatorem, & manifeſtum, citius accedere ad pęnitentiam, quàm grandem peccatorem, & occultum. Citius enim interimitur ſerpens in apertò, ꝙ latens in cauerna ſua: & peccator manifeſtus ex fætore peccati, quod vbique fætet cogitur ſe ſentire: & confuſione plenus, cogitur ad confuſionẽ cõfeſſionis accedere: vt cõfuſio cõfuſionem repellat: & clauus clauũ retundat. Et ſic eſt mirabile quomodo homo erubeſcit de ſumma victoria, quam Gregorius admiratur. 22. moral. Mirentur quicunque volunt in quolibet caſtitatis continentiam integerrimam; mirẽtur viſcera pietatis; ego non minus admiror in eo confeſſionem humillimam peccatorum, ꝙ tot ſublimia geſta virtutum. Scio enim per infirmitatis verecũdiam, grauioris eſſe certaminis commiſſa peccata prodere, ꝙ non admiſſa vitare: Hæc Grego. Dicit Solinus ꝙ os pſittaci eſt fortiſſimum, intantum ꝙ cum ſe præcipitat ex ſublimi, ſuper ſaxum ſe excipit: & quaſi quodam fundamento vtitur ipſius roſtri firmitate. Sic & pœnitentis firmitas, & fortitudo in ore ſuo maximè eſt. Vnde, & licèt ab alto præcipitetur: & ſuper petram Chriſtũ propter quod meritò deberet conquaſſari. quia (Mat. 21.) qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; tamen excipit ſe ore ſuo quando peccatum ſuum confite-

Erubeſcentia eſt maximum confeſſionis impedimẽtum.

Erubeſcẽtia eſt multiplex.

Erubeſcentia in cõfeſſione ex quatuor oritur.

fitetur, vtens eo tamquam firmiſsimo fundamento. Talis enim videtur habere durum roſtrum: quia nullo peccati pondere retrahitur quin peccatum ſuũ purè confiteatur. Secundò, contingere poteſt hæc verecũdia, ex ſacerdotis ſanctimonia, cui pudet confiteri peccatum ſuum; vbi alteri malæ vitæ confiteretur. Similis Iudæ proditori, qui benè reuelauit crimen ſuum Scribis & Phariſeis ſui criminis conſcijs; ſed illud celauit Apoſtolis ſuis domeſticis. Sunt enim multi qui benè reuelant extraneis; ſed non ijs qui cognoſcunt eorum vitam; tamen hoc tolerari poteſt, dummodo tales ſint idonei, & poteſtatem habeant iuriſdictionis. Tertiò, contingere poteſt propter caſus reſeruatos ſuperioribus; quos erubeſcit quis cõfiteri, ne forte aliquo modo percipiatur eius peccatum. Patet hoc in adulteris mulieribus; vel quia erubeſcunt coram talibus grauibus pſonis comparere; ut patet in iuuenibus & puellis, quæ nunquam iſta confiterentur, ne remitterentur ad pœnitentiarium. Et bonum eſſet prælatis, uel eorum uicarijs, ut uices ſuas committerent; uel non tot caſus reſeruarent. Primò enim, licèt teneant claues, quibus deberent eis aperire; claudunt tamen eis regnum cœlorum: & portam latam pœnitentiæ, & tabulam ſecundam poſt naufragium faciunt arctam. Caueant ne eis dicatur væ vobis legiſperitis, qui clauditis Regnum cœlorum ante homines. Secundò, addunt onus oneri, pudorem pudori; cum tamen primus pudor ſatis ſit ad claudendum os; immo tantam ingerit difficultatem, ꝙ vix credi poteſt. Quod ſi dicant ſi non reuelet damnabitur. Verum eſt, ſed huic damnationi obuiandum eſt modis omnibus, potius quàm addenda ſit occaſio. Requiretur enim ſanguis, ideſt damnatio ab his, qui occaſionem illam dederunt. Sunt enim prælati ad paſcendum gregẽ domini; non ad perdendum. Tertiò, ꝙ iſte terror, paucos a peccati recidiuo cohibet; & innumeros retrahit confiteri. Quartò, nunc eſt multitudo periclitantium. Omnis quippè caro corrupit viã ſuam; ideo eccleſiæ ianua debet ampliari; non arctari; immo ſecundum euangelicam parabolam compelli deberent intrare per bonos doctores, & prædicatores; & a bonis curatis idoneis, aliqualiter doctis, & bonæ vitæ committi deberent vicarij, &c. Secus eſt de peccatis publicis & notorijs, quæ debent remitti, vbi verſa ſunt in ſcandalum; & illa ſola antiquitus in curia Romana reſeruabantur; & propter illa olim fiebat ſynodus curatorũ, &c. Quartò, aliquando procedit iſte pudor confeſſionis ex diabolo ſtringente guttur peccatoris. Contingit enim ꝙ quis accedit ad confeſſionem deliberatus reuelare peccatum ſuum occultum, & tamẽ in actuali confeſſione nullatenus poteſt confiteri. Cauet enim diabolus, ne ſuus incarceratus attingat ad oſtium; quia ſi poſſit attingere ad oſtium, quandoque aperit illud ingenio vel fortitudine, & ſic ſaluatur. Permittit ſatis ad loca alia ambulare; ſed nunquam ad oſtium. Benè permittit orare, ieiunare, ad eccleſiam ire, ſed nunquã confiteri. Accipit enim eos ſicut lupus oues per guttur, ne clamẽt ad paſtorem, qui eas ſaluare poſſit. Hoc autem facit diabolus. Primò, ne ab eius carcere euadat peccator: & hoc ex malitia. Secundò, ex inuidia, quia ei diſplicet gaudium quod habent Angeli de conuerſione peccatoris. Vnde Guil. Pariſien. ad peccatorem. Scito ad ſingula verba confeſſionis tuæ cœleſtiũ militiarum reſpondere concentum. Quantum credis Angelorum gaudium pro tua ereptione: quorum eſt in confratres & conſeruos tanta dilectio, vt nulla ſit ei dilectio comparabilis qua diligimur a ſanctis Angelis, nullũ in mundo gaudium huic comparabile, cum lætantur de noſtra liberatione: dum vident in peccatoribus vincula diſrũpi: de manibus diaboli liberari: de carcere & tyrannide educi ab eo, qui educit vinctos in fortitudine: & ſimiliter eos qui exaſperant Deum peccatorum iactantia, gloriatione, & approbatione: qui habitant in ſepulcris corporum ſuorum, vbi com putreſcunt: & vermes vitiorum paſcũt.

Epiſcopi non debent ſibi ipſis tot caſus reſeruare.

Diabolus impeditpeccatorem ne peccatum ſuũ confiteatur pluribus rationibus

Et ꝙ hoc procedat a diabolo patet, quia ſæpe contingit peccatum illud eſſe paruum; & diaboli operatione illud ne confiteatur exiſtimat magnum, quod detectum iudicio confeſſoris paruum reputaretur.

Sermo vndecimus de pœnitentia, & de confeſſione quintus.

A Pœnitētia. Propter quatuor debent peccatores velociter agere pœnitētiā.

ITer trium dierum pœnitentiæ ſpontaneæ & velociter agere debent peccatores ꝓpter quatuor. Primò propter eorum paupertatem & miſeriam, maximè interiorem. Nil mirum ſi famelicus eſt, qui non vult a Deo mendicare veniam, ſicut pauper nolens mendicare incurrit famem. Apoc. 2. Erit in tribulatione maxima, niſi pęnitentiam egerit. Secundò, quia peccator pęnitentiam nō agens contra ſe ſententiam expectat: ſicut latro portans furtum ad tribunal iudicis. Rom. 2. Secundum duritiam tuā, & cor impęnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Cuius ſententiæ cogitatione permotus quidam eremita, reſpondit q̄renti quare tam duram duceret vitam. Cū, inquit, venero ad mortem: vellem plus feciſſe. Si ergo qui benè vixerunt, & aſperam vitam prius duxerunt in morte, dolebunt ꝙ tam paruam egerint pęnitentiā, qualiter dolebunt illi, qui prius malam duxerunt vitam: & nullam vel paruam, aut indignam prius egerūt pęnitentiam? Tunc inuenient, ꝙ de eis erit, ſicut de dyſcolis, qui quamdiu inueniūt qui eis mutent, lautos agunt dies, non multum introitum, aut exitum, aut quis ſymbolum ſoluet, cogitantes, niſi quòd habeant quod deſiderant: ſed in fine qn̄ neceſſitantur hæreditatem amittere obligatam: tunc primò ſed nimis tardè de præterita dolent iucunditate, & mallent ꝙ plus a delicijs abſtinuiſſent. Sic iſti, quando in fine videbunt proprium periculum de hoc ꝙ prius pœnitentiam non egerunt, vellent ꝙ in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent, ſicut & Niniuitæ. Tertiò, quia talis amittit gloriam, de qua in iudicio illo expelletur, ſicut contumax excommunicatus ab eccleſia. Apoc. 2. Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam. Quartò, talis deijcitur ad gehennam, ſicut arbor inutilis ad ignem. Luc. 13. Dico vobis, niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Sūt enim tales ſimiles illi, qui potius quam certam ſummam pecuniæ debitæ daret domino ſuo, elegit quinquaginta comedere cępas, & deinde quinquaginta ſuſtinere ictus, qui deinde vexatus pecuniā reddidit etiam vſque ad vltimum quadrantem. Sic Deus in noſtra ponit electione, vel reſiſtere tentationibus, illarū quæ ſuſtinere impetus, & reſiſtere, & nō peccare, vel ſi hoc facere noluerimus, ſaltem de peccatis pœnitentiam in hoc ſeculo agamus. Vel ſi hoc facere contemnimus, æternam pęnam ſuſtineamus. Videat ergo peccator miſeriam quam incurrit intra ſe, & ſententiam quam expectat contra ſe, & gloriam quam amittit ſupra ſe, & gehennam ad quam properat ſubtus ſe, & eligat cum Dauid. 2. Reg. 24. Pœnitentiam trium dierum; vt fugere poſſit illam longiſſimam, quam faciunt damnati in inferno. Sicut ergo Dauid plus elegit pœnitentiam trium dierum, quàm trium annorum, vel triū menſium. ſic nos tribus diebus contritione, confeſſione, & ſatisfactione, potius quàm in inferno, vel purgatorio, pęnitentiam facere eligamus: eius ſcilicet ope quæ eſt aſylum, & adiutorium peccatorum, quā ſalutemus dicentes. Aue.

A Cōfeſſio. Cōfeſſio faciēda eſt in particulari non in vniuerſali.

Quoniam prius dictum eſt, ꝙ debeat eſſe integra confeſſio; hic ſequenter uidendum eſt de quibus facienda eſt integra confeſſio. Dicitur primò, ꝙ in primis & ante omnia confitendum eſt vſque ad particularia; & non ſolum in generali de bonis & malis faciendo confeſſionē. De bonis receptis circa quæ ingrati fuimus, vel quibus abuſi ſumus, vel non ſumus vſi, ut debuimus, vel ea faciendo negligenter, & indebite fecimus. De malis autem, primo reccurrendo ad inſtrumenta operandi. Et primò ad cor ſi peccauit in corde malas cogitationes,

&

& tentationes, & ſuggeſtiones diaboli non abijciendo, ſed recipiendo: plus in eis delectando, uel nimis immorando, aut etiam conſentiendo. Secundo, per caput ipſum indebitè ornando; in quo maximè peccant mulieres, alienos crines ſibi apponendo, abluendo, tingendo, vngendo, ornãdo ad homines illa queandum. Tertiò, quomodo per eorum oculos peccant in eorum extollentia, impudicitia, curioſitate, & impietate, in viſis aliorum miſerijs, in libidinoſa oculorũ voluptate, & vanitate. Quartò, per aures libenter audiendo mala, vana, ocioſa, curioſa, detractiones, adulationes, applauſiones, verba ſcurrilia & turpia, audiendo melodias vanas, omittendo audire veras, ut uerbum Dei, officium eccleſiæ, verba correctionis & inſtructionis, & pertinentia ad vtilitatem ſui, & proximi. Per linguam verò, ſi peccauerit murmurando contra Deum, vel proximum, blaſphemando, iurando, periurando, maledicendo, obiurgando, conuitiando, iactando, peccata excuſando, & defendendo, falſum teſtimonium dicendo, mentiendo, detrahendo, blandiendo, adulando, malè conſulendo, bonos irridendo, vana & ocioſa loquendo, fabulatoria & trufatoria, & ad riſum, & diſſolutionem prouocantia, pũgentia, & mordentia, & vana cantando, & dictando, diſcordias ſeminando, ſecreta reuelando, malam doctrinam docendo, nimis loquẽdo, & ſic de alijs. In olfactu verò libenter vanum odorem ſentiendo, ſpecies aut aromata, aut flores ferendo, vel veſtibus, vel lectis apponendo, vt ſe vel alios ꝑ hoc, puocet ad libidinem. Similiter idem circa manus, & pedes, & tactũ, & ſic de alijs. Secundò, dico ꝙ omnia peccata mortalia debet confiteri tã cordis, quàm oris, ſenſuum, & operis. Hymnus Ambroſianus. Os, lingua, mens, ſenſus, vigor, confeſſionem perſonent, quia ſi caſtrum eſſet vndique bene firmatum, excepta vna porta, vel vno foramine, illud ſufficeret ad dandum ingreſſum inimicis. vnde Guil. Pariſ. Si quis immergitur, totam aquam quæ in eius corpus intrauit euomere compellitur. Suſpẽditur enim per pedes capite obuerſo ad terrã, & aperto ore aliquo duro ne claudi valeat immiſſo, ſic ſponte defluit per os eius aqua imbibita. Sic pęnitens pedibus affectionum verſis ad cœlum, aquas maris huius mundi quibus immerſus ſe repleuerat, euomere nititur vim, faciens ori ſuo, ne claudatur. Iob 7. Non parcã ori meo in tribulatione ſpiritus mei. Hęc Guil. Malè enim pecus excoriat, q. totam pellem a carne non ſeparat. & Naaman, vt mundaretur a lepra, totus antea nudatus eſt ad ſe lauandum. Tertiò, dico ꝙ vtile eſſet groſſiora peccata primò confiteri. Primò quidem, ad magis prouocandum diuinam pietatẽ. Vulneratus enim multis vulneribus, oſtendit primò grauiora medico, & ſicut trutannus oſtendit grauiorem infirmitatẽ, deformitatem, & paupertatem, hominibus, vt moueantur ad pietatem, ſic debet facere confitens. Prouer. 27. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit ea, miſericordiam conſequetur. Nec enim eſt Deus ſicut ille diues euangelicus, qui quotidie epulabatur ſplendide, & vlcera Lazari oſtenſa non curabat. Secundò, hoc docet natura, quia homo quanto maiorem ſentit infirmitatem, tanto minus continere poteſt quin clamet. & mulier quando habet in ventre fętum, quanto groſſiorem, tanto minus continere poteſt clamorẽ; & tunc omnes audientes ſibi cõpatiuntur. ſic Deus qui audit cor hominis. Sed quidam confitentur quaſi cum cribro, in quo furfur, & groſſiora remanent; & farina delicata eijcitur. Sic tales minora peccata eijciunt per confeſſionem; maiora verò celando retinent. Similes cambſoribus, qui maiores & magis pondero ſos ſterlingos ſibi retinent, & in theſaurum reponunt; & tales non curantur a morbo peccati. Exemplum in vita ſancti Sebaſtiani. Cum Cromatius pręfectus vrbis Romę ditiſſimus grauiſſimè ęgrotaret, promiſit beato Sebaſtiano, ꝙ ad fidem ſe conuerteret, ſi doceret eum medicamentum quo curari poſſet. At ille ait, ꝙ ſi frangeret omnia idola ſua & baptizaretur, curaretur quod ipſe fecit,

B Cõfeſſio. Quod vtile eſſet pœnitẽti primò peccata grauia cõfiteri.

vno tantum retento, ſolis. ſ. lunæ, & ſtellarum, quod erat aureum & ponderoſiſſimum inter alia, & baptizatus non curatus eſt. Poſtea pœnituit, & confeſſus, ſimulachrum illud comminuit, & ſic curatus eſt. Sic nec ſaluatur pœnitens, niſi de omnibus pœnituerit; & confiteatur maximè de maioribus. Ezech. 18. Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus. Recitat Petrus Cluniacen. quòd quidam iuuenis apud Carilocum, cum eſſet ſuſpectus de quadam muliere coniugata, cum qua peccauerat, volens ſe de hoc iuſtificare, iurauit coram ſacerdote qui Chriſti corpus aſportauerat, & coram adſtantibus, ꝙ nunquam cum illa peccauerat. Cum autem ſacerdos dediſſet ei corpus domini, non potuit illud maſticare, aut glutire. Vnde confeſſus & trepidus ſacerdotem reuocauit, & integrè confeſſus, corpus domini ſine omni difficultate ſuſcepit. Facile enim quis euomit minora peccata, poſtquam euomuit maiora. Percuſſio enim duce exercitus, facile percutitur totus exercitus. Grande verò & enorme peccatum, dux eſt exercitus diaboli: ita vt non poſſit vinci totus ille exercitus, quinimmo proſtratus reſurgit, niſi dux eorum proſternatur. Sicut ergo in acie primò laboratur ad interemptionem ducis: quo deiecto facilè fugit exercitus, ſic niti debent peccatores, vt per confeſſioné proſternant enorme peccatum, & ſic deinceps facile minora confitebuntur. Scriptum eſt enim. Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Si tamen hoc nolint facere, ſed poſtremò ea confiteantur, etiam hoc Deus accipit. Acceptat enim magis ponderantem monetã poſt leuem. Difficile enim quis ſe exuit auro ponderanti & tardius quam poteſt. Quartò, dico, ꝙ non ſolum grandia peccata; ſed etiam minora confitenda ſunt. Minimæ enim guttæ continuatæ interdum replent vaſa, replent flumina, & faciunt ruinam. Sic parua peccata conſueta niſi per confeſſionem eijciantur, ad maiora inducunt, quorum ruina anima ſubmergitur. Pſal. 68. Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Legitur

Iuramẽtum falſum graue peccatum.

Peccata minora etiam ſunt confitenda.

de quodam animali habent duo cornua acuta in ſimilitudinem ferri, quibus ſecare poteſt maximam quercum ꝙ quãdo ſitit, venit ad Eufratẽ, vbi ſunt virgulæ quædam ſubtiles & molles: & poſt potum, incipit ludere cum virgulis; & ludendo ſeipſum cornibus obligat: & tunc veniens venator animal illud occidit. Ita contingit, vt qui ſuperant quercum, ideſt grandia peccata, virgula paruorum peccatorum capiantur, ut ſunt uerba luxurioſa, & cantilenæ. Duo cornua acuta, amor Dei & proximi, quibus maiora peccata quis deiecit. Pſal. 6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Glo. ideſt per ſingula peccata. Hoc ſignificatum eſt Leu. 14. vbi præcipiebatur, ꝙ leproſus quando mundabatur raderet omnes pilos carnis ſuæ, & lauaretur aqua. Sic peccator ſingula peccata etiam minora confiteri debet, ſi poſſit de numero recolere, ita ꝙ ſi decies luxuriæ peccatum commiſerit, & confiteatur vſque ad nouem non ſufficit. Quod ſi de numero nõ recolit, debet ſecũdum exiſtimationem ſuam quanto proximus poteſt, & ſic debet facere ſicut ancilla quæ incipit mũdare domũ a groſſioribus ſordibus, deinde a minutis. Quintò dicitur, ꝙ tam de ſpiritualibus quàm de carnalibus vitijs confiteri debet. Pſal. 148. Confeſſio eius ſuper cœlum & terram, quia ſe extendere debet confeſſio ſuper peccata cęleſtia, ſiue ſpiritualia. vt ſuper ſuperbiam quæ natione cęleſtis eſt: & ſuper inuidiam, & ſuper terrã. i. ſuper cætera peccata quæ ſunt terreſtria. Sed communiter multi volunt confiteri peccata ſpiritalia, quibus aliquid ſibi eſſe videntur: ſed carnalia, quæ magnæ infamationis ſunt, confiteri erubeſcunt. Diabolus. n. bene patitur ſcabioſos ſuos tonderi. ſed nunquam radi pęnitus. 2. Reg. 10. Rex filiorum Amon raſit dimidiam barbam ſeruorum Dauid, & veſtes præſcidit vſque ad nates, ſed non ex toto. Sexto dicitur, ꝙ de cogitationibus & conſenſu interiori dato ꝙ in nullum opus exierit, confitendum eſt. Deliberatus enim & plenarius conſenſus in opus peccati mortalis, licèt non ſequatur opus, eſt tamen mor-

C

Cogitatio. Decogitationibus confitẽdum eſt.

mortale peccatum. Mat.5. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam:iam mechatus eſt in corde ſuo.Glo. Si plenariè conſentiat libidini: ita vt ſi facultas eſſet illud faceret. Pſal.57. Etenim iniquitates operamini in corde. Super quo Aug. Quicquid vis & non potes, Deus factum reputat. Vnde quędam matrona vidua valde religioſa, operibus miſericordiæ intenta, quam multum diligebat Epiſcopus ſuus, pp eius ſanctitatem, & cui ſæpe confitebatur. Contigit quadam die, ꝙ reſpiciens vnum de famulis ſuis tentata fuit peccato carnis vſq; ad conſenſum: q̃ rediens ad cor, cito pęnituit. Sed quia ad opus non peruenerat: non curauit confiteri;& licèt ſæpe recoleret, & maximè in morte, præ pudore tamen noluit illud confiteri. Ipſam vero mortuam ſepeliuit dictus Epiſcopus cū honore in ſua capella. Nocte ſequenti, cum ante alios ad matutinas ſurgeret, & uellet intrare capellam, uiſum fuit ſibi ꝙ plena eſſet igne ſicut clibanus. Ipſe uerò confidens in domino appropinquauit, & uidit ſupra tumulum illius mulieris quaſi quoddam corpus extenſum ſupra craticulam, & ignem copioſum ſuperpoſitum, & dæmones circumſtantes cum baculis ferreis, & facibus ignē accēdentes, & corpus uerſantes; & cum diligenter aſpiceret, cognouit illam mulierem eſſe, quæ ibi ſepulta fuerat; & cū adiuraſſet eam, dixit, ſicut prædictum eſt, ꝙ pro illo conſenſu ſolo damnata eſſet. In uitis patrum abbas Pomen. ait, de nullo ſic gaudet diabolus quomodo in illo, qui non uult cogitationes ſuas manifeſtare. Nec ſolū confitendum eſt de conſenſu in opus, ſed etiam in cogitationem quando ex deliberatione conſentit in delectationem cogitationis peccati mortalis; quod etiam mortale eſt ſecundum Magiſtrum.2. Sententiarum.diſt.24.& hoc uidetur dicere Aug. ut ibidem apparet. Pſal.4. Quæ dicitis in cordibus ueſtris dicite, ſupple in ore, & in cubilibus ueſtris, ideſt conſcientijs de hoc compungimini. Cor enim peccatoris, cubile appellatur, quia ſicut cubilia ſunt ferarum; ſic corda peccatorum receptacula ſunt dæmonum. Eſa.35. In cubilibus in quibus habitabant dracones, ideſt dæmones per peccatum; uiror calami, & iunci orietur, ideſt fortitudo uirtutum & operum. In calamo enim quo ſcribitur bonæ operationis exemplum deſignatur; quæ more calami, alta debet eſſe in facti magnitudine; ſed uacua in faciendis reputatione. In iunco autem quo domus ornari ſolent ad decorem, uirtutes ſignantur. Nec ſolum de conſenſu in delectationem, aut cogitationem, nec de conſenſu ad opus proprium, ſed etiam ad opus alienum. Serpens enim (ut inquit Cantor Pariſ.) maledicitur a Deo, licet non peccauerit, ſed fuerit inſtrumentum peccandi, ut ꝑ hoc inſtruamur, ꝙ non ſolum actores peccati principales, ſed etiam eis conſentientes pęna ſunt digni, & terra maledicta eſt, quia ſuſtentamentum huic operi præbuit. & ſol qui lucendo lucem exhibuit multum de ſua luce amiſit. hæc ille. Peccant igitur qui non confitentur de hoc ꝙ alieno peccato conſenſerint. Septimò dico, ꝙ tam peccatum apertum etiam notum confeſſori, quàm occultum eſt confitendum. Primò, ratione audientis, quia ſicut eſt in iudicio forenſi, ꝙ iudex aliquid nouit, vt priuata perſona, quod tamē non nouit, vt iudex: nec procedit ad ſententiam, quouſque ei innoteſcat, vt iudici: ſic in iudicio pęnitentiali ſacerdos aliquid poteſt noſſe, ut homo, quod non nouit, vt Deus, quia non eſt per teſtimonium conſcientiæ accuſatū, quæ eſt teſtis diuinus: & quouſq; ſic nouerit, non ſpectat ad ipſum talem ſoluere aut ligare: ideo oportet ꝙ confiteatur peccatum ſuum, quantumcumq; ſit publicum. Secundò, ex parte confitentis. Quantumcumque enim aliquis ab alio accuſatur, non propter hoc iuſtus dicitur, vel iudicatur, ſed magis iniuſtus: ſed quando homo ſeipſum qui eſt dignus accuſatione accuſat, tunc exercet opus iuſtitiæ. Ideo dicitur ꝙ iuſtus in principio accuſator eſt ſui. Vt ergo quis iuſtificetur, & ſit reconciliatione eccleſiæ dignus: neceſſe eſt, vt peccatum ſuum confiteatur, quantumcumque pu-

A Cōfeſſio. Peccatum publicū & cōfeſſori notū eſt confitendum.

publicum. Si verò occultum, etiam de eo confitendú eſt ei, quia morbus oſtendendus eſt medico, ut remedium apponat, vt quæ non erubuit intra thalamum cordis in conſpectu diuinæ pręſentię cogitare, & uelle, & volendo conſentire, tunc coram oculis ſacerdotis recitet cum rubore, vt quę perpetrauit inuerecundè verecundiam procul pellendo, ex hoc in conſpectu hominis erubeſcat. Homo enim carnalis plus erubeſcit coram oculis hominis, quàm Dei. Hęc Bon.diſt.17.4. Et ꝙ ſit confitendum etiã de occultis patet. Non poteſt diſſolui nodus niſi prius manifeſtetur, nec curari vulnus ignorum, nec de occultis dari conſilium, nec dari ſententia cauſę latentis. In confeſſione animę diſſoluitur nodus peccati, ſanatur vulnus, conſilium tribuitur, emendatur forefactum. Sed nos ſumus ſicut falſarij monetarũ, qui fabricant monetam in tenebris, in quibus ſi illam poſſent exponere, nunquam exponerent in luce, & quia non poſſunt illam niſi in luce exponere, periculoſe mortis exponunt. Sic peccator falſam monetam operatur dum in tene bris peccata fabricat, & poſſet ea in tenebris quaſi falſam monetam exponere, & per ea lucrari ſeu acquirere gratiam, quia præſtabilis eſt Deus ſuper malitia, nec facit ſed expectat, donec in plenam extremi iudicij lucem proferatur, & ſic morti adiudicabitur. Secundò, peccatum eſt in anima ſicut vermis qui fouetur dum latet, occiditur dum apparet. Sed ſumus ſicut Philiſtijm percuſſi in ſecretiori parte natium, qui dum nollẽt opprobrium ſuum reuelare, omnibus re uelatum eſt, & factum eſt eorum opprobrium ſempiternum. Pſal.77. Percuſſit eos in poſteriora, opprobrium ſempiternum dedit illis. Stultitiam hanc celandi peccatum ſuum, Dauid in ſe redarguit dicens. Pſal.37. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, a facie inſipientiæ meæ. Cicatrix eſt caro ſuperexcreſcens vulneri, quæ occaluit, quæ dum ſuperinducitur vulneri non cu rato, ſubtus manet putrefactio, quã mox oſtendit ruptio cicatricis, & rupta cute

B Confeſſio. Peccata occulta ſunt reuelãda.

C Cicatrix. Quõ putreſcũt cicatrices.

uperinducta, cicatrix maiorem erumpit in fætorem. Sic peccatum abſconditum augetur, & ſæpe iuſto Dei iudicio dum celari creditur, ad notitiam hominum cum fætore peſſimæ opinionis perducitur, quod Dauid per inſipientiam accidiſſe quæritur, quia dum celare peccatũ adulterij ſtuduit, per negligentiam dilatæ curationis, grandeſcente vulnere, peccatum peccato addens, perditionem cũ homicidio fecerit: & peccati quod prius ad emendationem vni confiteri noluit, poſtea detectum uniuerſus mundus agnouit. In ſecretis enim natium plaga adulterij percuſſus erat, ideo confiteri erubeſcebat. Tertiò, quia cuiuſlibet rei corruptio, contrario modo fit ſuæ generationi. Cum igitur perpetratio peccati ſit in occulto conſcientiæ, ſequitur, ꝙ ipſum corrumpi oportet virtute confeſſionis manifeſtantis. Dum retinẽtur in ventre ſtercora, venter grauatur: dum egeruntur, alleuiatur. Stercora ſpiritus ſunt peccata, quæ dum occultantur, cõputreſcunt iumenta in ſtercore ſuo. Ipſa ſunt quæ coinquinant hominem, qui dũ purgantur ad bene operandum, homo leuior efficitur. Octauò dicitur, ꝙ omnes circunſtantiæ notabiliter aggrauantes ſunt confitendæ. Redegit enim Moyſes vitulum conflatilem in puluerem, confringendo aures, & nares, & quæcumque ipſius vituli erant. Sic vſque ad minora peccata, & quaſcunque eorum circunſtantias aggrauantes, confitendũ eſt. Eſaiæ 58. Diſſolue colligationes impietatis, ideſt mortalia peccata, ſolue faſciculos deprimentes, ideſt circunſtantias aggrauantes, & ſic omne onus diſrumpe. Explicandi enim ſunt faſciculi iſti in nundinis huius ſeculi quàmdiu durant. Niſi.n. in hoc ſeculo explicẽtur, de cætero non uendentur. Cito malas merces explicat mercator, quando ſcit, ꝙ bene uẽdet. Benè uenduntur merces peccati, quando habetur gratia pro eis. Iob.14. Vias meas in conſpectu meo arguam, & ipſe erit ſaluator meus. Eccl. 33. Conſidera & omni cura tua explica, recumbe ut læteris. Eſaiæ 40. Suſcepit de manu domini duplicia, ſcilicet gratiam,

D Cõfeſſio. Circunſtantiæ notabiliter aggrauantes ſunt cõfitẽdæ.

tiam, & conſcientiæ pacem, per omnibus peccatis ſuis. Nunc enim accipit do minus noſtras merces, & dat ſuas, aurũ ſcilicet pro luto, & gratiam pro peccato. Sed quia non uult emere catum in ſacco, neceſſe eſt ut eas vicario ſuo explices. Prouer. 28. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, immo dignus eſt mor te, ſicut ille qui abſcondit inimicos Regis in domo ſua. Nõ ſufficit firmo ꝙ dicat genus morbi, ſed oportet dicere ſpeciẽ febris. Sed quærit quas circunſtãtias tenetur dicere. Dicitur primo, ꝙ circun ſtantiæ confitendę ſunt, quę ſpeciali prohibitione prohibentur, vt cognoſcere non ſuam prohibetur, & cognoſcere etiam conſanguineam ſpecialius prohibetur. Hęc Scotus diſ. 17. 4. art. 2. Dicitur ſecundò, ꝙ circunſtantię notabiliter aggrauantes peccatum. Sed qui ſint tales (vt dicit Altiſſiodoren.) non determinat ars, ſed vnctio quę docet de omnibus talibus. Poſſet tamen dici, ꝙ circunſtantię ille notabiliter aggrauant, quę dum confitetur quis peccatum, inducunt ei verecundiam magnam. Tunc enim ſignum eſt alicuius notabilis malitię. Cum enim uerecundia ſit timor inglóriationis, & ingloriatio procedat ex malo, neceſſarium eſt verecundiam il lam ſignum eſſe nouæ malitiæ, vel nota bilis augmenti eiuſdem. De venialibus autem dicitur primo, ꝙ non eſt neceſſe venialia confiteri, quia in naui hominis ſæpe ſubintrat aqua peccati, ita tamen, ꝙ non patitur naufragium, & hoc cum committitur veniale. Prouer. 24. Septies in die cadit iuſtus, & toties reſurgit: nec ita poteſt conſtringi quin ſubintret talis aqua. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia pecca tum non habemus, noſipſos ſeducimus. Aliquando ita ſubintrat aqua, ꝙ patitur naufragium, cum ſcilicet committitur mortale. Pſal. 68. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam, & tunc neceſſarium eſt hauritorium confeſſionis, quo illa aqua extra fundatur, confeſſio ſcilicet de quo Pſal. 61. Effundite coram illo corda veſtra. Secundò, quia uix poſſunt eſſe actus noſtri ſine peccati puluere: & quin puluerem tangat pes affectionum. Mat. 10. Excutite puluerem de pedibus veſtris. Eccl. 7. Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Prouer. 20. Quis poteſt dicere, mundũ eſt cor meum? Ideo quaſi impoſſibile vi deretur illa confiteri. Nemo autem ad impoſſibile obligatur. Vnde duplicia ſunt venialia. Quædam ſunt qui ſciuntur eſſe venialia, & de iſtis non eſt neceſſarium confiteri, quia non ſeparant a Deo, nec per ea patitur nauis hominis naufragium, vt ſunt riſus diſſoluti, geſticulationes mũdanæ, mendacia officioſa vel iocoſa, & ſic de alijs. Alia ſunt uenialia, de quibus dubitatur an ſint venialia, an mortalia: de iſtis tutius eſt confiteri. Et de hoc Greg. Bonarum mentium eſt ibi agnoſcere culpam, vbi culpa non eſt. Viri tamen ſancti communiter de his conſcientiam faciunt. Habent.n. cõſcientiam teneram, quæ nec pulueres venialium patitur, quin a ſe iuxta vires eijciat. Eſa. 14. Perdam nomen Babylonis, & reliquias, & progeniem, & germẽ. Babylon peccatum eſt mortale, reliquię verò veniale quæ a ſanctis omnino per confeſſionem diſperduntur. Tum quia licèt veniale non poſſit fieri mortale, diſponit tamen ad mortale. Vnde Vegetius lib. 4. cap. 16. Docet ꝙ in expugnationibus ciuitatem, duobus generibus machinarum vtuntur milites. Quædam ſunt maiores, quibus muri dirimuntur. Aliæ minores quæ maioribus adminiculum iugiter præſtant quas muſculos nominant. Sic diabolus in expugnatione animæ duplici machina vtitur. Maiore, qua contra animam tota ipſius applicatur fortitudo, & hæc eſt tentatio ad mortale. Minore verò, quaſi veniali peccato uiam ad hanc præparat. Eccl. 15. Qui ſpernit modica paulatim dedicet. Aug. Vitaſti grandia, caue ne obruaris arena. Tertiò, quia per ea remittitur deuotionis feruor. Licet enim auis glũtino non capiatur: tamen ſæpe dimittit ibi de pluma. De oblitis etiam confiteri debet negligentiam qua ea oblitus eſt, vel qua non ſatis cogitauit, ut memoraretur eorum: & ſi ad memoriam venerint, quòd habi-

E Circunſtantia. Qũo cognoſcuntur circunſtãtiæ notabiliter aggrauãtes.

F Veniale. Qũo de venialibus confitẽdum eſt, & qũo nõ.

Venialia peccata ſũt in duplici differentia.

Diabolus duplici machina vtitur in expugnatione animæ.

habita copia confeſſoris pro tempore &
loco opportunis, ꝙ de ipſis cōfitebitur.

Sermo duodecimus de pænitentia: & de confeßione ſextus per thema præcedens.

A TRes comites habent tres pœnitentiæ partes. Primò, contritio comitem habet amaritudinem. de qua Hiere. 6.
Pænitētia. De tribus comitibus triū partium pænitētiæ.
Luctum vnigeniti fac tibi planctū amarū. Quod dupliciter exponitur. Primò, quia ſicut mater magis dolet ſi vnigenitum amittat, q̇ ſi aliū ex pluribus, ita maximè dolēdum eſt ei qui pro peccatis Chriſtum amittit. Hic eſt mugitus vaccarum quæ pergunt bethſames .i. ad ęterni ſolis habitationem. Bethſames. n. interp̃tatur domus ſolis. 1. Reg. 6. Secūdo mō exponiť. Luctū vnigeniti fac tibi, quia vnigenitū Dei filium amiſiſti. Hæc eſt Iuniperus aſpera, ſubter quam Helias obdormiuit. Hæc eſt conuentio, qua conuenerunt ad Dauid omnes qui erant in anguſtia conſtituti: & amaro animo & oppreſſi ære alieno, & factus eſt eorum princeps. Cōfeſſio aūt verecundiam habet comitem. de qua
Verecūdia eſt comes cōfeßiōis.
Roma. 6. Quem fructum habuiſtis in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Verecundia tamen iſta licèt ſit vehemens impedimentū cōfeſſionis, non tamen debet eam impedire. Exemplo cuiuſdam qui ad religionē veniens, cum murmuraret, & quaſi ſecum deliberaret non permittere ſe radi, quia pulchram haberet capillaturam, congruè dixiſſe fertur tonſori. Facias (inquiens) facias, quia Deus nunquam habuit amicum, quē in uita iſta non cōfuderit. Cogitauit. n. ꝙ opus inchoatum faciendo, quo ad mundum iſtum confuſus eſſet. Cogitauit autem & ex alia parte, ꝙ Deus ſemper ſuos quo ad mundū, iſtum, vel confundit, vel confundi permittit. Sicut patet de Apoſtolis, & Martyribus, qua cogitatione armatus, patiēter ſuſtinuit pęnitentiam inceptam: hęc enim eſt taſio capillorū quo ad cōfeſſionem, & veſtes lugubres, quo ad contritionem, quibus induebatur mulier, ideſt anima, quam aliquis captam in bello volebat ſibi matrimonio copulare, hoc eſt Chriſtus. Deuteron. 21. Tertia, ſcilicet ſatisfactio, aſperitatem habet ſibi comitem, vt paruit in illa ſatisfactione quam iniunxit dominus primo parenti.
Aſperitas eſt ſatisfactionis comes.
Quia comediſti, inquit, de ligno ex quo præceperā tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, &c. Hæc ſunt legumina quibus vtebātur ſocij Danielis, & tamen facies eorum lympidiores apparebant. Dan. 1. Hęc eſt comploſio lagenarum. i. maceratio corporum, quibus comploſis Gedeon, hoſtes conuertit in fugam. Iudic. 7. hoc eſt biuium maximè in quo ſedebat Thamar, quando a Iuda prole gemina grauidatur, virtutibus, ſcilicet, & operibus: nam ſicut meretrix in biuio manifeſtat officium ſuum: ſic anima in biuio cōfeſſionis & ſatisfactionis manifeſtat peccatum. Sed quia omnis amaritudo temperanda eſt dulcedine, dulcedinem gratię Dei imploremus, & hoc mediante matre gratiæ; quam ſalutabimus dicentes. Aue.

B Dicto de ſecunda conditione confeſſionis, nunc reſtat videre de tertia, quæ eſt ꝙ confeſſio debet eſſe accuſatoria, & hoc propter multa.
Confeſſio. Quare confeſſio debet eſſe accuſatoria.
Primò, vt latro & peſſimus hoſtis reueletur, & denudetur. Peſſimus hoſtis quē habet homo eſt peccatum, quo remoto, nec homo, nec diabolus homini nocere poteſt. Gregorius. nulla nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas. Ideo ſtultus eſt qui ipſum non accuſat iudici, ideſt confeſſori. Propterea nihil debet ipſius occultari. Thrē. 2. Effunde ſicut aquam cor tuū in cōſpectu dñi. Primò, quia ſicut aqua debet eſſe clara vt nihil in ea lateat, ſic in confeſſione clarè dici debet peccatum,
C Effundere. Quō dicuntur peccata effundi corā domino.
vt nihil eius lateat, nec ſub verbis duplicibus occultetur. Prou. 26. Sicut i aquis reſplendent vultus proſpicientium, ſic corda hominum nota ſunt prudentibus, ideſt ſacerdotibus. Pſalm. 61. Effundite coram illo corda veſtra, ſicut de vaſe precioſo & nobili, liquor corruptus, quam citius effunditur. Totaliter autē

effunditur ſi actus & voluntas peccan-
di expellantur, ſi delectatio peccati in
memoria non retineatur, ſi guſtus, ge-
ſtus, & ſimilitudo peccati exterior om-
nino relinquatur, ſi nullatenus peccatũ
excuſetur. In effuſione enim aquæ non
remanet in vaſe nec liquor, nec odor,
nec ſapor, nec color, quod in effuſione
aliorum liquorum bene reperitur. Ver-
bi gratia, cum ſanguis effunditur, rema-
net pars aliqua ſanguinis in fundo vel in
lateribus vaſis adhærens, maximè ſi diu
fuerit in vaſe. Sic multi peccatum ef-
fundunt quãtum ad actum, ſed magnã
eius partem retinere volunt, ſcilicet vo-
luntatem cordi adhærentem, facientes
ſicut infirmi, qui tondent capillos, ſed
non eradicant, radicem dimittentes in
capite, vnde poſtea capilli oriuntur. Sic
multi infirmi tondent in quadrageſi-
ma peccata, actus peccati ſecantes, ſed
radicem in capite .i. voluntatem in cor-
de relinquentes, vnde poſt in peccata re-
cidiuant. 2. Reg. 14. Abſalon tondebat
ſemel in anno, id eſt in quadrageſima ca
pillos ſuos. Abſalon interpretatur ama-
ritudo patris, quia peccator Deum pa-
trem amaricat in peccatis. Amara enim
ſunt domino peccata. Oſeæ. 12. Effraim
prouocauit me in amaritudinibus ſuis.
Secundo cum oleum effunditur rema-
net ſæpe aliquid liquoris, & ſi nihil re-
maneat liquoris, ſemper tamen rema-
net ſapor olei. Sic quidam in confeſſio-
ne oleum effundunt, quando minuta
peccata confitentur, & pinguiora reſer-
uãt. Agad pinguiſſimum Regẽ reſerua
uit Saul, propter quod ab eo diuiſum eſt
regnum eius, & multi regnum cœlo-
rum amittunt, quia maiora peccata re-
ſeruant, colantes culices, chamelos de-
glutientes. Sed dato ꝙ nihil liquoris re
manet, tamen remanet ſapor, ita ꝙ ſi in
dicto vaſe ponatur liquor, ſaporem ha-
bebit olei. Sic multi actum peccati effu-
derunt coram domino in cõfeſſione, ſed
delectationem peccatorũ præteritorum
cogitatione & memoria ruminant: non
aũt perfectè ſanatus eſt qui ſaporem, &
infectionem infirmitatis præteritæ reti-
net in palato. Hiere. 18. Permanſit in eo
guſtus eius. Quando enim guſtatur ama
rum, inſipidum, vel venenoſum, ſtatim
ponitur extra os, nec ceſſat homo ſpue-
re, donec totum eijciatur; ſed dulce &
ſaporoſum intus deglutitur. Sic qui
ſentit amaritudinem peccati, ſtatim ex-
tra os eijcit illud per confeſſionem.
Iob 10. Loquar in amaritudine animæ
meæ. Tertiò, cum vinum effunditur, re-
manet odor, ut patet in ponentibus na-
res in vaſa vinaria. Sic multi peccati
actũ, & volũtatẽ, & delectationẽ dimit-
tentes, rumores de peccato aliorũ libẽ-
ter audiunt, & ita ſentiunt a longe eius
odorẽ. Vnde ſicut odor ducit canem ad
beſtiã, ſic ſæpè audire loqui de peccato
alterius, & rumores de ipſo inquirere,
ducũt & trahũt hominẽ ad peccatũ. Et
ſicut odor fætidus cito corrũpit ſentiẽ-
tem, ſic rumores huiuſmodi audientẽ.
Hier. 48. Odor eius nõ ẽ immutatus. Et
ſequitur: Propè eſt interitus Moab vt ve-
niat, & malũ eius velociter accurrit ni-
mis. Quartò, dum lac effunditur rema-
net color. Sic multi licèt delectationem,
actum, & voluntatem peccandi dereli-
querint; in confeſſione tamen color ad-
huc remanet, quia colorare quærunt
peccata ſua, cum tamen mulier impre-
gnata colore careat. Cum enim quis a
domino bonam concepit voluntatem
confitendi, carere debet coloratione &
excuſatione peccati ſui, & ita debet ef-
fundi, vt nihil ipſius remaneat neque li-
quor, neq; ſapor, neq; odor, neq; color. 1.
Reg. 15. Percute Amalech, & demolire
vniuerſa eius .i. diabolum, & peccatũ,
& omnes circunſtantias eius & diffe-
rentias. Secundò, accuſare ſe debet ho-
mo in cõfeſſione, vt diuinam prouocet
miſericordiam. Quærit enim dominus
nudam peccatoris conſcientiam, vt eã
ſuis donis quaſi indumentis veſtiat. Ait
enim Can. 2. Oſtende mihi faciem tuã,
id eſt conſcientiã tuam, ſonet vox tua in
auribus meis, quæ ſunt aures ſacerdo-
tis in confeſſione. Sicut enim facies cor-
poris nuda dẽt eſſe, ſic & cõſciẽtia aper-
ta debet eſſe Deo, & confeſſori. Tur-
pis enim eſt macula in facie, ideo opor-
tet eam lauare, non abſcondere. Pro-
uer.

uer.4.Iuſtorum ſemita quaſi lux ſpendens, creſcit vſque ad perfectum diem, ideſt ſemita vel via pœnitentium creſcit vſque ad claram & perfectam notitiam peccatorum,vſque ad meridiem in quo athomi, ideſt minuræ circunſtantiæ & minuta peccata poſſunt videri. Ideo dicit. Pſalm.31. Delictum meum cognitum tibi feci, & iniuſtitiam meam non abſcondi.Aperiamus igitur in confeſſione delicta noſtra, non operiamus excuſationibus. Curialis enim eſt dominus, qui ſtatim tegit eos qui ſe ſibi detegunt.Ezechiel.16.Vidi te nudam, & confuſione plenam, & expandi amictum meum ſuper te,& operui ignominiam tuam. Vnde Aug.ſuper illo. Miſerere mei Deus.Qui magnam miſericordiam deprecatur,magnam miſeriam confitetur.Sed multos tractat diabolus & tenet per guttur ne clament. Non ſic quædam bona mulier,quæ dum grauia cõfiteretur & aggrauaret,& ĩ quolibet verbo confeſſor ſpueret: animaduertens illa, ꝙ propter horrorem peccatorum ſuorum ſpueret dixit ei. Domine ſi vos debentis crepare per medium, antequam recedam dicam vobis per totum. Illam enim non tenebat diabolus per guttur.Hieronymus.Ideo iubetur nobis ne exprobremus homini reuertenti a peccatis ſuis, & ne abominemur Aegyptium, quia ipſi quondam in Aegypto fuimus,& de luto & latere Pharaoni extruximus ciuitates.Tertiò, accuſanda eſt conſcientia peccatoris nõ excuſanda,propter diuinæ iuſtitiæ ſeueritatem,quæ denudabit in iudicio, qua noluerunt peccatores aperire patri ſpirituali in confeſſionis ſecretò. Eſa.57. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Quanta differẽtia eſt vltro dicere peccatum ſecretò coram homine peccatore ad miſericordiam conſequendam,aut coactè coram vniuerſo mundo ad damnationis iudicium? Ideo Iob 10.Dimittã aduerſum me eloquiũ meum.i. ero aduocatus cõtra me loquendo non excuſando,vt vir ſuper vxorẽ & ecõrrario,& ſocius ſup ſo ciũ. Sed melius eſt hr̃e modicã amaritudinẽ & verecundiã in cõfitendo, q̃ celando ĩcurrere amaritudinẽ ęterni iudicij. Vnde ſm Aug. Melior eſt modica amaritudo ĩ faucib. q̃ ęternũ tormẽtũ ĩ viſceribus.Qui aũt nõ ſentiũt huiuſmodi amaritudinẽ peccati, habẽt guſtũ infectũ. de quibus dr̃ Eſa.5.Væ qui dicũt bonũ malũ, & malũ bonũ. Ideo cũ dixiſſet Iob. Loquar in amaritudine animæ meæ,ſubdidit,Dicam Deo,noli me condemnare, quia iam me cõdemnaui. Non.n.punit Deus bis in idipſum Naũ. 3.Ideo.1.Cor.3.Si noſmetipſos diiudicaremus,non vtiq; iudicaremur.Aliter .n.eſt in curia mundi huius, & aliter in curia Dei,quia in cũria mũdi oportet ꝙ aduocatus ſciat bene allegare pro parte ſua,in curia Dei ꝙ contra ſe.Pſ.31.Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam dño.Exemplũ ad hoc de Phariſeo,qui ſe excuſabat,& de Publicano q ſe accuſabat,qui tñ iuſtificatus eſt ab illo. Et ꝑ huiuſmodi accuſationẽ ſigno oſtendendã tunditur pectus.Vnde Auguſtinus in homil.In hoc ipſo ꝙ ſonuit cõfiteor,pectora tutudiſtis. Tũdere aũt pectus eſt arguere quod latet in pectore: & euidenti pulſu occulrũ caſtigare peccatũ. Quarto ad pacandũ & ſerenandũ conſcientiã noſtram. Prou.18.Semper iurgia q̃rit malus. Angelus crudelis.i. mala conſcientia mittetur contra eum ferens ſententiã condemnationis,& cõtinuè aduerſus eũ clamans. Nihil periculoſius, q̃ cũ mulier clauſo oſtio verberat virum, nihil deterius q̃ cũ conſcientia remordet oſtio clauſo confeſſori.Tunc.n. nõ poteſt ei dari auxiliũ cõtra mulierem ſuam litigioſam,ſed bene dũ oſtio aperto verberat. Peccatum.n. quod occultatur aut excuſatur,ſemper clamat contra peccatorẽ, & confeſſum & accuſatum ſilet, ſicut canis qui latrat incluſus, & ſilet excluſus. Quot clamores audiunt qui ſic occultant, & excuſant in cordibus ſuis admodũ latratus canũ,qui quidẽ latratus canũ (vt dicunt logici) eſt vox ſignificatiua ſuæ dãnationis naturaliter nõ ad placitũ eorũ Sunt.n.tales ſimiles Hieritio,& porco ſpinato:qui ſpinis ſuis ſe defendunt

Conſciẽtia peccatoris accuſanda eſt, non excuſãda.

Curiæ Dei, & huius mundi diſcrimen.

Tũdere. Quid ſit tundere pectus.

& volunt de ſuis peccatis reliquias facere. Oſtendunt.n.pecca ſua ſicut reliquias.ſ.inuolutè, quæ ſi denudare vellēt,nō viderentur auium ſed lutum.Et ideo,ſicut in magnis feſtis ſolent oſtendi reliquie nudè ſine aliquo velamine: ita ſi volumus Deo facere magnum feſtum in paſca, debemus nudè peccatorum noſtrorum reliquias oſtendere.Vnde in libro de donis dr̄, ꝙ in quadā parochia Rauen. ad quendam diſcretum ſacerdotem venit mulier quædam, quā ſciebat eſſe peccatricem ſed occultam, quæ dum confiteretur, omnia peccata ſua excuſabat,& quaſi ſanctiſſima eſſet pallio verborum quaſi nihil eſſet docebat, ſe per omnia iuſtificans. Firmato igitur cancello dixit ꝙ Deus dederat ei maximas reliquias, quæ non fuerant inuentæ de aliqua muliere(matre Dei excepta)quæ non peccaſſet. Cum autē vellet pulſare campanas,& facere parochianos vocari, dicens ꝙ eas reponeret in capſa argentea, confeſſa eſt enormia & horrenda peccata.Si.n.latro qui ducitur ad ſuſpēdium ſciret, ꝙ propter ſui publicam accuſationem dimitteretur,coram omnibus ſe accuſaret, quanto magis debes facere tu qui peccator es in priuato,qui es ī periculo æterni ſuſpendij? Iob 7. Non parcam ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei,cōfabulabor in amaritudine animæ meæ, aggrauando peccatum non excuſando. Si quis.n. ſciret in domo ſua eſſe centum latrones, non dormiret quouſque omnes expuliſſet, vel iuſtitiæ intimaſſet,dicens.Aperite mihi portas iuſtitiæ dādo latronem,& accuſando iudici, ut ſuſpendatur in patibulo pœnitentiæ, & vbi nō ſit iuſtitia de latronibus,ibi abūdant latrones. Sic vbi non ſit frequens iuſtitia confeſſionis, ibi abundat & regnat iniquitas in terra illa. Multipliciter ſe excuſant confitentes,quandoque ſuper Deum dicentes. Deus me fecit talē & taliter inclinatum,ſic Adam retorſit peccatum ſuum in Deum dicens. Mulier quā dediſti mihi,dedit mihi de ligno & comedi.Ea.n.peruerſitas eſt(vt dicit Augu.) ꝙ volunt Deo attribui ſi

B Cōfeſſio. Quomodo multipliciter ſe excuſant confitentes.

ꝗd egerint mali,ſibi verò quicquid egerint boni.Ad id.n.genus pertinet accuſatio ſtellarum, & quicquid de fato delirant dicentes.Saturnus me fecit furē, Mars raptorem, Venus adulterū,& fatū mihi fecit hæc & illa.Sed abſit(inqt Greg.) a Chriſtianus vt fatum aliquid eſſe dicant ſi iuſtus in principio accuſator eſt ſui.Prou.18.Propter quod ſacerdos qui repreſentat perſonam iuſti, in principio miſſæ ſe cōfitetur & accuſat, multo magis hoc peccator debet facere. Secūdò,ſe excuſant ſuper diabolum dicētes. Ego hoc feci ſed diabolus decepit me,exēplo Euæ,dicētis,Serpēs decepit me. in quo videmur eſſe filij Adæ non ſolū in natura,ſed imitatione: propter quod a Paradiſo expulſi ſunt. Et falluntur in hoc ꝙ licèt diabolus tētet eos,non tñ inducit ad peccatum niſi ꝑ propriū eorū conſenſum.Eſa.55.Dicūt incuruare vt trāſeamus.De hoc eſt exēplū. Accidit.n.quādā puellā in ciuitate morantē,multū a iuuenibus tentari de fornicatione. Quā tentationem vt fugeret, ꝓpoſuit extra ciuitatē in quodā caſtro cuidā nobili dñæ famulari. Cui iter arripiēti verſus caſtrū in forma adoleſcētis dæmō apparuit, quærēs quo ꝑgeret,& ipſa ei ꝓpoſitū expoſuit,ſed dæmō diſſuaſit:& ꝑ oppoſitū multa ibi pericula eſſe prędixit,& ſtatim poſt diſparuit.Poſt hoc breui quodā interuallo a quodā caſtri famulo adamat̄,& impregnat̄,& de caſtro expellit̄.Qua redeūte cū dolore & fletu ad priorē ciuitatem, diabolus ei denuo apparuit cauſam doloris eius quærens.R ńdendo inter alia ſubintulit,diabolus,inquit,mihi conſuluit.Tunc diabolus dedit ei alapā.Mētiris,inquit,quia in hoc loco tibi diſſuaſi, & pericula oſtendi,ſed ex malitia & ꝓpria voluntate hoc feciſti. Hiere.8.Non eſt qui agat pœnitentiam de peccato, vnuſquiſque dicit quid feci. Præterea nō pōt quicquā diabolus ī credētes in Chriſtū,eo ꝙ iam iudicatus ſit & a credētibus expulſus.Vnde Aug.A credētibus princeps mundi mittitur foras,vt iā nō operetur i cordibus hoīum, quos iā cepit Chriſtus poſſidere: ſicut operatur

Excuſationes peccatorum varia.

C Diabolus. Quō diabolū accuſamus excuſando nos.

ratur in filijs diffidentiæ quos ad tentandos & tribulandos iuſtos ſæpe concitat. Quia enim miſſus eſt foras qui intrinſecus dominabatur, extrinſecus prœliatur. Et ſi per eius perſecutiones dominus dirigit mites in iudicio, tamen ex hoc ipſo ꝙ foras miſſus eſt, iudicatus eſt. De quo iudicio mundus arguitur, quia fruſtra de diabolo conqueritur, qui in Chriſtum vult credere, & qui foras miſſus, ad noſtram exercitationem foris pugnare permiſſus eſt. Tertiò, excuſant ſe ſuper ſocietatem ſuam quam ſecuti ſunt dicentes, ſocietas me fecit hoc facere. Sic Adam ſuper vxorem ſuam ſe excuſauit, ſic viri ſuper vxorem & econtrario. Dicit enim vxor maledixi viro meo peſſimis maledictionibus, ſed hoc ideo, quia ſe inebriat, omnia diſſipat, & me verberat. E conuerſo uir confitetur. Diſſipator ſum bonorum meorum in taberna, ibi inebrior. Sed hoc ideo, quia vxor mea peſſimũ caput habens, me a domo reijcit, & ſic neceſſe habeo ad tabernam ire, ibique ludere, diſſipare, & inebriari, & ſic quaſi pilæ luſores vnuſquiſque eorum alter ad alterũ pilã proijcit. Contra quã accuſationem orabat. Pſal. 140. Dicens. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes ĩ peccatis. Quæ inſania inquit Guil. Pariſ. ſe opponere medicamentis, & medico pro defenſione vulnerum adiutori & propugnatori pro defenſione nequiſſimorum hoſtium, liberatori pro defenſione carceris & vinculorum, miſeratori pro defenſione peccatorum, iudici abſoluere volenti pro defenſione funis, quo diſtrahendus eſt & ſuſpendendus in infernali patibulo, & pro defenſione ſpinarum quibus exurendus eſt æterno incendio, mundatori pro defenſione ſpurcitiarum, ereptori de naufragio, pro defenſione faſciculorum deprimentium ad interitum, & perditionem mergentium; decoratori pro defenſione turpitudinis, viuificatori pro defenſione mortis; reparatori pro defenſione ruinarum; exculto ri pro defenſione peſtilentium herbarũ. Et vt vno verbo dicamus omnium malorum ſe protectorem facere, omnia ſub protectione ſua ſuſcipere, & defenſorem ſe & aduocatum aduerſus Deum & ſemetipſum opponere, quanta ſit inſania quis non videat. hæc Guil. Quartò, ſe excuſant ſuper bona quæ faciunt. Sic nobiles dicunt accepti ſuper talem ſubditum meum tot dietas, ſed ſibi multa bona feci vnde plus tenebatur mihi. Et tales ſunt ſicut ancilla pigra, quæ iuncos virides ſuper puluerem expandit. Sed oportet omnes immundicias tollere, & poſtea bona opera ſuperaddere. Eccl. 37. O præſumptio nequiſſima, quandiu nata es cooperire aridam malitia? Tales enim ſibi faciunt perizomata ſicut Adã, ideſt excuſationes in peccatis adinuenientes. Quintò, ſe excuſant quidã propter carnis infirmitatem, hoc eſt ſicut Adam per Euam ſuam, ſcilicet carnem dicentes illud feci, ſcilicet ſum fragilis & delicatus, ideo iſta me facere neceſſe fuit. Eccleſ. 5. Ne dederis os tuum, vt peccare facias carnem tuam, ideſt non te excuſes per carnis infirmitatem, iſti ſunt ſimiles Iudæis, qui fimum ſuum in deſerto foſſa humo abſcondebant. Sic Achor furtum in terra carnis ſuæ abſcondit. Sic Adam folijs arborum. Caro enim folium eſt quod vento rapitur, infirmitatis ſuæ pudenda operit: & Iacob pelliculis hædorũ manus ſuas, ideſt peccata operationum malarum, & nuda colli, ideſt uerba mala protexit Iob. 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meũ, & celaui iniquitatem meam, ſupple mihi male eueniet. Sexto ſe excuſant, qui duplicibus uerbis ſua peccata excuſant. Hoc autem fit. Primò quando peccata turpiſſima non proprijs nominibus, ſed quibuſdam obumbratis nominibus vocant, ne ſic turpia appareant. Tales enim liniunt parietem peccatorum, quem tamen deberent ſuffodere, quia in parietibus defoſſis quandoq; inueniuntur theſauri copioſi. id conſulitur Ezec. 12. Fili hominis fode parietem. Secundò, hoc fit quando non rectè ſe accuſat homo, ſed verbis coopertis, & quæ non intelligit confeſſor, nec debitè explicatur peccatum. Ad hoc enim vt pannus mundetur, oportet vt explicetur, ſicut ſolent fullo-

Excuſat ſe diuerſimode verbis peccator

nes facere. Iuſti autem viri debitè diſtinguunt ſua peccata in confeſſione. Vnde de Behemoth per quem intelligitur corpus peccati vel ipſe diabolus dicitur Iob 40. Concident ipſum amici, diuident illum negociatores, quia amici & negociatores virtutum viri iuſti. Behemoth .i. peccatum proprium in confeſſione diuidunt, & diſtinctè narrant & dicunt. Nō enim in confeſſione verbis duplicibus vtendum eſt, vt de pœnitente dici poſſit ſolutum eſt vinculum linguę eius, & loquebatur rectè. Septimò, ſe excuſant per conſuetudinem dicentes, iuraui, ſed hoc habeo ex conſuetudine. Accepi ſuper ſubditos meos, ſed hæc mihi conſuetudo eſt. Et in hoc allegant turpitudinem, & vitium ſuum, neſcientes quia mala conſuetudo vitiat naturam, & ꝙ peccatum ex conſuetudine deterius eſt, quàm ex ſurreptione, vel ignorantia, vel fragilitate. Octauò, ſe excuſant diminuentes peccatum, vel propter cauſam quam aſſignant, vel ꝙ non fecerunt mala intentione, vel quia hoc fecerunt, quia alius eis malum fecerat, vel ꝙ non credebant facere, & ſic de alijs, & volentes cooperire peccatum, ipſum diſcooperiunt. Vera enim confeſſio & perfecta, non palliata (vt dicit Guil. Pariſ.) eſt latibulum peccatoris, & operimentum eius. Nudus .n. eſt peccator, & patentis turpitudinis & diſcoopertæ ſemper antequam turpitudinem ſuam diſcooperuerit reuelatione confeſſionis. Iob 26. Nudus eſt infernus coram eo, & nullum eſt operimentum perditioni. Per multa enim exempla patet, ꝙ non videt diabolus peccata poſt confeſſionem, ſed ei per illam teguntur. Prętерea, ꝙ in palam fit & in manifeſto omnis turpitudo peccatoris, in luce & non in tenebris legitur. Iob 24. Nō ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur illi qui operantur iniquitatem. Et propter hoc erant poſt Adam .i. exemplo illius, qui ad vmbram malorū ad excuſandas excuſationes in peccatis: & ad folia .i. mendacia verborum, quaſi ad folia ficus, vt inde pudenda ſua operiant confugerint: hi dum turpitudines ſuas velare & operire ſe exiſtimant, maiores turpitudines prioribus adijciunt. Maior enim turpitudo eſt excuſatio aut defenſio turpitudinis, quàm ſit ipſa quæ excuſatūr, aut defenditur turpitudo. Propterea ſcutum gladijs & iaculis obtenditur, quia tanquam fortius ipſo corpore, gladijs & iaculis poſſe reſiſtere ſperatur. His ergo peccatis tanquam fortioribus cætera proteguntur & armantur, ſicut legitur Iob 40. Protegunt vmbræ vmbram. Hæc Guil. Pariſ.

Conſuetudo peccati vitiat naturam.

Sermo tredecimus de pœnitentia, & de confeſſione ſeptimus per thema præcedens.

Diabolus ſolet auferre a peccatore omnes ſenſus ſpirituales, volens ipſum impedire, ne perficiat viam iſtorum triū dierum, ſ. contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis. Facit autem ad modum diuitis, qui vult ſe in aliqua domo quieſcere ad nutum. Primò, ingreſſus domum, claudit poſt ſe oſtium, & percipit familiæ ne dicat ipſum eſſe ibi. Oſtium claudere, eſt animam mutam reddere, ne ipſum eſſe intus alicui demonſtret. Obſtruit autem diabolus os quinque digitis, qui ſunt pudor confitendi, complacentia peccati, ſpes longioris vitæ, timor perſeuerandi, & deſperatio veniæ. Secundò, clauſo oſtio, extinguit lumen, vt quietius dormiat. Sic diabolus lumen, ſiue viſum cognitionis, ne homo cognoſcat veritatem, vilitatem, & damnoſitatem peccati. Sap. 2. Excecauit eos malitia eorum. Benè tamen dimittit diabolus homini oculum ſiniſtrum, quo conſiderantur temporalia, non dextrum, quo cęleſtia, ſicut dicitur de Naas. 2. Regum 11. Tertiò, obturat feneſtras propter radios ſolis, ne intrent. Sic diabolus feneſtras aurium ne radij doctrinæ intrent, & ipſum inquietent. Iſtas feneſtras habent pcipuè clauſas diuites, qui nolunt audire ſermonem propter malos rumores, quos ibi audiunt, ſcilicet quòd oportet reddere, & oia dimittere. Et hoc eſt dæmoniū illud de quo dr̄, ꝙ reddiderat hominem ſurdum & mutum. Mat. 8. quem curauit domi-

A Diabolus.

Diabolus obturat oēs ſenſus peccatoris.

dominus poſito digito in auricula, ideſt per memoriam paſſionis. Quartò, præcipit familiæ ꝙ ſint in pace, ne ipſum inquietent,& ſic tollit tactum bonæ operationis,vult enim eſſe in domo vacante otio, vt dicitur Luc.11. Hoc eſt dæmonium illud de quo dicitur Luc.8. quòd oportebat ipſum hominem in quo erat, vinciri catenis & compedibus. Quintò, iubet ne quid nimium redolens ſit in domo,ſicut odor pomorum, vel aliquid huiuſmodi, quod impediat quietem ſuam. Aufert enim olfactum.i.odorem peccati, vt non ſentiat eius odorem & fœtorem. Vnde fœtidi & ebrij non ſentiunt odorem ſuum,ſic peccatores inebriati fœtore peccati, hoc eſt illud dæmonium,quod habitat in monumentis. Luc.8.ideſt in cordibus fœtidis. Ne ergo auferat a nobis impudens ille canis noſtros ſenſus ſpirituales, ad matrem miſericordię recurramus vociferâtes. Aue.

Dictum eſt de ſecunda conditione, confeſſionis,quæ eſt ꝙ ipſa ſit accuſatoria, nunc videndum eſt quomodo diabolus nititur impedire peccatorem, ne ſe accuſet in confeſſione. Pro quo notandum eſt, ꝙ ſunt quatuor impedimenta, quaſi quatuor aduocati diaboli impedientes peccatorem volentem venire ad confeſſionem, vel ad curiam miſericordiæ ne accuſet ſe de peccatis ſuis: habet enim dominus duplicem curiam miſericordiæ, ſcilicet,& iuſtitiæ. Diabolus autem ſicut malitioſus aduerſarius,quia non audet ponere manum in peccatorē, quouſque deliberetur ei a curia iuſtitię, ſicut apparet. Iob.1. & 2. quia nihil potuit in eum diabolus affligendo,donec a domino dictum fuit, ecce in manu tua eſt. Ideo primò conqueritur in curia iuſtitiæ de peccatore,& ibi quaſi actor accuſat eum, credens ibi maximè probare ſuam intentionem, proponens ꝙ dignus eſt morte,reſpondet iuſtitia non credam tibi, quia mendax es, & pater mēdacij. Ioan.8. Non tibi credam niſi habeas bonos teſtes, reſpondet diabolus, ꝙ probabit ꝑ litteras & teſtes. Litteræ ſunt libri cōſcientiarū, & hēt teſtes fide dignos, & omni exceptione ſemota, ſcilicet trinitatem, ſanctos, & ſanctas. Tunc curia minus, ſcilicet iuſtitiæ & miſericordiæ ſic iuenit eſſe, trinitas hoc atteſtatur,& tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo, Pater, Verbū,& Spiritusſanctus, & Sancti dicunt,ꝙ verum eſt eius teſtimoniū, & ſic dicit diabolus. Ecce iam teſtes produxi de cęlo, producam etiam de terra non remotos nec extraneos,ſed teſtimoniū conſcientiæ ſuæ:& tunc ſi quæratur ab ea, cōſciētia remordēs deponit cōtra peccatorē teſtimoniū. Rom.2. Teſtimoniū reddēte illis conſciētia eorum. Glo. Ipſi ſibi teſtes erūt boni,vel mali. Vnde ſciunt ſe meritò damnari,vel ſaluari. Sic itaq; iuſtitia audiens iſtos teſtes, profert ſententiam ſuam dicens, iuſtum eſſe peccatorem amittere Paradiſum, & ſuſpendi ad inferni patibulum, quia ſtipendia peccati mors:& ſic gaudet diabolus,& ſtatim vellet ſententiam dari executioni. Sed miſericordia quæ potentior eſt apponit ibi manum,dilationem dando peccatori, vt poſſit ab iſta ſententia qua ſic damnatus eſt in curia iuſtitiæ appellare ad ſuperiorem curiam; aliter per iuſtitiam eſſet ſtatim deſtructus. Thren. 3. Miſericordiæ domini ꝙ non ſumus conſumpti. Apocal.2. Dedi ei tempus pęnitentiæ. Et tunc non eſt alia via ſeu refugium peccatori niſi appellandi. Sicut ſe ſentiens grauatum a curia inferiori,appellat ad ſuperiorem, ſic peccator dolens ſe perdidiſſe paradiſum,& timens mortem & patibulum inferni,cui adiudicatus ē in curia iuſtitiæ, appellat ad curiam miſericordiæ quæ potentior & ſuperior eſt. Quod potentior patet, quia ipſa poteſt retinere iuſtitiam quæ ita potens eſt, & retardare quando non placet ei ſententia eius. Ideo benè dicit Grego. in illa oratione. Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè,& miſerando manifeſtas. Quod ſuperior patet. Iaco.2. Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Pſ.144. Miſerationes eius, ſuper omnia opera eius. Quæ attendens iuſtitia defert appellationi,& remittit eos ad curiam miſericordiæ, quæ eſt confeſſio,quia nunquam ita euidenter operatur miſericordia, ſicut in confeſſione,& ibi ſedet,quando profert

B Diabolus. Qūo diabolus accuſat peccatores ī curia iuſtitiæ.

Curiam duplicē hēt do-

ſententias ſuas, dicendo per vicarium confeſſorem ſuum. Abſoluo te ab iſtis peccatis. Ita appellauit Dauid in Pſ. 55. cum dixit. Miſerere mei Deus, quoniā conculcauit me homo, ideſt diabolus ſuppeditauit in curia iuſtitiæ. Similiter cum dixit. Miſerere mei Deus, ſecundū magnam miſericordiam tuam. Ac ſi diceret. Magna eſt miſericordia tua, immo maior quàm iuſtitia in præſenti, ideo peto miſericordiā, licèt inciderim per iuſtitiam in magnā miſeriam. Ideo poteſt dicere peccator cum vadit ad confeſsionem. Vado proſequi appellationem meam. Videns ergo diabolus, ꝙ ſi proſequatur ſicut incępit, & rectè ꝓcedat, ita ꝙ nihil omittat & dicat purā veritatem in cauſa, totum perdet quod ei adiudicatum erat, ideo diabolus tamquā malignus & verſutus, ꝓuenit peccatorem, vt contradicat impetrandis in iſta curia, & mittit aduocatos ſuos qui iungunt ſe peccatori, & fingunt malitioſè ſe eſſe de parte illius, vt ſic credat eorum conſilio, & poſſint cauſam eius peruertere, & iſtam appellationem confeſſionis impedire: quia ſi poſſint ei perſuadere per fallatias ſuas, ꝙ non dicat puram veritatem & integram, non habebit ſententiam per ſe, ſed contra ſe. Ideo dicit. Pſ. 5. Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium, ſcilicet in confeſſione. Super quo Augu. Notate verba, & ponderate, grauius eſt perdere q̄ odire. Talis enim de nouo tria peccata committi, ſcilicet mendacium pernicioſum, hypocriſim, & ꝙ pollutus & fictus recipit ſacramētum confeſsionis. Hier. 17. Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo. Per peccatum Iudæ intelligitur peccatum in confeſſione. Iudas enim interpretatur confitens. Venit ergo primus aduocatus ſpes mala longioris vitę, & fingit ſe eſſe de parte peccatoris, & malicioſè nititur impedirè, ne vadat ad curiam miſericordiæ, ſcilicet confeſſionis, & incipit allegare iura ſua dicēs. Nonne multoties audiſti dici, ꝙ vna dies de reſpit, cent marcs vault. Item debemus accipere bona, quando poſſumus, galliceè. On doibt prendre le tēps, quant on le peult auoir. Iuuenis es, ſatis potes ludere: in ſenectute pęnitebis, & facies pęnitentiam, & ibis tunc ad confeſſionem, & pro ſe allegat illud. Eccl. 7. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue, & ita conſulit differendum eſſe vſque ad ſenectutem uel mortem. Multi credunt huic aduocato, ſed melius ſapienti. Eccl. 5. Fili ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diē. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Ideo bene dicitur communiter. Qui non facit quando poteſt, non facit quādo vult. Iob 33. Neſcio quādiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. Videant tales, ne forte cōtingat eis ſicut hiſtrioni cuidam, qui cum eſſet importunus, cogitauerūt quidam qualiter eum prudenter excluderent, & ſimulauerunt ſe facturos candelam, & cum eſſet coadiutor, tenens initium licinij, ſemper retrocedebat verſus oſtium, & ita dum candela protraheretur in longum, neceſſe habuit exire oſtium, quo clauſo ipſe excluſus eſt. Sic cum peccatum tales protrahūt, excluduntur dum redeundi per pęnitentiam aditus denegatur, vel morte, vel alio modo. Iob 33. Neque vltra eſt in hominis poteſtate, vt veniat ad Deū. Sperat enim impoſterum vitam mutare in melius, & interea ſemper luxuriaē, & malè agit: ſimilis illi q ꝓdigè expēdit, vt parcus ſit poſtea. Sed cōiter tales q ſibi ꝓmittunt lōgam vitā, cito moriunē, & dānātur. Eccl. 29. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit. Quod autem talis repromiſſio ſit nequam patet, quia contra ius & rationem. Probatur per tria exempla. Primū eſt. Qui haberet quatuor aſinos, & totum onus omnium illorum imponeret debiliori, contra iuſtitiam & rationem faceret. Sic iſte totum onus pęnitentiæ peccatorum quæ commiſit in quator ætatibus, ſcilicet in adoleſcentia, iuuentute, virilitate, & ſenectute, vult ſoli ſenectuti imponere q̄ debilis eſt. Zacha. 2. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum

&

A Aduocatus. Cōfeſſio. Quatuor aduocati impedientes, ne pœnitēs debitè confiteatur.

Lōga vita ſpes fallax ē, & damnoſa, & ſtulta, ꝓbatur hec exēplis.

& immolat debile Deo. Secundum exẽplum. Qui nollet leuare minus onus quando fortior eſt & potentior, & vellet illud onus leuare quando multo maius eſſet, & ipſe debilior, meritò ſtultus reputaretur. Sic peccator ſimilis illi ſtulto, de quo in vitis patrum qui ſcindebat ligna, & faciebat de illis ſarcinã; & poſtea tentabat leuare, & quando videbat ꝙ non poterat de facili portare, iterum ſcindebat ligna & apponebat ad ſarcinam & poſtea tentabat: & quanto plus ponderabat, tanto plus addebat. Sic peccatores quando ſentiunt pondus peccatorum & pęnitentiæ, ſtatim deponunt, & peccata peccatis adijciunt, quia ſecundum Gregorium. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Tertium exemplum, ille qui per totam vitam ſuam cum magnis expenſis pararet ſibi domum vbi non intenderet morari aliquo modo, & domum in qua vellet ꝑpetuo morari pro poſſe ſuo deſtrueret, talis apertè faceret contra rationem, & reputaretur inſanus. Sic qui differt conuerti vſque ad mortem, per totam vitam ſuam parat domum in inferno, vbi nullo modo manere vellet. Vult enim habere malam vitam, ſed bonum finem, ſed iſta cauda non eſt de iſto vitulo. Formica ſapientior eſt talibus, quia parat in æſtate vnde viuat in hyemẽ. Ideo Prou. 6. Vade ad formicam, o piger, & conſidera vias eius. Talibus dicitur. Eccleſ. 22. Quæ in iuuentute tua non congregaſti, quomodo in ſenectute tua inuenies? Talis enim ſeminat maledictionem, & vult metere benedictionem. Secundò, apparet iſta repromiſſio nequior, quia contra peccatorem, per tria exempla. Primum, quia ille qui plus diligeret ſe infirmum quàm ſanum, ſeruum quàm liberum, nihil habentem quàm omnia poſſidentem iniquus eſſet in ſeipſum. Talis. n. peccator q tardat pęnitere, & bene facere vſq; ad mortem, vel finem, quia plus diligit ſe eſſe in peccato, quod eſt infirmitas ſpiritualis: immo verius mors, & ſic eſt ita impius in ſeipſum, ꝙ ſe plus diligit mortuum quàm viuum, & ſeruum quàm liberum. quia Io. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, non ſolum vnius ſed multorum. Aug. Bonus homo ſi ſeruit, liber eſt. malus homo ſi regnet, ſeruus ẽ: & quod peius eſt tot dominorum, quot vitiorum. quia ſicut dicitur 1. Pet. 2. A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Et hæc ſeruitus maxima eſt, quæ nõ poteſt tolli. Bernardus. Difficile eſt immo ſoli prorſus diuinæ voluntati poſſibile, ſuſceptum ſemel peccati iugum a ſe excutere, quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Item magis diligit ſe nihil habentem, quàm omnia poſſidentem, quia ſpoliatur omnibus bonis. Iac. 2. Qui offendit in vno, factus eſt omnium reus. Eccl. 9. Qui in vno peccauerit multa bona perdet. Sic omnia etiam eccleſiæ ſuffragia perdit, quamdiu eſt in peccato, quia Pſal. 118. Particeps ego ſum omnium timentium te. Si quis haberet partẽ in omni lucro quod eſt in Regno Franciæ ſtatim eſſet diues. Secundũ exẽplum. Ille qui deberet magnam pecuniã ad vſuram, quæ quotidie augmẽtaretur, & poſſet ſoluere, & tardaret quantum poſſet, talis faceret contra ſeipſum. Sic in propoſito mora in peccatis tanquam debitum currit ad vſuras, quia quanto diutius erit in peccatis, tanto plus ſoluet de pęna. Apoc. 18. Quantum glorificauit ſe in delicijs, tantum date illi tormentum & luctum. Tertium exemplum. Si quis ludat cum peritiſſimo luſore ad ſcacos, & ipſe parum ſciret reſpectu illius, & permitteret ſibi auferri quaſi totam ſuã familiam & non curaret, ſed cogitaret, ꝙ mactaret aduerſarium ſuum in fine in angulo, ille ſtultus eſſet & faceret cõtra ſe. Sic in propoſito imperitiſſimus luſor eſt peccator, qui ſemper in ludo tentationum ſuccumbit, qui familiam bonorum operum, & virtutum, ſcienter amittit per peccatum: per quam familiam mactare debet diabolum aduerſariũ ſuũ qui peritiſſimus luſor eſt, quia ab initio mundi exercitatus eſt in ludo tentationum. Et ideo ſtulta præſumptione confunditur, credens ꝙ in angulo, id eſt in fine debeat ipſum vincere quando fortius tentat diabolus, & peccator debilior

efficitur. Gregorius diabolus grauiores tentationes ingerit, quanto magis finem appropinquare conſpicit. Auguſtinus. Hac animaduerſione pcutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Tertiò, apparet ꝙ ſit nequiſſima, quia contra Dei bonitatem, & hoc apparet per tria exempla. Primum eſt. Si aliquis iuuenis dominũ ſuum cui ſeruire teneretur, & a quo omnia ſua bona haberet per totam vitã ſuam impugnaret, & inimico domini ſui ſeruiret & offerret domino ſuo ſeruire quando non poſſet, non multum placeret domino ſeruitium ſed multum offenderet. Mal. 1. Si offertis claudum, vel languidum, nonne malum eſt? Secundum exemplum. Si quis recepiſſet a domino ſuo bona maxima ad lucrandũ, & multiplicandum: & ipſe deberet totum lucrum habere, & illa ſuperfluè expenderet, & pro nihilo daret in contẽptum domini ſui, impiè ageret, & contra curialitatem domini ſui ingratus eſſet. Sic peccator qui corpus & animam vires animæ, ſenſus corporis, temporalia bona, & ſpatium vitæ & alia multa bona recipit a Deo, & illa omnia expendit in contumeliam creatoris, aperte facit contra bonitatem, & pietatem Dei. De anima quæ tradita eſt nobis, quaſi talentum inappreciabile, & theſaurus præcioſus dicit Bern. Væ mihi ſi talentum mihi traditum, ſcilicet animam meã negligenter ſeruauero, ſanguine agni immaculati magis appreciatum. Si enim ſtillas dominici ſanguinis in vaſe aliquo repoſitas haberem, diligens cuſtos proculdubio exiſterem. De tempore Iob. 13. Dedit ei tempus pęnitentiæ, at ipſe abutitur eo in ſuperbiam. Tertium exemplum. Si quis ſeruus diſpenſator bonorum domini ſui, bonum panem, bonum uinum, & bona cibaria daret extraneis inimicis domini, & domino ſuo daret ad comedendum de pane corrũpto, & furfure, & fætidis & corruptis carnibus & piſcibus, & ad bibendũ de fecibus vini, valde impiè ageret contra ipſum. Sic peccator qui illud quod eſt pulchrius & melius de vita ſua daret diabolo, & quod peius eſt (nouiſſimum, ſcilicet vitæ ſuæ) proponit dare Deo nõ ſic faciebat Dauid qui dicebat. Pſal. 58. Fortitudinem meam ad te cuſtodiã, ſcilicet ad ſeruiendum tibi. Sed quãdoque contingit ꝙ peccator nihil pro primo aduocato facit, ſed non obſtantibus allegationibus ſuis vadit ad curiam miſericordiæ, ſcilicet ad confeſſionem, & tunc occurrit ſecundus aduocatus, ſcilicet pudor malus antequam peccator dicat unum ſolum uerbum, & illum reddit ita confuſum, & ita mutum, ꝙ neſcit quid dicere, & oportet ꝙ ſacerdos eum primò interroget. Quęrit confeſſor, habuiſti vnquam rem cum muliere, tunc accedit malus pudor dicens. Quomodo dices te ita uile peccatum perpetraſſe? Si enim in latrinam fætidam & plenam ſtercoribus fætidis cecidiſſes: non velles ab aliquo quantumcumque familiari hoc ſciri, ſed ſicut dicitur. Prouer. 23. Fouea profunda meretrix, & Eccl. 10. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in via conculcabitur. Item ſi vile eſt iacere in latrina per horam aliquã, multo vilius eſt in tali fætido peccato iacere & morari per annum. De tali poteſt dici ꝙ totus putet. Gregorius ſuper illo Iohel. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta in ſtercore ſuo computreſcere eſt peccatorem in fætore luxuriæ vitam finire, & quandoque mentitur per pudorem. Et ſi de hoc confiteatur, ſacerdos quærit de circunſtantia aggrauante peccatum, vtrum cum cognata, vel affini, vel ſorore, & ſic de alijs: & quandoque præ confuſione celat. Si vero confiteatur, ſacerdos quæret vlterius. Amice feciſti peccatum contra naturam, tunc accedit malus pudor dicens. Iſtud peccatum eſt viliſſimum & omni confuſione dignum, quia propter hoc ſubuerſæ fuerunt ciuitates & comburuntur homines, & tunc peccator maximè credens illi aduocato malo tacer, & efficitur mutus. Vnde ſodoma dicitur muta, quia iſtud peccatum peccatorem reddit mutum. Sed non eſt credendum illi aduocato, quia dicitur. Eccl. 10. Ne cõfundaris

Erubeſcentia non debet cogere peccatorẽ ad tacendũ peccata.

ris pro anima tua dicere verum. Iſidorus. Bene ſe iudicat iniuſtus in hac vita, ne iudicetur a Deo damnatione perpetua. Item non confundaris confiteri peccata tua. Nam ſi habeas erubeſcentiam aut de Deo, aut de ſacerdote, aut de circunſtantibus non de Deo, quia ſciebat totum. Heb. 11. Omnia nuda & aperta ſunt oculis eius ad quem nobis ſermo. gloſ. Ideſt cui oportet reddere rationem. Ideo Aug. ſuper Pſal. 62. Deus miſereatur noſtri. Vt quid o peccator confiteri times qui non confitendo non potes eſſe occultus? Damnaberis tacitus, qui poſſes liberari confeſſus. Magis autem occultantur in conſpectu Dei poſt confeſſionem, quàm ante, ideo dicit Pſal. 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ, &c. Debemus ergo facere ſicut ipſe. Pſal. 31. Delictum meũ cognitum tibi feci, ideſt detexi, vt tu domine Deus tegeres, non operui, vt tu operires. Aug. Illis non iudex ſed aduocatus eſt Chriſtus, qui ſe propria confeſſione damnarunt. Secũdò, quia Deus pater tuus eſt, & filium oportet modicum erubeſcere coram patre ſuo offenſo. Mom̃tanea (inquit Guil. Pariſ.) erubeſcentia quæ cum ipſa prolatione, cum ſonitu verborum confeſſionis fugit. Leua oculos fidei tuæ, & vide quid tibi eſt in cęlo, & quid a te quæritur ſuper terram. Momentanea a te erubeſcentia exigitur, & tibi regni cæleſtis honor offertur, illud ſcilicet conuiuium patris miſericordiarum redeunti prodigo exhibitum: & tamen erubeſcentia modici temporis impedit, ne impleantur vota, deſideria, & gaudia patris, & cęleſtium militiarum: & ne pro drachma vel oue perdita recuperata (pro te, ſ.) inuitet cognatos & amicos ad noua liberationis tuæ gaudia. Nõne (inquit Guil. Pariſ. lib. 1.) ſentis cor tuum emortuũ, quod nec diuinarum comminationum terrent tonitrua, nec diuinarum promiſſionum tot & tanta demulcent blandimenta? Times erubeſcentiam momentaneam, & non times æternam. Coram vno times, & non times erubeſcere in oculis omnium tam viuentium, quàm mortuorum? Si coram uno ſuſtinere non potes eam, quomodo eam coram toto mundo ſuſtinebis? Quid reſpondere poteris coram Deo in extreme illius diſcuſſionis examine interroganti. Fili vt quid dereliquiſti me? Nonne rñdebis, domine, vt venirem ad te neceſſe fuit me erubeſcere & verecundari per momentum coram ſacerdote? Erit ne hæc excuſatio? Neſcis quia hæc erubeſcentia data eſt tibi in auxilium emendationis peccatorũ & medicinam, & tu conuertis eam in toxicum, & Deo medicanti acquieſcere non vis, malens mori propria voluntate, quàm acquieſcere conſilio & auxilio Dei medicantis? Hic eſt mos equi vmbratici, qui mortis audacter incurrit præcipitium vmbram timens. Hic eſt mos ſcabioſi qui manus ſcabioſas timet oſtendere, & lauare, ſciens tamen, quòd lauatorio mundaretur. Nec debet habere pudorem de confeſſore. Vnde Aug. Vt quid confiteri erubeſcis? Homo ſum ſicut & tu, nihil humanum alienũ a me puto. Confitere ergo homo homini, peccator peccatori. Elige q̃d vis, ſi non confeſſus lates, inconfeſſus damnaberis. Item fatuum eſt credere, ꝙ ſacerdos credat eum eſſe immundum, quia perfectè ſe lauat, vel infirmum, quia perfectè ſanatus eſt, vel Dei inimicum, q̃ hoſtem peſſimum .i. peccatum iuſtitiæ Dei tradidit. Item erubeſcentia eſt frenum quo infrenatum tenet diabolus os tuum, & cum freno omne corpus equorum circũferimus. Iac. 4. Facile te diabolus iterum aſcendet, niſi de maxillis tuis frenum illud cito excuſſeris. Quomodo ergo rationalis homo erubeſcit diffamari propter pœnitentiam ſibi ſimilis, & non verecundatur beſtiæ exẽplo infrenatus? Vnde quidam dæmon retro quendã confitentem ſtabat, & quaſi eum ad aures monens, quem vir quidã ſanctus aſpiciens & interrogans quidnã faceret, audiuit ab eo. Reddo ei quod abſtuli, verecundiam abſtuli ei dum peccaret, reddo ei dum confitetur. Eſt enim verecundia & erubeſcentia gladius diaboli, quem tenet ſuper guttur tuum ne dicas ſecreta quæ perpetraſti. Eſt & lupus

A Erubeſcentia. Rões quare erubeſcẽtia non dẽt claudere os peccatoris.

pus vorax immittens raucedinem his q clamare cupiunt in confeſſione:vince ergo eum freno erubeſcentiæ quo te tenet,& occide eum gladio ſuo, ſicut Dauid Goliath. erubeſcentiam conuertens in medicinam peccatorum tuorum. Præterea erubeſcentia eſt ſcutum ſuperbiæ, & inanis gloriæ,& totius diaboli exercitus protectrix & abſconditrix. Interroga teipſum quis te facit erubeſcere, & inuenies ꝙ ſuperbia vel inanis gloria, q̃ tanquam oculus baſiliſci ſicut hominẽ interficit, ſic aſpectum hominis ſacerdotis expaueſcit.Tolle igitur oculum baſiliſci,& erue abs te. Si(inquit Saluator) oculus tuus ſcandalizat te, erue eum,& proijce abs te: & indue oculum hominis baſiliſcum erubeſcentiæ interimentis. Præterea erubeſcis ne ſacerdos qui bonum te credebat vilipendat te?Quod ſi faciat,quid boni amiſiſti? Erat ne opinio ſacerdotis tantum bonum,vt minor ea eſſet æterna fœlicitas, & vt pro ea incurrendum eſſet æternæ mortis ſupplicium? An in opinione ſacerdotis fœlicitatem tuam conſtituas,reputans te fœlicem & beatum, ſi de te ſacerdos bene opinetur? Ecce parati ſunt te tortores rapere ad æternæ mortis patibulum: & tu cogitas de opinione ſacerdotis tuæ ſalutis immemor? Hæc Guil.Pariſ. lib.de ſacramentis.Præterea ſecundum eundẽ. Quod ignominioſum eſt tot & tantis hoſtibus victis in contritione, iſti extremo.ſ.vereccundiæ ſuæ cumbere: & tantæ victoriæ gloriam ſolo timore aſpectus vnius hominis.ſ.confeſſoris amittere. Si reuelare vitiorum turpitudines eſt glorioſum & laude dignũ & victorioſum, quare erubeſcis confitendo facere quod laude dignum eſt, vt qui in contritione alia peccata viceras,in cõfeſſione ipſam erubeſcentiam vincas? Confiteri.n.peccata, nihil aliud eſt q̃ numerare victorias. Dum.n.piè ac ſyncerè fornicationẽ confiteris, ipſam te viciſſe facto ipſo loqueris,& mortuam de ipſo campo certaminis eijcis. Sicut enim euomẽs virtute medicinæ ſerpentes & beſtiolas venenatas, ipſam victoriam naturæ per medicinam adiutæ ipſo huiuſmodi vomitu

Confiteri peccata quid ſit.

indicat,ſic vomẽs beſtias ſpirituale ipſo vomitu confeſſionis, victorias gratiæ indicat. Propter quòd rectè intelligentibus confiteri eſt numerare victorias ſuas.Cũ enim dicis hæc & hæc illa peccata feci, per inſinuationem dicis hos & illos hoſtes interfeci: & ipſam erubeſcentiam interficio, & cum oſtendis ei peccata,nihil aliud oſtendis q̃ hoſtiũ cadauera, quæ adiutorio diuinæ gratiæ contriuiſti, quæ quanto plura ac maiora fuerunt, tanto plures ac maiores virtutes victoriæ tuæ teſtes erũt.Quod deinde glorioſius ac iocundius ſpectaculũ, quod glorioſius Deo ſacrificiũ eſſe poteſt, q̃ ſtrages tot odibilium inimicorũ Dei,& ipſius pœnitentis victoris? Eccl. 25.Beatus qui videt ſubuerſionem inimicorum.Errat ergo pęnitens qui ignominioſam ſibi putat,ſtragem inimicorũ ſuorum videri ab aliquo,& aceruos hoſtium ſuorum occiſorum oſtendere, teſteſque victoriæ ac virtutis producere: & hoc tãto maiores ac validiores,quãto maiora ac horribiliora fuerũt peccata.Quemadmodum in campo certaminis circa aliquem bellatorem, maior multitudo interfectorum & vulneratorum hoſtiũ proſtrata iacuerit, maius teſtimonium victoriæ ac virtutis dabit. Romæ enim totius ſenatus cõſilio decretum eſt, vt eis ſolis triumphus celebraretur, qui victoria potiti eſſent in qua.7.milia hoſtium ceſi fuiſſent. Minor autem victoria triumphali honore indigna iudicata eſt,ſicut narrat Valerius Maximus de memorabilibus. Hęc Guil.Pariſ.lib.de ſacramentis.Nõ timeat ergo propter pęnitentiam iniũgendam,nec multis roncinijs obligatus a domino ſuo fugiat,quia etiam propter roncinia extrahitur ſeruus de eccleſia. Nec debet erubeſcere de circunſtantibus ſeu videntibus,ſicut illi faciunt qui erubeſcunt ire ſæpe ad confeſſionem, vel diu ſedere ante confeſſorem, ne alij putent eos eſſe magnos peccatores. Sed maxima ſtultitia eſt,de nobiliſſimo opere & ſummè neceſſario ad ſalutem erubeſcere. Talis aſſimilatur ei qui erubeſceret lauare manus vel pedes.Bern. O quanta

A Erubeſcentia. Non debẽt erubeſcere pœnitentes propter circunſtãtes.

quanta peruerſitas, inquinari non pudet,& ablui pudet. O uerecundia expers rationis, inimica ſalutis, ignorantia totius honoris & honeſtatis. Augu. Quid mihi prodeſt ſi me continuis laudibus totus mundus attollat? Nam malam conſcientiam non ſanat laudantis præconium,nec bonam vulnerat conuitiãtis opprobrium. Sed iſtum pudorem inducunt multoties illi qui detrahunt diuturnæ confeſsioni, iudicantes tales eſſe in multis & magnis peccatis: ſed malè iudicant, quia propter multas rationes tenentur diu in confeſsionibus. Vel quia malè ſciunt confiteri, & ideo oportet eos inſtruere, & dirigere ſicut diſcipulum in ſcholis. Alia ratio, quia confeſſor bonus in confeſsione, non ſolum vituperat peccata, ſed oſtendit pericula, vt peccator illa fugiat:& cũ hoc commendat virtutes, vt illas appetat, & ſic peccatum deſerat. Alia ratio & melior, quia illi qui meliores ſunt & perfectiores, tales ſæpius & diutius cõfitentur,ſicut videmus in iſtis religioſis qui quotidie ante miſſam volunt confiteri. Tales faciunt conſcientiam de minimis peccatis quæ alij nõ cõſiderãt,& vident in conſcientia ſua talia peccata, quæ alij non vident, quia ſunt magis illuminati gratia Dei, ſicut in radio videntur athomi, & ideo dicunt iudicari alijs perfectiores. Ideo non eſt credendum tali aduocato, ſed faciendum eſt ſicut Iob dicens. Non parcam ori meo. Gregorius. Ori ſuo parcit, qui peccata ſua quæ fecit confiteri erubeſcit. Contingit vero ꝙ duo prædicti aduocati nõ recipiuntur, & tunc uenit tertius, ſcilicet malus timor recidiuandi, uel nimis magnam pœnitentiam agendi; & incipit allegare. Quomodo poſſes abſtinere a talibus peccatis? Non poſſes continentiã ſeruare, & peius eſſet tibi poſt recidiuũ. Allegat ẽt,ꝙ non poſſes pœnitẽtiam talem iniunctã facere. Sed ſtulta eſt allegatio prima, quia ille qui eſt in carcere,& nollet exire quando poſſet,quia timeret iterum incarcerari, ſtultus & demens eſſet. Sic iſte qui eſt in carcere peccati detentus, & catenis ferreis ligatus, cum talis carcer ſit iuxta portam inferni, valde ſtultus eſt, quando pro tali timore dimittit exire de tali periculo. Debet enim attendere magnam virtutem eſſe in ſacramento confeſſionis, quoniam multoties homo qui conteritur ſufficienter de peccatis ſuis,quando venit ad confeſſionem per uirtutem ſacramenti pœnitentiæ, recedit poſt confeſſionem factam ſufficienter pœnitens & contritus. Sicut enim theriaca fugat uenenum, ſic confeſſio peccatum & diabolum. Latro non uenit libenter vbi fugatus eſt,& accuſatus iuſtitiæ,vt comprehendatur. Sic diabolus in corde illius qui ſæpe confitetur. Sæpe enim reuelat ſecreta ipſius diaboli. Vnde in vitis patrum dixit ſanctus pater, ꝙ nihil tantum offendit & fugat diabolum, quòd ſi reuelentur ſecreta eius, & nihil eum ita lætificat, quàm ſi abſcondãtur. Peccata autem turpia quę nobis ſuggerit, ſunt ſecreta eius quę maximè vult celari. Ideo dicitur Eccl.20. Si nuntiaueris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum. Item non debet timere magnitudinem pœnitentię, quia debitor debet ſoluere quando moneta ſua melius valet, & pro minori poteſt ſe acquitare. Sed una dies pœnitentię plus valet in hoc mundo, quàm annus vel forte mille anni in purgatorio,& quaſi incomparabiliter minor eſt. ideo modo melius debet fieri, quia vnumquodque in tempore in quo melius ualet, magis eſt eligendum. Quartus aduocatus eſt hypocriſis. Quando enim non recipiuntur tres prędicti aduocati; venit falſa hypocriſis, & fingit ſe eſſe de parte pœnitentis, & multum eum diligere, & incipit allegare & dicere. Non ſum ego de aduocatis conducticijs, nolo aliquid de tuo multos promoui mihi adhęrentes, & niſi fuiſſem, nunquam promoti fuiſſent ad vtilitatem & honorem ſuum. Crede ergo mihi. Ecce iſte bonus confeſſor, forte de corde ſuo expellet te, & nunquam fortè amodò de te bene ſentiet, qualemcumque vultum tibi oſtendat, & ita multoties peccator iſti aduocato credit. Talia & multa alia allegat,

Confeſſionis vis magna.

Hypocriſis eſt ſæpe cauſa quod os peccatoris claudatur.

legat,ſed non eſt ei credendum, cum ſit fallax & deceptorius. Talis aduocatus plus diligit imaginem rei,quàm rem,aurichalcum,quàm aurum,plus videri bonus,quàm eſſe bonus ſimpliciter; plus falſitatem,quàm veritatem, & ideo ſophiſta eſt,& plenus fallacijs. Habet .n. cauſam apparentiæ & defectus: & cooperit latrinam vitiorum pallio falſæ religionis & apparentis, & non exiſtentis. Bernardus. Triſtitia hypocritarum,non in corde ſed in facie eſt. Hi omnes ſunt habitu & aſtutia vulpes,actu & crudelitate lupi. Hi ſunt qui boni videri,non eſſe, mali vero nõ videri,ſed eſſe volũt. Ideo comparantur ancillæ quæ potos cupreos exterius nitidos & mundos facit, & interius ſordes relinquit, & ſeruiunt magis oculo,quàm Deo. Hinc talibus comminatur dominus.Mat.23.Vę vobis Phariſei hypocritæ, qui mundatis quod deforis eſt, calicis & perapſidis, &c.Phariſee cęce munda prius quod interius eſt,vt facias quod deforis eſt mundum. Nec eſt credendum iſti aduocato, aut eius allegationi,quia qui quærit verum honorem in cœlis, non multum curat amittere falſum honorem & tranſitorium in terris.Ideo dicit Chryſ. Qui gloriam concupiſcit in cœlis,opprobriũ non timet in terris. nec cogitat quid loquantur propter ipſum,ſed quid iudicet Deus de illo, quia vnuſquiſque vbi gloriam quærit ibi timet confuſionem. Itẽ mentitur iſte aduocatus, quia non eſt verum ꝙ propter confeſſionem bonus confeſſor odio habeat confitentem, vel malum ſentiat de illo,ſed plus diligit eũ quàm ante. Vnde dicebat Augu.de ſibi confitentibus. Tantum eos diligo,quantum ſi genuiſſem eos coniugio. Hinc confeſſores vocant eos filios ſuos. Iſta vero cognatio ſpiritualis fortiori amore copulata eſt,quàm carnalis: quia amore gratuito qui eſt charitas quæ fortior eſt omni amore carnali, quia nec per mortem, nec per aliud diſſolui poteſt, ſicut dicitur Rom.8.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, &c.q.d.nihil. Item confeſſor verius poteſt aſſerere de bonitate ipſius quando

Hypocritæ cui cõparetur.

Cõfeſſor bonus nunquã odit cõfitentem enormia peccata.

confeſſus eſt multa grauia peccata,quàm ſi nunquam fuiſſet ei confeſſus, vel ſi ſolum fuiſſet ei confeſſus venialia,quia certior eſt de maiori contritione, & veriori confeſſione,quam fuiſſet de eius innocẽtia. Exemplum de illo qui confeſſus ſacerdoti,quòd occiderat patrem ſuum,& cum reuelatum fuiſſet per vxorem ſuam fugit extra villam,& adiutus a presbytero euaſit inimicos perſequentes.Et cum illi dicerent ꝙ bene ſciebat illum interfeciſſe patrem, iurauit ſe nihil ſcire de hoc: & iurauit ꝙ credebat ipſum eſſe meliorem de parochia, & verum iurauit, propter quod verbum prolatum parentes eius ipſum occiderunt. Ex quo patet ꝙ non eſt credendum iſtis aduocatis in aliquo,ſed confitens debet eos turpiter a ſe fugare,dicens. Cur veniſtis ad conſilium? non vocaui vos.Cato dicit. Antequam voceris ad conſilium ne acceſſeris.Ego meliores habeo aduocatos, quàm vos ſitis .ſ. Spiritum ſanctum,qui dicitur paracletus, ideſt aduocatus, & conſolator: & beatam Mariam quos inuocabo in auxilium meum.Et ita debet peccator qui tam cautum habet aduerſarium .ſ. diabolum,aduocare Spiritum ſanctum,dicens. Veni Sancte ſpiritus in priuato confeſſionis:& ſalutare Mariam, dicendo.Salue Regina. Eya ergo aduocata noſtra: & ſic adiutus poterit dicere veritatem puram, quæ liberabit eum in curia miſericordiæ.Ioan.8.Cognoſcetis veritatem, & veritas ipſa liberabit vos. Facta enim confeſſione,dominus non recolit peccatorem dignum accuſatione, nec Sancti. Ezech. 18. Si impius egerit pęnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, ſequitur, omnium iniquitatum eius quas operatus fuerit, non recordabor. Faciat igitur peccator qđ præcipitur ei.Eſa.58.Solue faſciculos deprimentes. Sicut.n.funes primò ſoluuntur & rumpuntur, quibus ligabatur fardellus, & poſtea apparet quid eſt in fardello: ſic ſoluendi & rumpendi ſunt funes quibus colligatæ ſunt iniquitates Effraim.i.peccatoris:qui funes ſunt pudor confitendi, ſpes longæ vitæ timor aggrediendi pęnitentiam, vel recidiuandi, &

hypo-

hypocriſis, & ſic apparebit faciliter, qđ latebat in fardello. Sed multitudo maior mundanorum, iſtis funibus conſtringitur. Pſal. 118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me.

Sermo 14. de pœnitentia, & de confeſſione 8. per thema vt prius.

A Pœnitẽtia. Pœnitẽtia eſt ſcala, qua in cœlũ aſcẽditur

POEnitentia eſt iter triũ dierum, quo itur in terram promiſſionis, & etiam funiculus triplex quo Chriſtus templum tunc mundauit materiale, nunc mundat ſpirituale a peccato, expellendo tenebras peccati: ſic ſol tenebras expellit, lumen introducendo. Iſti ſunt tres dies, quibus peractis, inuento domino Ieſu dicere poterant. Ecce triduo quærebamus te dolentes. Iſti ſunt tres dies quos fugientes de Aegypto .i. de peccati & diaboli ſeruitute, Deo in hoc mundo & non in alio, ſacrificium offerunt ſalutis. In lege ciuili præcipitur deſertorem & maleficium ibi plecti pœna debere, vbi facinus admiſſum eſt, ita vt ſicut lex dedit eis pœnitentiæ locum vbi deliquerunt, ſic peccatoribus in hoc mundo & non alibi dedit Deus pœnitentiæ locum. Hæc eſt enim ſcala Iacob per quam aſcenditur ad cœlũ, cuius latera ſunt dolor de commiſſis, & propoſitum de non committendis. Gradus vero ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio. Quæ quidem ſatisfactio tres adhuc gradus habet: ieiunium, eleemoſynam, & orationem. Angeli autem eam aſcendunt, vt portent pœnitentiũ orationes, ſicut dicitur Tob. 12. quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino. Deſcendunt etiam, vt reportent pœnitentibus conſolationes. 3. Reg. 19. Angelus attulit cibum, & confortabat Heliam. Hiero. Nullus deſperet, quia vidit aſcendentes, nullus præſumat, quia uidit deſcendentes. Cacumen autem eius cœlum tangit, quia conſumata pœnitentia, ſtatim cęlum pœnitens ingreditur, & dominus ſcalæ cernitur, eamque tenet pœnitẽtes iuuando, & exhortans dicendo: agite pœnitentiam, appropinquabit enim Regnum cęlorum. Sed multi iſtius ſcalæ deſcenſum impediunt, & pęnitentes retrahunt, vt mala ſocietas quæ pœnitentem deridet, ſi pęnitentia ductus vitam bonam incipiat ducere: ſicut amici Iob, & vxor Tobiæ. Vel etiam blanditijs nituntur retrahere: ſicut etiam nimia carnis delectatio, quæ fragilitatem corporis arguit: & ſic pro modico ieiunio, de capitis dolore conqueruntur. Sed hæc omnia uincit amor Chriſti, pro quo etiam difficilia leuia eſſe videntur. Pſal. 16. Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui uias duras. Quare vt facilius has vias trium dierum peragere poſſimus, adiutorium matris Dei imploremus dicentes. Aue.

Pœnitẽtia ẽ veluti ſcala Iacob qua itur in cœlũ.

B Cõfeſſio: Quõ cõfeſſio plurib. modis debet eſſe diſcreta.

Conſequenter dicendum eſt de quarta conditione confeſſionis, quę eſt quòd confeſſio debet eſſe diſcreta .i. diſcretè peccatorum oſtenſiua. Primò, bonum & diſcretum confeſſorem quærendo, vt medicum peritum in medicina. Aug. Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam, quærat diſcretum ſacerdotem, qui ſciat ligare & ſoluere: ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab eo quæ eum miſericorditer monet. Quia enim peritus ſacerdos requiratur, ſatis innuitur nobis per illud 2. Reg. 20. Qui interrogat interrogent in Abela, ideſt qui volunt interrogare de conſcientia ſua, interrogent a peritis & doctis. Abela enim interpretatur miſerabilis ei. Debet enim interrogare ſacerdotem, qui ſciat eius miſereri, & compati infirmitatibus ſuis. Pſal. 106. Qui deſcendunt in mare, ideſt ad amaritudinem uitiorum in nauibus eccleſiæ, ſcilicet facientes operationem in aquis multis: ipſi enarrãt mirabilia eius in profundo. Illi enim plenius enarrare poſſunt, qui ſunt experti in confeſſionibus audiendis: tamquã facientes operationem confeſſionis in aquis multis .i. populis multis. Regina enim Ethiopiſſa & nigra (ut inquit Origenes ſuper Cantica) ideſt anima peccatrix, intrat ad Salomonẽ pacificum Regem Chriſtum, & aperit ei cor ſuum, in confeſſione, ſcilicet & pœnitentia præceden-

cedentium delictorum, & loquuta eſt ei omnia quæ erant in corde ſuo. Hæc Orig. Propter quod Chriſtus reſpondit ei ad omnia verba: ita ut non remaneret ĩ ea ſpiritus, ideſt ſcrupulus. Secũdò, qui vult malo ſanguine vacuari, quærat bonum minutorem & ſecurum, qui venam attingere ſciat, & brachium ne nimium effluat alligare. Peccatum eſt malus ſanguis. Pſal. 50. Libera me de ſanguinibus, hoc eſt Deus meus quĩ me in tua cura ſuſcepiſti, libera me a meo prauo ſanguine. Vena eſt os confitentis. Prouer. 10. Vena vitæ os iuſti. Minutor qui hũc ſanguinem habet extrahere, eſt confeſſor. Sunt tamen per ignorantiam neſcientes inuenire venam. i. de peccato interrogare, & ipſum de cauerna conſcientiæ extrahere. Alij neſciunt venam recludere. i. peccatũ confeſſum celare. Alij neſciunt bene ligare. i. pœnitentiam iniũgere. Debent. n. eſſe, ſicut ſcribitur. Eccl. 6. Vincula illius alligatura ſalutaris: & periculum eſt in illis qui tales eligunt. Prouer. 23. In auribus inſipientium ne loquaris.

C Cõfeſſio. Quid debet facere pœnitens ſi ſacerdoti ignoranti cõfeſſus fuerit.

Sed quæritur ſi ad ſacerdotem ignorantem & malè eum intelligentem declinauerit confitens, quid poſtea agere debet? Reſponſio, aut ille cui confitetur eſt proprius prælatus & non cognoſcit cum indiſcretum, & ſic excuſatur: aut cognoſcit, ſed non certitudinaliter, & tũc debet ab eo licentiam petere, vt alteri magis idoneo cõfiteatur. Quod ſi noluerit, excuſatur: eo ꝙ datus eſt ei in prælatum, & in tali caſu præſumendum eſt in melius de prælato ſuo, niſi manifeſtè appareat de oppoſito. Quod ſi manifeſtè appareat ei de indiſcretione ſua, debet, vel recurrere ad ſuperiorem, vel ad eos quos ſuperiores elegerunt, ſiue per priuilegium, aut alio modo, quia aliter ſe exponeret periculo. Si autem non ſit prælatus eius, & eum elegerit nec bene cum direxerit, caueat qui talem elegit, maximè ſi fuerit talis irregularis vel inhabilis ad cum audiendum. Caueat etiã & pœnitẽs ne ſacerdotem auarum & ſectantem lucra, ſibi accipiat in confeſſorem. Hoc Moyſes cauit, conſilio Ietro, ad iudicium domini viros ordinans, qui oderant auaritiam.

Auaritia ſacerdotis eſt improbanda.

Hinc damnandi ſunt parochiales presbyteri, ſeu curati: qui capellanis ſuis, & Vicarijs, pro lucro certo confeſſiones audiendi dant facultatẽ vt auaritiæ cultores, hæc omnia facientes, nefandiſſimum enim eſt, pro officio iudiciario certum pecuniæ lucrum accipere. Tales autem in officium iudicis aſſumuntur, nõ ſolum in iudicium actuũ exteriorum ſicut iudices ſeculares, ſed etiam interiorum: ita vt habeant plenã & perfectam iuſtitiam ſuper vtrunque hominem. Præterea ſimonia videtur eſſe, poteſtatem ligandi & ſoluendi ponere ſub tributo. cum tamen iuſſerit dominus. Mat. 10. Gratis accepiſtis, gratis date. Non tamen dicimus quin confitens aliquid confeſſori dono det, pro ſuſtentatione ſua, quia Luc. 10. Dignus eſt operarius mercede ſua.

D Cõfeſſio. Quid ſi ſacerdos dormitet audiẽdo cõfeſſiões.

Et ſi quis iterum quærat ſi ſacerdos dormitet audiendo confeſſionem, vtrum teneatur pœnitens iterum confiteri? Dicitur ꝙ ſic ſi percipiat. Nam ſacerdos ille non audit eum, & ideo non poterit iudicare de cauſa ignota. Propterea ſacerdotes dum confeſſiones audiunt dicunt eſſe & a vino & a paſſionibus alijs ſequeſtrati, vt claramente claras mẽtes intueantur. Hinc ex defectu rei huius procedit aliquando in ſacramento cõfeſſionis deriſio, vt patet in locis vbi fouentur ad lucrum indulgentiæ, vbi ſacerdotes tales quales ignoti, ignari, & forte inhabiles, irregulares, aut excommunicati, propter lucrum confitendi officium exercent. Vnde in quodam famato monaſterio: cum pro illius ædificatione a Papa darentur indulgentiæ: cõtigit noctu tempore indulgentiarum, aliquem ante ſacerdotem incipere ſacramentalem confeſſionem, qui confeſſus eſt ſe furatum fuiſſe anſerulos, & cum ſacerdotem videret dormire, aut dormitare, & eum ſæpe excitaſſet, nec deſinebat, ab eo inſalutato egreſſus eſt: huic ſucceſſit alius ipſo dormitante, qui cum benedictione accepta cõfiteretur peccata ſua, excitauit ſacerdotem. Cui ſacerdos, ego intelligo, ego intelligo. Tu confeſſus es quòd anſerulos rapui-

rapuiſti, dic poſtea. Cui ille non eſt ita inquit. Iſte autem in detrimentum ſacramenti confeſſionis reuelauit ſecretum alterius. in quo conſiderandum eſt, quàm cautè debeat ſacerdos eligi: cui committendum ſit & reuelandum ſuæ conſcientiæ ſecretum. Et ſi iterum quæratur qualem debet confeſſorem eligere. Dicitur Primò, ꝙ debet eligere confeſſorem qui iuxta exiſtimationem ſuā ſit bonæ vitæ, quia vix de alio quis poteſt bene iudicare qui ſeipſum non videt, nec cognoſcit, nec immundus immundum mundare poſſe rite præſumitur. Si tamen preciſus ab eccleſia, non debet ei confiteri; & ſi ſit in peccato notorio etiam non debet ad ipſum accedere, niſi ſit prælatus aut curatus ſuus: quē non debet vitare, niſi pro contumacia, vel excommunicatione declarata, ſeu promulgata. vt patet in decretali facta in concilio Conſtantienſi, & confirmata per Baſilienſe. Dicitur ſecundò, ꝙ ſacerdos exiſtens in peccato mortali, niſi pœniteat & conteratur: quoties exercet miniſterium huius ſacramenti, toties mortaliter peccat: niſi in caſu neceſſitatis hoc exequatur, quia iſte alium in hoc iudicat, in quo ſeipſum condemnat. & in eadem damnatione exiſtens, alteri parcit, & ſibi non parcit. Dicitur tertiò, ꝙ periculum eſt indoctis ſacerdotibus ſuſcipere onus confitendi. Aliæ quidem artes liberales & mechanicæ præſumuntur doceri ſine periculo animarum & corporum. Ars medicandi corpora, ſi doceri poteſt & exerceri ſine periculo animarum; non tamen corporū. Sed in confeſſionibus audiendis, ab imperitis exercetur non ſine periculo animarum tam confitentium q̄ confeſſorū. Greg. in paſtorali. Quis cogitationum vulnera, occultiora eſſe neſciat vulnetibus viſcerum? & tñ ſæpe qui præcepta ſpiritualia non norunt, cordis medicos ſe profiteri non metuunt: dūque pigmētorum ſeu confectionum vim neſciunt, videri corporis medici non erubeſcunt. Quoties. n. ingerit ſe quis ad confeſſiones audiendas, toties ſe offert ad rñdendum de quolibet quem audit, & de quolibet peccato ſuo: ſicut de quolibet morbo patientis, & interdū de caſibus inopinatis & inauditis, & quæſtionibus valde perplexis, de quibus in ſcholis vir doctus vix ſubito rñdere, vbi tñ ſi minus bene rñderet, nec ſibi, nec audientibus periculū animę aut corporis immineret. Si verò in confeſſione audienda deficit, & ſe & pœnitentē in foueam perditionis inducit. Dicitur quartò, ꝙ talis ſacerdos debet habere ſcientiam, & ſi nō eminentē, ſaltē cōpetentem, quæ dicitur cōpetens, quia neceſſaria ad executionem ordinis: ſicut ſacerdos deputatus ad diuinum officium celebrandum, tenetur tātum ſcire de grammatica, ꝙ ſciat verba congruè proferre: & ꝙ ſaltem litteraliter intelligat, quę litteraliter legit: & in quātum miniſter ſacramentorū, tenetur ſcire quæ debita materia & forma cuiuſlibet ſacramēti quod diſpenſat, & inquātū in foro conſcientiæ iudex, tenetur ſcire & diſcernere inter lepram & leprā; ita ꝙ primò, habeat ſcientiā diſcernendi inter grauitatē peccatorū: puta q̄ minus grauia ſunt, & quę magis. & debet ea ponderare non ad pondus publicum, quia facta maiorum licet peſſima, reputantur nulla aut parua, ſimplicium vero perſonarū & idiotarum maxima. Sic leo uocauit lupū, vulpem, & aſinam, ad capitulum, vt confiterentur peccata ſua, & eis iuxta delicta pęnitentia iniūgeretur. Venit lupus ad capitulū; & ſic confeſſus eſt. Ego inquiens malè feci, quia comedi ouem quæ ad me non pertinebat: ſed hoc habeo ex legitimis iuribus patrū meorū, qui ita ex omni ætate vſi ſunt, vt pater, auus, abauus, & attauus, ita vt nulla ſit memoria hominum quin ſemper lupi comederint oues. Ad quē leo. An verū ſit, ꝙ ita hēas pſcriptū, & ex oī antiquitate ſic comedere oues? Cui dicenti ꝙ ſic: pro tanto crimine impoſuit ſemel dicere, Pater noſter. Superuenit vulpes, & cōfeſſa eſt ſe malè egiſſe, qa capones & gallinas comederat non ſuas: ſed tñ ex oī æuo (ſicut ſupradictū ē de lupo) in poſſeſſione erat comedēdi illas, ideo, &c. Quæ ſiſr ꝑ vnū Pater noſter abſoluta eſt. Superuenit aſinus. Tria

F con-

E Confeſſio. Qualis debet ſacerdos eligi.

Sacerdotes ignari nō ſūt admittē di in cōfeſſionibus audiendis.

Confeſſores ſciant diſcernere peccata.

confeſſus eſt in capitulo ſec ſſe peccata. Primum, quia comederat fenum quod in ripis, & dumis ab aliorum quadrigis, ſeu carrucis fortuito derelictum erat. Cui Leo. Grande peccatum eſt,o aſine, quia aliena comediſti quæ tui magiſtri non erant. Secundò, confeſſus eſt aſinus, quia ſtercorauerat clauſtrum fratrũ. Cui Leo. Grande peccatum eſt fedare terrã ſanctam. Tertium peccatum vix potuit ab eo extorqueri, quod poſtquam cum eiulatu & gemitu dixiſſet aſinus, quia ruderat & cantauerat cum fratribus, & cum eis melodiam fecerat. Reſpondit Leo grauiſſimum eſſe peccatum, eo ꝙ fratres in diſcordiam miſerat. Et ſic grauiter flagellatus eſt aſinus propter peccata parua,& dimiſſa vulpes & lupus in poſſeſſione maiorum cum abſolutione. Et ita Leo & ſimiles eius nõ ponderauerunt hæc peccata ad pondus ſanctuarij, quod eſt qui plus peccauit & plus demeruit, magis puniatur. Secundò,debet ſcire omnia genera peccatorum, & diſcernere inter reſeruatos ſibi caſus, & non reſeruatos. Aliter grauiſſimè peccat, & eum qui confitetur exponit periculo. Tertiò, debet diſcernere inter perplexitates peccatorum, & ſi nõ ſciat, debet cõſulere peritos & dicere. Reuertimini ad me,& ego cogitabo quid opus ſit ſuper facto veſtro. In eis enim peccatis de quibus aſpicientes dubitant,debet tantam habere diſcretionem, vt ſaltem ſciat de eis dubitare, nec in eis ꝓcedere ſine ſuperiorum conſilio, & quandoque ſi opus eſt remittere. Secundò,debet eſſe ſic diſcreta confeſſio, ꝙ quis diſcretè confiteatur peccata ſua non aliena. Pſal. 31. Delictum meum cognitum tibi feci: meum quidem non alienum. Et iterum. Deus vitam meam non alienam, annũtiaui tibi. Poſſumus enim ex poteſtate liberi arbitrij noſtri qua prælati ſumus, naturaliter nobis eſſe in aliquo iudices noſtri non aliorum, in nos non in alios ſententiam ferre. Stultus eſt qui vulneratus ad mortem plus de proximi læſione,q̃ de ſua cogitat. Pſ. 106. Propter iniuſtitias. n. ſuas humiliati ſunt, nõ propter alienas. Vnde quidam ſacerdos cuidam confitenti, aſſocianti ſibi ſocios,& vicinos in peccato, dicendo dñe nos mẽtiti ſumus,nos fornicati ſumus,petijt an habebat litteras procuratorias pro vicinis. Ideo debet quiſque dicere quod Eſa. 46. Ego feci,ego feram ſcilicet pęnitentiam. Hinc Abbas quidam cum viſitaret quẽdam ſuum nouitium ægrotantem quæſiuit ab eo,ſi quid ei opus eſſet. Cui nouitius. Frigeo,inquit, quia mea tunica nõ eſt foderata,ſed ſimplex. Cui Abbas. Nolo fili dicere mea tunica, ſed noſtra tunica. Nihil enim habemus in proprietate,ſed omnia nobis ſunt communia. In craſtinum vero viſitans eum Abbas, petijt ab eo quomodo nocte valuiſſet. Cui nouitius. Malè,inquit, quia febris noſtra me malè vexauit. Ad quem. Abbas. Noli dicere fili,febris noſtra,ſed febris mea, quia propria eſt tibi,nec conuenrus aliquid in communi participare vult de ea. Sic noſtrorum febris peccatorum nobis eſt propria, nõ nobis & alijs communis. Debet tamen peccator confiteri de peccato aliorum in duobus caſibus. Primò, q̃n aliorum peccata ſua fecit conſentiendo, participando, vel trahẽdo eos ad peccatum, vel malum exemplum eis dãdo, non tñ nominãdo ſocios in peccato, niſi in grenerali, vel diſſimulando, nec impediendo, vel corrigendo vt debuit. Vnde cõfitebatur de talibus. Pſ. 18. dicens. Et ab alienis parce ſeruo tuo. Secundò modo, q̃n ſuum peccatum non poteſt aliter cõfiteri. Vnde ſm Durandũ in 4. diſt. 16. in confeſſione debet homo famã alterius cuſtodire quantum poteſt,ſuam tñ tenetur conſcientiam purgare. Si ergo circunſtantia non ſit de neceſſitate confeſſionis, debet eam dimittere, ne peccatum alterius prodat, vel petere licentiam confitendi alteri,qui ex circunſtantia,non veniret in notitiam perſonæ de qua fit mentio. Si autem circunſtantia ſit de neceſſitate confeſſionis,non eſt aliquo modo omittenda, ſed quærenda eſt licentia a curato, vel eius ſuperiore confitendi alteri perſonam ignoranti. Quæ licentia ſi non detur,poteſt ſecurè dicere pœnitens circunſtantiam ſui peccati. Fecit. n. quod in ſe eſt, & plus tenetur

A cõfeſſio. Qũo põt quis cõfiteri aliena peccata, & qũo non.

Peccata aliena ĩ duobus caſibus poſſunt pœnitentes confiteri.

tur

tur ſibi q̃ alteri. Ex quo patet, ꝙ curioſi confeſſores, qui inquirūnt de circunſtā-tijs peccati, etiā non neceſſarijs ad confitendū, & vt deueniant in notitiam perſonæ cū qua aliquis vel aliqua peccauit, grauiter delinquunt: & debentes alios mundare, ſeipſos fędant. Vt cum aliquis dicit ſe peccaſſe cum aliqua religioſa, cū iſtud ſufficit ad exprimendum grauitatem peccati, ſi vlterius ſacerdos quærat cuius religionis fuerit mulier, vtrum monialis alba an nigra: & cuius monaſterij, & tandem deueniat in notitiam talis pſonæ: talis confeſſor grauiter peccat, & inducit pœnitentem ad peccandum. Deterius autem & grauius peccant illi, qui ſuadent confitenti, ꝙ reuelet eis extra confeſſionem perſonam, cum qua peccauit, vt poſsit hoc alijs dicere, & per conſequens alium infamare, niſi eſſet talis caſus quem confitens per ſeipſum, teneretur dicere. Hæc Durandus. Tertiò, ita diſcretè confiteatur, vt nullatenus in cōfeſsione mentiatur, quod poteſt contingere multis modis. Primò, quando ſcienter dicit peccatum quod non fecit, aut cauſa humilitatis auget peccatum, dicēdo qualiter nō fecit ſe feciſſe. Vnde Act. 5. Dicit Petrus Ananiæ & Saphiræ. Cur tentauit Sathanas cor veſtrum mentiri vos Spirituiſancto? Aug. Cum in confeſſione cauſa humilitatis mentiris: etiam ſi non eras ante peccator, tunc efficeris. Item, quilibet ſe minus offendere tenetur quàm proximum: ſed non licet in proximum falſum teſtimonium ferre, ergo nec in ſeipſum. Præterea, in iudicio exteriori non debet quis accuſari de crimine, niſi ad hoc habeatur teſtimonium, ſed ad hoc non poteſt induci conſcientia teſtis, ſed ad oppoſitum: ergo nūllus debet ſe hoc modo accuſare. Secundò modo hoc poteſt contingere, quando interrogat confeſſor de aliquo vitio an commiſerit ipſum, & tamen negat quòd commiſit. Licèt .n. i iudicijs ſecularibus falſi teſtes iudicum manus interdum effugiant, Dei tamen manum effugere non poſſunt. Ideo ſicut interrogatus teſtis veritatem reſpondere tenetur; ſic interrogatus a ſacerdote tamquam teſtis,

B Cōfeſſio. Quatuor modis contīgit mētiri ī cōfeſſione.

debet eum a quo interrogatur informare de veritate facti quam nouit. Et ſi fortè pęnitentia ductus, poſt negationem ad ſe redierit, & confeſſus fuerit peccatum iam negatum: debet cū hoc de negatione & mendatio pernicioſo facto in confeſſione confiteri. Tertiò, quando incertus eſt confitens an illud peccatum commiſerit, an non, & abſque conditione nihilominus confitetur, quòd illud fecerit. Certa enim peccata cum certitudine, & non cum ambiguitate ſunt confitenda. dicendo, ego hoc feci: & non ſicut quidam confitentur dicentes. Ego bene potui hoc facere. Sic etiam cū certitudinem de his quæ conſcientiam peccatoris remordent non habet pęnitens, tutius eſt ei vt dicat ſe credere peccata illa commiſiſſe, quàm aſſerat ſimpliciter ſe illa feciſſe. Quartò, hoc poteſt contingere quando ſuum dicendo peccatum ſe abſtinere non poſſe dicit. Mentitur enim ſicut alter Caim dicens peccatum ſuum in eo potētius & efficatius, quàm Dei miſericordiam eum potentē adiuuare, & quaſi ſit maior virtus peccati ad ſubigēdum eius voluntatem in malum, q̃ Dei miſericordia ad conuertendum eam in bonum. Præterea ſi dicatur ei ꝙ perdet oculum niſi ab ebrietate abſtineat: vel a muliebri cōcubitu p dies 30. aut 40. abſtinebit. Mentitur ergo qui propter vitam æternam conſequendam, & æternam mortem fugiendam, ſe non poſſe abſtinere dicit. Licet.n. non ſemper ſit in voluntate & poteſtate incarceratorum exire a vinculis, ſemper tamen eſt in voluntate noſtra exire a laqueis diaboli, ſi pœnitere voluerimus. 2. Tim. 2. Det dn̄s illis pęnitentiā ad cognoſcendū veritatē, vt reſipiſcant a laqueis diaboli a quo captiui tenētur. Similiter ſunt aliquæ infirmitates ita radicatæ, ꝙ per nullā medicinā curari poſſunt, immo velint nolint, oportet ꝙ per illas moriant̄. Sed nō ſic de infirmitate peccati. Eſa. 43. Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Sufficit. n. eas dicere pro ſanitate habenda. Quartò, ſic ſit diſcreta confeſſio, vt ſic mala ſua dicat, ꝙ bona taceat. Exemplo agricolæ q̇ in area ſeparat granū a palea:

A Confeſſio.

Cõfitẽs mala cõ fiteatur, & ſua bona taceat. & paleas eijcit ſibi, retinens grana : nec enim paleis eijciens ea. Eſa.48. Tolle tibi molam, ideſt accipe in te timorem domini molæ farinam : ſeparando furfur a farre, ideſt bona a malis. Gedeoni enim purganti triticum in area. Iudicum 6. ideſt ſeparanti granum a palea & puluere, & retinenti ſibi granum, dictum eſt, dominus tecũ virorũ fortiſſime. Exemplo etiam infirmi minuti qui tantummodo a ſe malum ſanguinem eijciens, bonũ in ſe retinet. Ideo ſicut inſania reputaretur ſi bonos in ſe purgando, quis emitteret humores: ſic qui bonos mores per oſtentatione emittunt. Stultus.n. eſſet, q dum minueretur, extraheret ſanguinem purum, & dimitteret corruptum. Talis fuit cõfeſſio Phariſei, qui dicebat, ieiuno bis in ſabbato, & decimas do omniũ quę poſſideo Hiere. 16. Si ſeparaueris præcioſum a vili, quaſi os meum eris. Hæc.n. confitendo, retinendo ſibi præcioſum, & vile emittendo Deus per cõfitentem loqtur. Quintò, vt ſic ſit diſcreta, vt peccata ſua dicat ordinatè propter memoriã: & ſi poſſibile ſit, primò dicat groſſiora, ſicut iam diximus. Dicuntur enim ſatis peccata nobilia, ex quibus nos aliqui eſſe vel fuiſſe vel valuiſſe monſtramus, ſed turpia vix denudamus, ſignificati per Iudã Machabeũ, qui cum viciſſet dextrũ cornu, vincitur a ſiniſtro. 1. Mach. 9. Peccata.n. nobilia in quibus non erubeſcunt, ſed ex quibus apparent aliquid fuiſſe plurimi bene denudant, ſed turpia & enormia celãt, defendũt, & excuſant.

Sermo. 15. de pœnitentia. & de confeſſione nonus.

B Dies. Tria incitãt ad ambulãdũ iter triũ dierũ pœnitentiæ. Tria ſunt quæ nos debent reuocare ab Aegypto peccati, & incitare ad ambulandũ viam trium dierum. Primum eſt lætitia dæmonum. Eccl. 19. Poſt concupiſcentias tuas non eas: & ſequitur, Nam ſi præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Pſal. 12. Exultabunt ſi motus fuero; maximè autem de caſu iuſtorum lætantur. Vnde aiunt. Sap. 2. Non ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra. Quid eſt pratum floridũ niſi anima ſpiritualis vernans rore virtutum? Hoc pratum plerumque ab hoſtiũ pedibus conculcatur prætereuntiũ: tñ eo ipſo q conculcatũ eſt, vberius reuireſcit. Sic ſancti viri, fortiores reſurgunt cum conculcantur a mundo, vel poſt peccati lapſum. Vbiq; relinquamus ſigna lætitię, loquuntur a ſimili victoris, qui ſupra caſtrũ quod cepit in ſignũ victoriæ ponit vexilla. Præcipuè aũt exultant de caſu prælati. 1. Reg. vlt. Pręciderunt caput Saulis, & miſerũt per circũitũ, vt annuntiaretur in tẽplo idolorũ, & in populis. Caput Saulis pręcidi, eſt prælatum peccare, & a Deo ſeparari. In circũitu caput eius mittitur, qñ peccatũ eius publicat, & eius exẽplo ſubditi corrũpuntur. Secundũ eſt irriſio ſeu inſultatio dęmonũ. Fatuus ſemper concitat ad riſum de ſtultitia. Vnde ſi quis cadat in lutũ luxuriæ ridet, & plaudit manibus. Tunc.n. exclamat diabolus illud Pſ. 34. Euge euge viderunt oculi noſtri. De eorũ etiã cõfeſſione ridet, qui leues ſunt ad recidiuũ eo q pſumat de eorũ lapſu, nec eorũ reputat munitionẽ, ſicut nec illius qui obſerat oſtiũ ſuũ feſtucis. Abac. 1. Super omnem munitionem ridebit. Tertium eſt triſtitia matris eccleſię. Magna culpa eſt offenſa patris, & matris carnalium, multo magis ſpiritualiũ. Eccl. 22. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. Vnde mater noſtra eccleſia, ſimilis eſt bono patri, qui filium ſuum diſſipatorem, iterum & iterum abſoluit a debitis quæ contrahit: & tandem cum eſt incorrigibilis, dimittit eum, dolens ſuæ voluntati: ſicut fecit pater filio prodigo, dimittens eũ ſuæ voluntati. Sic eccleſia nõ ceſſat ſacrificijs, oblationibus, & orationibus ſoluere quorumdam malorum filiorum debita, & intantum oneratur eis quòd aliquando dolens dimittit eos. Econtrario ad benè operandum nos incitat primum confuſio inimicorum. Micheæ 7. Ne læteris inimica mea ſuper me cecidi, conſurgam, ſedebo in tenebris pœnitentiæ: dominus lux mea eſt; & ſequitur. Aſpiciet

Eccleſiæ cura circa filiorũ ſuorũ ſalutem.

ciet

ciet me inimica mea, & operietur confuſione. Eccl. 30. Qui docet filium ſuũ, in zelum mittit inimicum ſuum. Secundum eſt gloria matris eccleſiæ & gaudium. Eccl. 30. Qui docet filium ſuum gloriabitur in eo. Luc. 15. Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus qui mortuus fuerat reuixit. Tertium eſt gaudium eccleſiæ triumphantis. Gaudium enim maius eſt ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis. Luc. 15. Et ſi magnũ eſt gaudium Angelis ſuper pęnitentia peccatoris, magnum gaudium eſſe debet peccatori per iter pœnitentiæ ambulanti. Quia ſi difficile ſit illud iter ambulare, adiutorium quæramus a beata uirgine dicentes. Aue.

C Diabolus. Qualiter diabolus obſtruit os peccatoris. In hoc ſermone conſequenter ad pręd ictam conditionem confeſſionis dicemus, qualiter diabolus claudit os peccatoris ne diſcretè confiteatur. Vnde ſi quis claudat os ſuum ne confiteatur, ſciat hoc diaboli manu factum, qui quinque digitis obſtruere ſolet os peccatoris, ſicut latro quandoque accipit hominem per guttur ne clamet. Eſt autem (vt inquit Anſelmus li. de ſimilitudinibus) duplex erubeſcentia. *D Erubeſcentia. De duplici erubeſcẽtia.* Vna quæ pro obiecto homines habet, ita vt quis verecundetur confiteri peccatum ſuum, ne ſit in mala opinione hominum: & iſta eſt latro peſſimus, qui non debet damnari: alioquin omnia bona furabitur. Vnde Guil. Pariſ. Erubeſcẽtia eſt atrociſsimus hoſtis quem velut fortiſsimum in extrema acie (quæ rerrogardia dicitur) ponit diabolus in iſto campo certaminis toto reliquo exercitu trucidato, & proſtrato in contritione, vel ſaltem vulnerato, ipſa ſola ſtat, & tenet campum. Mortificatis enim interdum omnibus vitijs, & renouato exercitu virtutum in corde pęnitentis, armatoque propoſito infirmitate ad recuperandum quicquid amiſſum fuerat, ſola reſiſtit erubeſcentia. Impedit etiam ſicut tempore belli fructus pęnitentiæ arare & ſeminare, id eſt tam in terra animæ quàm corporis, bona prohibet opera: & a Deo inuincibilis eſt bellatrix hæc erubeſcentia, vt nec hoſtes iã mortuos de cãpo certaminis exire ſinat: ac ſi ſciret in proximo de facili ſuſcitandos, & aduerſum penitentem conſurrecturos, quod vtique fiet ſi eos ibi diutius dimiſerit. Habet enim terra humani cordis & corporis ex maledictione Adæ diabolicæ mirificentiæ virtutem, qua & huiuſmodi mortuos vitia & peccata, ſpinas & tribulos facilè reſuſcitat. Hæc Guil. Hic pudor eſt quædam auaritia diaboli quæ quis timet depauperare, & diminuere theſaurum diaboli. Talis eſt ſimilis Ananiæ & Saphyrę qui non niſi partem ſubſtantiæ ſuę ad pedes Apoſtolorum attulerunt, vbi totam ſubſtãtiam offerre debuerunt. ideo morte ſubita plexi ſunt. Sic qui proprium habent capitale ſuum .i. peccata, quæ propriè noſtra ſunt, debet offerre ad pedes eorum qui vices gerunt Apoſtolorum nihil ſibi retinendo, quia communiter qui ſibi aliquid retinent ſicut Ananias, & Saphyra, non habent ſpatium pęnitendi. Eccle. 4. Qui amat periculum peribit in illo. Ideò aperienda ſunt repagula cordis & oris ad omnia confitenda. Iſta autem erubeſcentia eſt nobis ex primo parente hęreditaria. *E Hæreditas. Quinq; hæreditarias cõditiones dereliqt nobis primus parens.* Quinque enim conditiones tan quam hęreditarias nobis dereliquit primus parens noſter. Prima eſt, ꝙ ſicut ille delicias ſpirituales faſtidiuit, declinans ad carnales, ſic ad carnalia natura prompti ſumus, ad ſpiritualia pigri & mente & opere. Secunda eſt, ſicut ille poſt mandatũ de pomo prohibito cito niſus eſt in vetitum: ſic nos paratiſſimi ſumus ex natura corrupta ad mandatorum Dei tranſgreſſiones. Auis enim in nido ſuo exiſtens, non petit exitum ſed vltro ibi quieſcit, ſed ſi ei ſuperponatur caueola: ſtatim vndique quęrit exitum. Sic ſi cuicunque rei addatur mandatum. Tertiò, ſicut ille cito ſecutus eſt patrem mendacij, ſic & nos pluſquam ad veritatem ad mendacia prompti ſumus. Quartò, ſicut ille abſcondit ſe a facie Dei, ſic & nos quantum poſſumus vitia noſtra a Deo abſcondimus, ſicut debitor ſe abſcondit a ſuo creditore. Hoc enim virium hæredirarium eſt nobis a primo parente, qui dicit. Audiui domine vocem tuam, &

 abſcondi

abſcõdi me: & tamẽ dominus curialis eſt creditor. Multi enim nolunt credere quia putant alios ſoluere non poſſe. Sed dominus propter inopiam noſtram, non dimittit nobis commodare. Facit enim ſicut præcipit fieri. Eccl. 29. Propter mãdatum aſſume pauperẽ: & propter inopiam eius non dimittas eum. Perde pecũniam propter fratrem & amicum, & ne abſcondas ſub lapide in perditionem. Quinta eſt excuſare peccatũ propriũ, & accuſare alienũ. Vir enim ſe excuſauit ſuper mulierem, & accuſauit eam: & mulier ſuper ſerpẽtem accuſans eum. Et ratio eſt, quia noſtra erubeſcimus peccata, & non aliena. Sed ſapientius eſt confundi & erubeſcere coram vno, quàm coram omnibus hominibus in die iudicij. Culpam enim quam Adã excuſando celauit, toti mundo reuelauit. Præterea quis non oſtenderet ægritudinem ad mortem medico in quocunque loco eſſet, ſi aliter ſanari non poſſet? Debet enim erubeſcentia in confeſſione ſeruire ad pœnam peccati & ſatisfactionem eius, non dominari, vt claudat os confitentis. Alia eſt erubeſcentia quæ Deum pro obiecto habet, quæ dum reſpicit ortum conſcientiæ ſuæ plenum vitiorum ac peccatorum ſentibus & ſerpentibus: dolet, ingemit, lachrymas fundit, & miſerabiliter ſecum quæritur, qualiter beſtia funeſta intrauit totum conculcatura, & tunc demum in conſpectu propter ſeptem confunditur & erubeſcit. Primò, quia in præſentia Dei, & cęleſtis curiæ impudenter egit, quod coram viliſſimo ruſtico facere nõ auſus fuiſſet: ſicut & filius prodigus, dicens. Luc. 15. Pater peccaui in cęlum & coram te. i. in conſpectu tuo, & ciuium cęleſtium. 1. Cor. 4. Spectaculum facti ſumus Deo, Angelis, & hominibus. Secundò, propter nobilitatis diuinæ decentiã contra quam commiſit, vt fornicaria nobilis contra patrẽ & genus ſuum, Eccl. 41. Erubeſce a patre & matre de fornicatione. Tertiò, propter peccati vilitatẽ & ignominiam in quo deprehenſus eſt, & quod omnibus palam fiet, niſi in confeſſione detegatur. Hiere. 2. Sicut fur confunditur in furto ſuo, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, &c. Quartò, propter viliſſimi fori imprudentiam, Hieremiæ 31. Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum: confuſus ſum & erubui. Femur conſueuit percuti de malo foro & vili, quando res precioſa datur pro nihilo. Quintò, propter deiectionis vehementiam. Thren. 1. Depoſita es vehementer, quia filius & hæres Dei ſit ſeruus diaboli, & membrum Chriſti, membrũ diaboli: Hierem. 2. Vide vbi nunc proſtrata es. Sextò, propter ingratitudinem diuinæ miſericordiæ. Gregorius. Erubeſcere Dei miſericordiam ſaltem deberemus: ſi eius iuſtitiam formidare nollemus. Septimò, propter ſatisfactionis ad quam tenemur ſuppletionem Auguſt. Erubeſcentia maxima pars eſt ſatisfactionis. Mich. 4. Veniens in Babylonem. i. in confuſionem confeſſionis liberaberis. Eſt enim erubeſcentia quaſi pallium precioſum operiens peccatum ne puniatur a Deo. Pſal. 45. Confuſio faciei meæ cooperuit me. Secundus digitus diaboli claudens os peccatoris eſt pœnitentiæ timor. Latro enim furtum celat timore pęnæ. Debet autem digitus iſte abſcindi. Primò, quia melius eſt per diem vnum affligi, quàm ſemper in inferno, uel per annum in purgatorio. Iob 6. Qui timet pruinã, irruet ſuper eum nix. ſ. inferni. Ibi enim erit peccatorum confeſſio. Iuxta illud Sap. 5. Nos inſenſati uitam illorum eſtimabamus inſaniam. Sed hæc confeſſio erit inutilis, quia confitebuntur non Deo, non medico, ſed diabolo & Angelis eius inimicis ſuis qui ſibi inſultabũt. Pſal. 6. In inferno quis confitebitur tibi? quaſi dicat nullus. Secundò, quia peccatum incluſum in viſceribus, magis torquet quàm quæcumque pęna per ſacerdotem iniuncta. Pſal. 16. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. i. de ſecretis tuis quæ reuelabuntur. Abſcondita dicuntur eſſe vitia, quæ non ſunt per confesſionem detecta, de quibus adimpletur venter. i. memoria malorum, vt inde torqueantur & clamẽt illud. Hiere. 4. Ventrem meum doleo, ventrem meũ doleo. Tales ſic repleti, deberent modo agere

A Erubeſcentia. Propter ſeptẽ erubeſcit peccator

B Satisfactio. Timor ſatisfaciẽdi & pœnitentiam agẽdi debet abſcindi.

Ventris repletio ex multis prouenit cauſis.

agere ad euacuationem. Sed (vt dicit Auicenna) retentio eius quod deberet expelli, ꝓuenit ex multis cauſis. Prima eſt propter defectum ſentiendi illud quod neceſſe eſſet expelli, quia virtus ſenſitiua iuuat in expellendo. Secunda cauſa eſt, quia virtutes naturales ad aliã partem tendunt, & alibi occupantur. Tertia eſt groſsicies materiæ, quam expulſiua virtus non poteſt ſuperare: & ex tali retentione multæ ſecundum eum generantur ęgritudines. Sic qui repletus eſt malis culpę, & ipſa in corde retinet, quæ deberet euacuare, generantur inde variæ animi infirmitates & torſiones, quia vnum peccatum ad aliud trahit, & vnum peccatum eſt alterius peccati pęna: & tandem peruenit uſque ad obſtinationem, & deſperationem, & æternam pœnam. Pſal. 87. Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquauit.

Cõfeſſionẽ tria impediunt.

Euacuatio autem iſta deberet fieri per confesſionem, ſed hanc tria impediunt. Primum peccati inſenſibilitas, quam facit peruerſa conſuetudo, vel peruerſa ſocietas. Petrus enim cum miniſtris pasſionis, Chriſtum negauit: & in negando perſeuerauit, quæ egreſſus foras fleuit amarè. Secundum eſt, occupatio uirium rationis & voluntatis circa alia: quod facit mundana ſolicitudo. Tertium peccati groſsicies. quod facit ipſius enormitatis magnitudo, & pęnę ei adhibendæ timor. Videtur autem peccator eſſe ſicut equus conductitius, qui tantum ducitur vno die, ꝙ poſtea nõ poteſt per quinque ambulare. Peccator enim in opere diaboli tantum laborat vno die, ꝙ non poteſt poſtea per quinq; annos pœnitere.

C *Ignorãtia. De quadruplici ignorantia.*

Tertius diaboli digitus eſt ignorantia, quæ in quatuor conſiſtit. Primo cum non cognoſcit ea quæ debet & tenetur cognoſcere, qui ſi poſſit illa cognoſcere, magis tamen vult in tenebris eſſe, & hæc eſt ignorantia affectata, vel ſi faciliter illud poſſit, tamen ex quadam pigritia & negligentia, non curat illud addiſcere: & hæc eſt ignorantia craſſa, vel ſupina. Illa autem qua neceſſaria ſunt ad ſalutem tenentur ſcire oẽs, vt ſunt articuli fidei, & vniuerſalia iuris præcepta: & ſinguli ea quæ ſpecialiter concernunt ſuum ſtatum, & officiũ. 1. Corin. 13. Si quis ignorat, ignorabitur. Secundo, quia ſuæ ægritudinis malitiam, vel non credit quis Deum intelligere, iuxta illud. Pſal. 93. Non uidebit dominus, nec intelliget Deus Iacob. vel non ſentit eam, & ſic ad medicum non currit, & hanc incredulitatem maximè cauſant duo.

Prælati ignorantia multorũ malorũ cã eſt.

Primò, defectus doctrinę procedit ex ignorantia prælatorum: & ſic ſicut aues ignorantes laqueo capiuntur, ſic ſuo modo ſubditi. Pſal. Veniat ſuper eum laqueus quem ignorat. Magis enim damnificaretur mundus ſi ſol fieret obſcurus, quàm ſi omnes aliæ ſtellæ obſcurarentur. Sic maius eſt reipublicę pręiudicium ſi ſuperior, vel prælatus ſit ignarus, quàm de ſubditis. Sic cum planctu loquebatur. Eſa. 56. Paſtores ignorauerunt intelligentiam: & dominus admiratiuè. Io. 3. Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Inde ſecundũ Chryſo. Si ſol occidat montibus, neceſſe eſt & vallibus occidere. Sic ſi occidat veritas in prælatis, ignorantia eorum tranſit in ſubditos. Pſal. Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiã, quia ſi maiores lumen veritatis non ſuſcipiãt a Deo, vix minores iuſtificabuntur.

Cõſuetudo malè agendi nullum peccatũ reputat.

hanc etiam facit conſuetudo malè agẽdi, quæ nullum peccatum reputat. Ideo ait Salluſtius. Plura licèt grauia ſint, ex conſuetudine pro nihilo habent. Gen. 14. Loth ſuadens generos ſuos exire de Sodomis. i. de muta, viſus eſt eis ludens loqui. Tertio, quia & ſi ſentit malitiam ſuam, non tamen ſe credit tantum eſſe puniendum. Dicunt enim tales non fecit nos Deus ad damnationem. Quibus reſpondetur, ꝙ nec aliquis in orto ſuo arborem plantat fructiferam vt comburatur, ſi tamen non fructificat, extipat, & comburit. Mat. 3. Omnis arbor quæ non fecerit fructum excidetur, & in ignem mittetur. Greg. Ad magnam iuſtitiam iudicãtis pertinet, ut nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita noluerunt carere peccato. Debet enim homo cognoſcere quid commiſit, quid omiſit, quid offendit, quid amiſit, & quid promeruit

per peccatum ſuum. Prouer.7. Ignorat ſtultus, ꝙ ad vincula trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius: velut ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit ꝙ de periculo animæ eius agitur. Quartò, & ſi ſentiat, non tamen credit virtutem clauium ad remittendum peccatum, ideo eam refugit. Pſal.77. Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius. Quartus digitus diaboli eſt lõgæ vitæ promiſſio. Multi enim peccare non formidant dicẽtes, ꝙ in fine pœnitebunt & contererentur: de quibus Aug. Iuuenis ſum, facio quod me modo delectat, & poſtea pœnitentiã ago, quomodo ſi dicat quis: Percutiam me gladio crudeli, & poſtea vado ad medicum. & neſcit ꝙ vnius horæ puncto vulnus accipitur: ſed vix longo tempore ad ſanitatem priſtinam reuocatur. Pſal.104. Ferrum pertranſiit animam eius: ecce graue vulnus. donec ueniret verbum eius, ſcilicet ite maledicti in ignem æternum, ecce grauiſſima mors. Ideo ſicut vulneratus feſtinat gladium extrahere, ſicut lapſus in lutum feſtinat ſurgere: ſic velox debet eſſe confeſſionis conuerſio. Sapiens enim negociator ſuas oſtendit merces, & clamat cum melius poſſunt vendi: & vera confeſſio facta in ſanitate mentis & corporis, plus valet quàm in ægritudine, vel ſenectute. Eccl.17. Ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil perit confeſſio, viuus & ſanus confiteberis: viuus corpore & ſanus mente. Facit enim diabolus ſicut vſurarius, qui ſi ſibi non ſoluatur in termino conſtituto, reponit pignus in ſcrinio, ſicut rem propriam: Sic qui ſine confeſſione moriuntur, vt plurimum in ſcrinio inferni reponit. Ideo. Pſal.118. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo. & iterum ethiopia .i. anima peccatrix, præueniet manus eius, ideſt uindictam Deo cooperante. Sunt enim multi, qui vſq; ad mortem differunt confiteri, & taliter qualiter confitentur. Diſcutere.n. incipiunt conſcientiã ſuam, quando vix poſſunt. Similes his qui quando nauis iam mergitur, tunc volunt ipſam alleuiare contra periculum naufragij. Cum igitur fatuus ſit qui de periculo ſubmerſionis ſolo clamore poſſet euadere, & nauem contra periculum alleuiare ſi ipſe taceat: multo magis fatuus eſt peccator, qui periclitatur mergi in infernum, ſi non clamet ad Deum per confeſſionem. Mergus enim (vt dicit Iſidorus) clamãdo volat ad littus, quando videt imminentem tempeſtatem. Similes iterum ſunt tales, & eiuſdem conditionis faciunt ſeipſos & equos ſuos: quia ſicut equos ſuos poſtquam ſunt in torneamẽtis & haſtiludijs, & huiuſmodi vanitatibus, & ludis prohibitis confracti, ad quadrigã ponunt. Ita cogitant de ſeipſis, ꝙ videlicet in ſenectute poſtquam fuerint in vanitatibus, & peccatis, & iniquitatibus confracti, & laſſati intantum, ꝙ veraciter dicere poterunt illud Sap.5. laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, ambulauimus vias difficiles, viã autem domini ignorauimus: tunc ſe humiliare volunt dicentes illud. Pſal. Vt iumentum factus ſum apud te ad portandum currum tuum, & quadrigam domini. de qua Zach.6. In quadriga quarta equi varij: quia ore ſuo benedicebant, aſſerentes ꝙ eſſe vellent currus Iſrael, & auriga eius. 4. Reg.2. Sed in corde ſuo variabant, aliud cogitantes. Ideo talis põt dici equus. de quo Apoc. 6. Equus pallidus per ſenectutem & infirmitatem, & qui ſedebat ſuper eũ nomen illi mors, & infernus ſequebatur eũ. Tertiò, ſimiles ſunt tales ſtulto mercatori, de quo exempli cauſa dicitur, ꝙ ad nundinas veniens, & per mercatum circumiens, cum quæreretur quid vellet: reſpondit, animal quod corpus & vitam habeat aſini, & caudam pauonis ſeu auream, quod cum inuenire non poſſet, nundinis finitis de nundinis nihil habẽs fatuus, & irriſione dignus ab omnibus reputabatur. Sic de nonnullis illorum qui vitam volunt habere turpẽ, aſininam, animalem animaliter viuendo, & ſicut animal brutum deſideria ſua ſequendo. De quibus. 1. Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ſed finem vellent habere ſanctum dicentes. Deus det nobis bonũ finem: ſicut ille malus Balaam, qui dicit,

Mo-

D

Spes. Spes lõgæ vitæ multis ẽ cã differendi cõuerſioné

Moriatur anima mea morte iuſtorum. Numeri.23. Sed quia hæc ſimul inuenire nequeunt huius mundi finitis nundinis, ſe vacuos & omni bono caretes inueniunt. Quintus diaboli digitus eſt recidiui ſuſpitio. Eccl.11. Qui obſeruat ventum non ſeminat, ventum, ſcilicet tentationis. Nonnulli (inquit Grego.) vias vitæ ingredi metuunt: & tamen iacere in ſui corporis ignauia non pertimeſcunt, timentes potius infirmitatis corporalis recidiuum, quam ſpiritualis. Ideo metu tentationum quæ forte nũquam erunt, velut chimeris perterriti, bona aggredi pertimeſcunt. Ventum enim tentationum meritò tales fugiũt aut timent, qui ſe eſſe paleas euidenter oſtendunt. Non enim ventum fugerent niſi paleæ eſſent. Grana enim immobilia ſunt ante faciem venti. Cogitant enim aliqui, ꝙ ſi ſtatim poſt peccatum in principio quadrageſimæ confiterentur: confeſſio illa nullum locum haberet, quia iterum peccarent, & iterum oporteret confiteri ante paſca. ideo melius eſt totum ſeruare ad vnum. Sed hoc falſum eſt, quia melius eſt frequenter reſurgere & emendam facere, quam frequenter cadenti raro reſurgere. Melius eſt enim habere lucida interualla, quàm continuam phreneſim, melius eſt ꝙ infirmitas ſanitate media interrũpatur, q̃ ꝙ continuetur. Exiſtens in profundiſſimo carcere, aliquando care conducit, vt ſit in ſuperiori pro vna nocte, ſi etiam in craſtino debeat ad abyſſum redire: & melius eſt frequenter diabolum vincere quàm in eius ſeruitute continuè iacere. Et puer qui frequenter reſpicit lectionem ſuam, & cito eam obliuiſcitur, habilior eſt ad doctrinam, quàm nihil vel raro reſpiciens. Vnde diſcretus quidam confeſſor ab huiuſmodi cogitatione quendam tali exemplo conuertit. Solebat enim frequenter confiteri, & cito iterum cadere; tunc cogitauit melius eſſe expectare, & totum ſimul confiteri, & ſic diu confeſſionem diſtulit. Cui cũ confeſſor obuiaret, & de ſtatu ſuo cunctaretur, reſpondit, quo ad corpus bene valeo; quo ad animam videbis in quadrageſima. Sic enim apud me cogitaui. Cui confeſſor, quære mihi duas ollas, & eas reple luto, quod cum factum fuiſſet ait cõfeſſor. Permittas lutum in vna aliquibus diebus, aliam vero omni die lauari facias & iterũ luto impleri. Quod cum factum fuiſſet ait confeſſor. Eijcias lutũ de ea qua omni die fuit lota, quod fecit faciliter. de alia verò non potuit, quia induratum erat, ſed citius frangebatur quàm mundatur, qua fracta etiã lutũ poſt fracturam petijs adhæſit. Sic (inquit confeſſor) eſt de frequenter cõfitentibus, quia faciliter mundantur, & de raro confitentibus, quia frequenter contingit, ꝙ citius morte frangantur, q̃ mundentur: & lutum peccati petijs .i. tam corpori, quàm animæ adhærens, ambos ad perditionem perducit.

A Recidiuum. Recidiui ſuſpitio multos impedit a ſui conuerſione.

Cõfeſſio pluries eſt reiteranda, & melius eſt quàm raro.

Sermo 16. de pœnitentia, & de confeſſione 10. per thema ſepius repetitum.

Recedendum eſt ab Aegypto, ideſt a peccato, & ambulanda eſt via triũ dierum pœnitentiæ ſi quis Deo uelit placere. Nihil enim magis Deo diſplicet quàm peccatum, hoc propter quatuor. Primò, quia peccatum eſt defor mitas quædam, propter quam, ſemel ferè omnia opera ſua diſſipauit, ſcilicet totum mundum per diluuium. Gen.7. Aliquando reges & potentes in præiudicium inimicorum depopulantur terras eorum. Deus autem diſſipauit terram propriam, quia peccatum intrauerat terram ſuam. Secũdò, non ſolum habet peccatum odio, ſed etiam quicquid peccatum tangit. Aliquando homines propter vinum corruptum nõ proijciũt vaſa aurea vel argentea in mare, ſed ſeruant naſa, & vinum effundunt. Deus autem non ſolum peccatum, ſed etiam vaſa peccati, ſcilicet animas ad imaginẽ ſuam factas, & ſuo ſanguine emptas, in odium peccati proijcit in mare inferni. quia Sap.4. Odio ſunt Deo impius & impietas eius. Tertiò, ita odit, ꝙ propter peccata mundi, innocẽtem vnigenitum interemit. Eſa.53. Propter ſcelus populi mei

B Peccatum. Nihil magis Deo diſplicet, quã peccatũ pp multa.

Peccatũ & peccatorm valde odit Deus.

mei percuſſi eum: & ipſemet filius Dei, vt interficeret peccatũ, tradidit in mortem animam ſuam. Eſa.53. Nullus autẽ inuenitur qui tantum odiat inimicum, ꝙ in eius odium vellet interficere vnigenitum proprium, vel etiam ſemetipſum. Quartò, ita proſecutus eſt ab initio peccatum, ꝙ proiecit ipſum de cęlo, & videns ꝙ in mundo remãſerat, in propria perſona deſcendit in mũdum, vt de mundo fugaret ipſum, & tandem in iudicio proijciet, & includet ipſum in infernũ. Mich.8. Proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Propterea ſi diligamus eum, auferamus a conſpectu eius peccatum. Perſona enim diligens aliam, non libenter facit in conſpectu amici aliquid diſplicens: nihil autem facimus, aut cogitamus niſi in conſpectu Dei. Pſalm. Cogitatió cordis mei in conſpectu tuo ſemper: ideo eius amor debet nos compeſcere ab offenſa eius. Contra multos non verentes facere coram Deo quod vererentur facere coram famulo viliſſimo. Viri autem qui ſalutem ſuam diligunt, conſpectum eius dicunt attendere, & propter eum pęnitentiam facere. Pſalm.67. Iuſti epulentur in conſpectu Dei. Parum enim diligit perſonã, qui nec vnicum paſſum durum vult trãſire pro eius ſocietate, & maximè quando vocatur ab ea. Chriſtus nos vocat ad ſe per viam pęnitentiæ, quæ etiam ſi duret per totam vitam minus eſt, q̃ paſſus pedis reſpectu æternæ vitæ. Iacobi 4. Vita noſtra vapor eſt ad modicum parens. Ideo debemus eam amplecti. Quod ſi difficilis inueniatur, eius ope fruamur quæ pęnitentes ſuſcipit ad veniam .ſ. matris Dei, ei dicentes. Aue.

C Miſericordia. De triplici miſericordia quã facit dominus peccatori.

Conſequenter dicendum eſt de quinta conditione confeſſionis, quæ eſt ꝙ debet eſſe deuota, quæ quidem deuotio tripliciter ſe habet ad confeſſionem. Primò, debet præcedere eam. Secundò, eam concomitari. Et tertiò, ſubſequi: & hoc propter triplicem Dei miſericordiam, qua fruitur peccator. Prima præuenit, de qua Pſalmiſta. Miſericordia eius pręueniet me. Secunda concomitatur. Pſal.88. Veritas mea. i. quam reputo meam, quia quando in confeſſione dicitur eam ita apprecior, ꝙ etiam miſericordia mea cum ipſo, ſine qua nõ diceret veritatem. Tertia ſubſequitur de qua Pſ.22. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Præcedere igitur debet confeſſionem deuotio ſaltem imperfecta, & hæc ex tribus cauſata. Helię.n. exiſtenti in ſpelunca, non ita citò occurrit dominus, ſed tria præceſſerunt. Sic peccatori exiſtenti in ſpelunca latronũ, ideſt in dominio dęmonum per peccatũ. Primò ergo oportet, ꝙ ipſi peccatori occurrat ſpiritus conterens petras, & ſubuertens montes, ideſt timor Dei qui petram, ideſt obſtinationem & duriciam cordis frangit, & omnem euertit ſuperbiam. Per nullam rem magis ſentitur amaritudo peccati, quã per timorem gehennæ. Pſal.110. Initium ſapientiæ timor domini: ideſt ab initio ſapere facit amaritudinem peccati, & abominari, & euomere. Sed multi confitentur abſque iſto timore domini. Quidam enim propter timorem mundanum confitentur, qui differunt vſque ad finem quadrageſimæ, & ad hoc ſolum confitentur ne hæretici videantur. Alij ſolo timore mortis aut periculi, qui eſt timor naturalis, & quandoque extorta eſt hæc cõfeſſio per vim vt latronum: & tales ſunt ſimiles vaſi quod dicitur tirelira, quod nihil emittit niſi frangatur: & ferro frigido, de quo non poteſt fieri opus, niſi prius in fornace ponatur, & oleribus rubris, aut fructibus duris & ſylueſtribus, qui nõ poſſunt comedi, niſi prius gelu, aut igne coquantur. Talis fuit confeſſio Pharaonis, Antiochi, & Herodis, qui non ſunt miſericordiam conſecuti. Alij confitentur ꝑ gloriam mundi vt boni appareant, ſimiles vulpi quæ ob hoc ſe mortuam fingebat, vt corniculas caperet linguam extrahendo. Illud autem primum & maximum eſt, quod commouet grandes peccatores & obſtinatos ad confeſſionem timor Dei. Poſt hoc ſecundò occurrit peccatori commotio, & hoc quando homo de pęnitendo & ſe de malo ſtatu remouendo, cogitat & diſponit cogitando de peccatis ſuis. Pſal.59. Commouiſti

D Deuotio. Imperfecta deuotio ex tribus debet procedere q̃ Heliæ cõtigerunt priusq̃ ei occurreret dominus.

ſti terram, & conturbaſti eam. In illa enim commotione, vbi prius peccatum placebat, & ſtatus peccati tunc incipit diſplicere. Experientia docet aliqua eſſe diſplicibilia & nociua, quæ tamen placentia videntur, vt cibus corruptus quem a principio appetitus apprehendit bonum, ſed cum guſtando ſenſerit corruptum, euomit. Habet enim peccator appetitum corruptum propter quãdam delectationem, quam percipit in peccato: ſed percipiens ſequentem gehennæ amaritudinem, euomit illud per confeſſionem. Peccatum enim dum agitur placet: poſt actum diſplicet. Sed dicet aliquis, dum venio ad confeſſionem non poſſum habere deuotionem: Variæ enim cogitationes aſcendunt in cor meum, & variæ tentationes. Reſpondet Altisſiodoren. ꝙ aliquando qui ſiccus vadit ad confeſſionem recedit humidus propter nouæ gratiæ infuſionem, & propter aquam ſapientiæ ſalutaris, qua erudit eũ ſacerdos. Difficile enim eſt eſſe ſubtus ſtillicidium, & non inde humectari. Tertiò poſt hoc venit ignis, quando ſcilicet incipit eſſe in corde aliqualis ad Deum animæ calefactio, & de peccatis attritio, quæ eſt quædam diſplicentia de peccatis ſuis propter amorem Dei, ſed ita imperfectum, ꝙ non ſufficit ad delendum peccatum, & tunc incipit orare peccator, vt dominus dirigat actus ſuos. Neq; enim debet quiſquis ad tantum actum accedere, niſi præueniente oratione. Pſal. 58. Mane oratio mea præueniet te: mane. i. antequam ueniat lux plena gratię. Licèt enim ſecundum aliquos doctores, attritio in confeſſione fiat contritio, tamen difficile eſt ſcire an ante confeſſionem ſit attritio tantummodo, an ſit contritio. Ideo in loco allegato dicitur, quòd non in tribus primis eſt dominus, quia nec in ſpiritu timoris, nec in commotione cogitationis, nec in igne imperfectę dilectionis adhuc eſt Deus: ſed in ſibilo aure tenuis, ideſt in ipſa tenui voce confeſſionis inaudibili ab alio, quàm a ſacerdote. Tunc enim clamat in confeſſione cor, & dominus tunc ait illud Eſa. 58. Clamabit, & dicet ecce adſum. Debet enim primò tunc dicere propter tentationes diaboli occurrentes. Eripe me de inimicis meis Deus meus quoniam ad te confugi. Pſal. 142. Secundò, quia ſicut medicina quantumcũque ſit efficax, niſi natura cooperetur curare nõ poteſt. Natura enim totaliter proſtrata, inutilis eſt medicina. Pęnæ enim medicinæ ſunt, vt dicitur. 3. Ethicorum. ideo non ſufficit ad curandum cor a morbo peccati timor inferni, niſi etiam amor tãquam natura cordis cooperetur. Qui enim ſolo timore gehennæ abſtinet: non eſt in ſtatu ſalutis. Et quia amor iſte procedere non poteſt, niſi a Deo iuſtificante: ideo quærenda eſt per orationem hęc iuſtitia a Deo. Aug. Sacerdotes tui induant iuſtitiam. Illa iuſtitia veſtis accipitur, ſed non cum capillis naſcitur ſicut pecora de ſuo veſtiuntur. Hæc Aug. Ideo pro hac iuſtitia habenda, ad orationem reccurrendum eſt. Secundò confeſſioni debet eſſe comes miſericordia Dei peccatorem promouens ad deuotionem. Sunt autem tria quæ debent concomitari confeſſionis veritatem. Primò miſericordia Dei, qua peccata remittat. Secundò, amor iuſtitię qua reconciliatus in gratiam Dei reuertat. Tertiò, pax cum Deo qua cum eo amicitiã contrahat, & ei perpetua deuotione inhęreat. Propter primum dicitur miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, quia nunquam eſt veritas confeſſionis, quin ſit miſericordia repropitiationis. Propter duo vltima ſubiungitur, iuſtitia & pax oſculatę ſunt. Sic itaque confitendo peccatum, requirat a Deo remiſſionem. Eccleſiaſt. 39. In oratione confitebitur domino. Sic fuit oratio Publicani dicentis: Deus propitius eſto mihi peccatori. Sic oratio filij prodigi dicentis. Pater peccaui in cęlum & coram te. Sic communiter dicitur in confeſſione. Fornicatus ſum, propter hoc a Deo indulgentiã quęro. Secundò ſit amor iuſtitiæ & reconciliationis, per quem omnia peccata euomat. Sicut enim propter calorem ueſtimenta tollimus, ſic amore iuſtitię velamina nequitię corã ſacerdore proijcimus. Et ſicut olla feruens muſcã ſuper ſe

A Miſericordia. De triplici miſericordia concomitante pœnitentem.

ſe remanere non permittit, ſed omnem ſpumam & immundiciam abijcit, & qđ in fundo latebat, extrinſecus exilire facit, vt patet in piſis & fabis poti bullientis: ſic cor feruens in confeſſione emittit ſpumam peccatorum, nec retinet muſcas cogitationum: & breuiter quicquid latebat interius, prodire facit exterius. Pſal. 118. Confitebor tibi in directione cordis. Quod fit quando pœnitens illũ ſolum cui peccauit, ex amore attendit. Merces enim huius medici non eſt niſi oſtenſio infirmitatis. ſ. quomodo, & quando, & quot fuerunt acceſſiones cum deſiderio ſanandi, & propoſito ſeruãdi dietam. Amor autem iuſtitiæ maximè oſtenditur in veritatem dicendo, quam maximè diligit Deus. Pſal. 50. Ecce enim veritatem dilexiſti, veritatem. ſ. confeſſionis. Tertiò, requiritur pax & reconciliatio ad Deum, vt pacem facere cum Deo intendat non treugas, & propoſitum habeat firmum de cætero ceſſandi a peccato, nec plus impugnandi eum. Si quis. n. me offendiſſet & diceret, Parce mihi, ſed adhuc te offendere propono, potius me irritaret quam placaret. Sic qui proponit peccatum non ex toto derelinquere. Eſa. 60. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dominum, & miſerebitur eius: quaſi diceret aliter non. Similes. n. ſunt tales Iudæ proditori, qui oſculo tradidit filium hominis. Eccl. 1. Acceſſiſti malignæ ad Deum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia. Cæſarius recitat, ꝙ in Brabantia quidam dæmon hominibus peccata commiſſa non confeſſa improperabat: quem quidam deſiderans audire, ſed timens ne peccata ſua reuelaret, omnia confeſſus eſt ſacerdoti retenta voluntate peccandi, & ex hoc ſecurior venit ad obſeſſum. Mox autem vt introſpexit, dæmon clamare cœpit in aere. Amice veni huc, certè benè te dealbaſti. Et ſtatim omnia peccata ſua licet confeſſa omnibus reuelauit, & quia erant turpia & vilia nimis, confuſus abſceſſit, & rediens ad ſacerdotem, quæ geſta ſunt retulit, & confeſſionem iterauit, cum firmo propoſito abſtinendi & perſeuerandi in bono.

Propoſitum ceſſandi a peccatis requiritur in pœnitente.

Et eo domum in qua dæmoniacus erat audacter intrante, dixit quidam de circunſtãtibus dæmoni. Ecce amicus tuus. Quibus ille. Quis eſt ille? Dicunt illi, Cui pauloante tam turpia peccata exprobraſti. Reſpondit dæmon. Ego nihil iſti improperaui, neque de eo aliquid mali ſcio, & exiſtimauerunt dæmonem fuiſſe mentitũ. Sicque per virtutem confeſſionis, euaſit notam maximè confuſionis. Et in hoc apparet ꝙ firmum propoſitum ceſſandi a peccato eſt confeſſioni neceſſariũ. Sed ſunt multi ſimiles latroni venienti ad patibulum, cui cum iudex compateretur intantum, vt etiam omnia ei idulgeret, & pęnitus liberaret, dummodo emendationem ſpõdere vellet, & latro reſponderet, ꝙ aliquo modo a furto ſe abſtinere non poſſet, cum furari eſſet ſibi ſummè delectabile. Hoc audito ſuſpenſus eſt. Conſimiliter eſt de multis, quibus eſt ita delectabile in peccatis permanere, ꝙ graue eſt eis ab ipſis retrahi, & tales hamo diaboli capiuntur ſicut piſces. Faciliter enim intrant, ſed non poſſunt exire. Sunt & alij qui cum Deo pacem faciunt, ſed cito relabuntur, quia non ſatis ſibi cauent, nec ſibi a caſu prouident. Veſtis enim lota & munda in principio ſolicitè cuſtoditur, ſed communiter paulatim non curatur, & ſordidari dimittitur. Tertiò, poſt confeſſionem debent ſequi tria. Primò, obedientia prompta ad confeſſorem. Secundò, gratiarum actio ad Deum. Tertiò, vox laudis in ſanctos Dei. Et hæc tria habentur. Eſa. 51. Gaudium & lætitia inuenietur in ea. i. in voluntate ad promptè obediendum, & gratiarũ actio & vox laudis. Primò, igitur requiritur vt ſit Deo ita deuotus ille qui confitetur, vt paratus ſit perſonæ confeſſoris tãquam Deo obedire, dicens illud. Pſal. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, & cum Paulo. Act. 5. Domine quid me vis facere? Aug. Ponat ſe pęnitens in iudicio ſacerdotis ſibi de ſeipſo nihil retinẽs, ut paratus ſit facere pro recipienda uita animæ quod paratus eſſet facere pro euitanda corporis morte, vt ſicut pro modica febre, vel infirmitate

B Obedientia. De obedientia quã debet pœnitẽs cõfeſſori.

ab-

abſtinet a vino, ſic faciat pro animæ ſalute. Pro conſilio medici abſtinet a carnalibus, amputat ſibi crines, ſed in domo, abſtinet a vano gaudio, vadit extra regionem, ſuos & ſua dimittens. Similia faciat ſi opus ſit, & id ſapiens confeſſor iudicauerit eſſe faciendum. Quomodo autem debet menſurari hæc ſatisfactio poſtea videbitur. Vnde debet dicere pęnitens illud Pſ. 59. Iuda rex meus, quia vitam ſuam regere debet ad conſilium confeſſoris, & debet eſſe confeſſor Rex & Dux eius, vt in bello ſpirituali & materiali confeſſor tamquam Dux præcedat, & tamquam Rex de homine diſponat. Ad hoc ſignificandum cum conſulerent filij Iſrael dominum quis eſſet de eis Dux in bello, reſpondit dominus, ꝙ Iudas & tribus Iuda præceſſit alias tribus mare tranſeundo, & Iudam conſtituit Mathathias Ducem præliorũ, quia nihil magis vincit diabolum, quàm confeſſio. Hinc Deut. 33. De Iuda dicitur. Manus tua in ceruicibus inimicorum. Ceruices inimicorum ſunt principia tentationum, quæ confesſio atterit. Secundò, debet Deo reddere gratiarum actiones pro confesſione facta pro abſolutione a ſuis peccatis, pro eiectione ſui inimici, pro infuſione gratiarum. Confeſſionem enim laudis præcedit confesſio criminis. Pſal. 74. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, ſequitur, & inuocabimus nomen tuum. Gloſſa. Poſt confesſionem poteſt inuocari Deus in hominem ſic mundatum, quia ſicut per confesſionem euacuatur malis, ſic per inuocationem impletur bonis. Confiteri etiam debet domino ſuper magnificentia eius, quando dominus abſoluendo peccatorem, magnus magna tribuit peccatori, dimittens ei omnia peccata, & faciens ipſum filium, & cohæredem Dei, ſuſcitans de puluere peccati egenum: vt collocet eum cum principibus, & ſoliũ gloriæ teneat. Pſalm. 110. Confesſio & magnificentia opus eius. Opus Dei eſt, ꝙ confiteatur, magnificentia, quòd ei omnia cõdonentur. Vna autem bonitas aliam requirit. Bonus dominus bonitatẽ infundit, quia dum ueritas orta eſt de terra cordis noſtri: iuſtitia de cœlo proſpexit, ideſt illuxit in corde peccatoris. Ideo debet gratias reddere, ne ingratus videatur. Ait enim. Pſal. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericorda eius. Audacter inquit, confitemini dño qa dicit parcite, parcite non balliuo, vel præpoſito qui dicit pendite, pendite. Ezechiel. 18. Nolo (inquit) mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & uiuat. Secundò, quia in æternum miſericordia eius. Ber. ſuper Cantica. ſermone 12. Deus noſter non pater vltionum, vel iudiciorum, ſed pater miſericordiarum rectè dicitur, eo ꝙ miſerendi cauſam ſumat ex proprio: iudicandi autem, vel vlciſcendi magis ſumat ex noſtro, & qui ante confeſſionem diceretur Deus vltionum, poſt confeſſionem dicitur Deus miſericordiarum. Ideo pro miſericordia facta, gratiæ ſunt agendę a peccatore. Quando enim mater Dei, vel aliquis ſanctus aliquem captiuum de carcere liberauit, viſitat captiuus eius eccleſiam gratias agens de beneficio, & oblationem faciens in ſignum miraculi, ibi dimittit vincula, vel compedes. Sic ex quo quis a vinculo peccati liberatus eſt, gratias agere debet Deo, qui eum a tali carcere liberauit, uinculaque quibus ligatus erat, inter manus ſacerdotis ipſum abſoluentis dimittendo. Et quanto grauiora confitetur, tanto magis laudat Deum, quia tanto magis laudatur medicus, quãto plus deſperabatur ægrotus. Nec prius celebratur in eccleſia in qua paganus, vt excommunicatus ſubterratur, niſi prius eijciatur & reconcilietur. Sic nec laudare digna eſt anima, niſi peccatum in ea ſepultum prius confeſſione eijciatur. Ad has autem gratias debitè perſoluendas, multum valet conſideratio peccatorum præteritorum confeſſorum, quomodo euaſit per Dei gratiam periculum ignis æterni: & quanta ſibi contulit Deus. Vnde Chryſoſtomus lib. 2. de compunctione. Si adducantur priora peccata, licèt dimiſſa ante oculos, ſufficienter incutere poſſunt animæ uerecundiam: & prouocare eam ad eius amorem qui tam multa conceſſit.

A Gratiarũ actio. De gratiarũ actione ꝑ liberatione a peccato.

Miſericordiarũ pater ẽ Deus.

Nam

Nam & Simon cum interrogatus a dño qui ex illis duobus debitoribus quibus ſenerator relaxauerat debitum plus eum diligeret, reſpondiſſet is cui plus dimiſit. Audiuit a domino. Rectè reſpondiſti. Oportet ergo nos recordari priora delicta, etiam ea pro quibus veniam conſecuti ſumus, vt intuentes quàm ingentem modum debiti remiſit nobis Deus, & amplius eum diligere poſſimus, & verecundiam pudoremq; concipere, atque ex his corde compungi. Conſiderantes ꝙ niſi miſeratio ipſius ſubueniſſet, tantum illud pondus peccatorum ſine dubio inferni pœnis nos oppreſſiſſet. Hæc Chryſoſtomus. Tertiò, debet beatisſimā Virginem, & Sanctos quos antea orauerat laudare. Propter quod fit confesſio beatæ Mariæ & omnibus Sanctis, cum quis incipit confiteri. Beatæ Mariæ, q̃a ipſa eſt Regina & domina in curia miſericordiæ. Ideo ei canit eccleſia mater miſericordiæ, quia per ipſam impetratur indulgentia, & ſanantur vulnera peccatorum, in ipſa enim vnguentum ſanitatis acceptum eſt ipſe Chriſtus, qui dicitur vnctus. Aug. Tu domina cella es aromatica, ex qua vulnerum noſtrorum defluxit medicina. Per te obtinent miſericordiam miſeri, gratiam ingrati, veniam peccatores. Bernardus. O homo ſecurū habes acceſſum ad patrem: Filium habes ante patrem, ante filium matrem. Mater oſtendit filio pectus & vbera, filius oſtendit patri, latus & vulnera. Nulla poteſt eſſe repulſa, vbi tot occurrunt charitatis inſignia. Secūdò, quia ipſa nominata in confesſione, fugat dæmones, ne confesſionem pronuntiantis impediant. Bernardus. Non tantum timent hoſtes caſtrorum bene ordinatam aciē, quantum timent dæmones Mariæ nomen. Ad ipſum enim fluunt, & pereunt, ſicut cera a facie ignis. Exemplū ad hoc de domina Romana, quę filium quem de proprio filio conceperat, in latrinam proiecit, & coram Imperatore Romano a diabolo in ſpecie cuiuſdam magiſtri accuſata de crimine iſto, cum antea maximè foret reputata per confesſionē, & per beatam Virginem fuit liberata. Nā

B Maria. Qūo beata Virgo Maria peccatores iuuat ad confitendum & ſimiliter oēs Sancti.

poſtquam confeſſa fuit beatisſima Virgo in ſpecie ipſius domine Romanę coram Imperatore, diabolo ſe obtulit. At ille clamare cępit eſſe ibi matrem Domini, quę omnino erat innocens, & ſic ab illo vituperio liberata eſt. Omnibus etiam Sanctis fit confesſio. Primò, quia Sancti iuuant peccatorem ad impetrandam veniam a Deo, ſicut dicitur in oratione de omnibus Sanctis vbi orat eccleſia, vt deſideratam nobis tuę propiciationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Ber. Diligenter ciues cœleſtis patrię conciues ſuos ſolicitè cōfortant, inſtruunt, prouidentque omnibus his, qui hęreditatem capiunt ſalutis. Secundò, quia peccator omnes Sanctos offenderat, & habebat contra eos bellum. Quod apparet, quia peccator remanēs in mortali, retinet omnia eorum corpora in carcere, & retardat eorum reſurrectionem quātum in ſe eſt Apoc. 6. Clamant ſancti vindica ſanguinem noſtrum. Poſito enim ꝙ omnes qui debēt eſſe in iſto numero iam eſſent, & vnus deficeret ſolus, retardet eos quantum in ſe eſt quamdiu eſſet in mortali. Et forte modo ſi omnes qui ſunt in mortali eſſent extra, forte impleretur numerus electorum. Ideo debet peccator eos placare confitendo eis fideliter, & maximè quia multum gaudens de ſua conuerſione & confeſſione. Iuxta illud. Gaudium magnum eſt Angelis Dei ſuper vno peccatore pęnitentiam agente, & poſt confesſionem pro impenſo adiutorio gratias eis agere.

Confeſſio cōis cū Dei inuocatione, et Mariæ Virginis, & omniū Sanctorum cur fiat ante peccatorū confeſſionē.

Sermo 17. de pœnitentia, & de confeſſione 11. per thema præcedens.

C Primogenitū. De interemptione triū primogenitorū Aegypti .ſ. Pharaonis, ancillæ, & iumentorum.

Sicut filij Iſrael non ambulauerunt viam trium dierum in ſolitudine, niſi percuſſis omnibus primogenitis Aegypti, ſic nec nos niſi omnibus illis percuſſis. Exo. 10. Media nocte īgrediar Aegyptum, & morietur omne primogenitum Aegypti, a primogenito Pharaonis qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt ad molam, &

omne

omne primogenitum iumētorū. Ex quo paret tria eſſe primogenita Aegypti .ſ. Pharaonis, ancillę, & iumentorū. Omne autem primogenitum in terra Aegypti moritur quando omne genus peccati ab anima expellitur: ita ꝙ in aduentu domini in corde nullum remanere poreſt. Primogenitum Pharaonis eſt ſuperbia, primogenitum ancillæ, cupiditas, primogenitum iumentorū, luxuria 1. Io. 2. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Cum ergo omnes peccatores ſint filij diaboli, & genimina viperarum. Mat. 3. Inter alios primogenitus eſt ſuperbus, quia ſuperbia eſt primum vitium. Eccl. 10. Initiū ſuperbiæ hominis apoſtatare a Deo. Hīc cuidam ſuperbo dictum eſt. Agnoſco te primogenitum Sathanæ. Primogenitus in lege naturæ primum locum habebat in poſſeſſionibus, & in omnibus duplicē portionem. Sic & ſuperbus, non eſt ęqualitate contentus, primas cathedras amat in foro. Luc. 11. Primos accubitus amat in cœnis. Mat. 23. Et præ alijs promoueri aſpirat. Ideo dicitur, qui ſedet in ſolio eius. In quo verbo duo dicit. Primò, in ſuperbo quietem cum dicit ſedet, & gloriam cum dicit in ſolio, quæ duo deſtruit in ſuo aduentu. Nam quietem eorum conuertit in laborem, oſtendens ſe natum ad laborem, & gloriam in ignominiam. Oſeæ 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Super hoc ſolium non venit dominus ſedere: immo cum vellent eum rapere in regem, quaſi euitans ſolium Pharaonis effugit. Sed primogenitus ancillæ eſt cupiditas, hinc Abraam filijs ancillarū dedit munera. Iſaac filio libere hæreditatem reſeruauit. Quibus ergo dominus temporalia largitur, videtur filios ancillæ reputare, & non hæredes vitæ æternę Gregorius. Numos pueris ſubtrahimus quibus hæreditatem reſeruamus. Sic & dominus temporalia electis. Et bene additur, ꝙ hæc ancilla eſt ad molam, quia ipſa eſt filia Babylonis miſera. Eſa. 47. Filia Babylonis tolle molam, mole farinam. Farinam molit, quando violentia diuitum pauperes atterit, & quaſi in farinam delicatam eos qui futuri ſunt cibus domino redigit. Eſa. 3. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Eſt ergo cupiditas ad molam in præſenti, quia molit, & erit in futuro, quia moletur, & ita ſemper ad molam. Apoc. 18. Tulit Angelus lapidem molarem, & miſit in mare dicens. Hoc impetu mittetur, ſcilicet in infernum Babylon illa ciuitas magna, & vltra iam non inuenietur mola illa molēs pauperes, quæ dicit. Sap. 2. Opprimamus pauperem iuſtum, ſed potius moletur & opprimetur. Malac. 4. Calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum. Sed primogenitum iumentorū eſt luxuria. Iohel. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Mortalis concupiſcentia eſt eius quaſi primogenita, venialis quaſi minor natu, ſed dicitur primogenita dignitate non tempore. Primogenitum tempore ſunt primi motus, qui non ſunt in poteſtate noſtra: quos dominus nō interficit, ſed reprimit. Pſal. 136. Beatus qui tenebit, & allidet, &c. Alteram autem quæ eſt primogenita ex toto interficit. Exo. 21. Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Cum iumento coit, qui luxuriæ mortali conſentit. Iumentum interficitur, quando per pęnitentiam, luxuria mortalis mortificatur. Vt autem liberè poſſimus exire Aegyptum, & ire uiam trium dierum in ſolitudine pœnitentiæ, eam adeamus, quæ caput ſerpentis contriuit, & per conſequens Aegypti primogenita, quam ſalutabimus dicentes. Aue.

Superbi proprietas.

Sed quis circa prædicta dicere poſſet, confiteor, & ſæpe confiteor, & neſcio ſi benè confeſſus ſum, neſcio ſi viam triū dierum benè ambulauerim. Quale ergo mihi ſignum erit, ut cognoſcam me integrè & deuotè confeſſum? Si ſignum quæſiuit Gedeon de uictoria inimicorū, quare ſignum non quæram de uictoria inimicorum meorum mortiferorum? Reſponſio. Signum hominis benè confeſſi aliud ſumitur ex parte cōfeſſoris, aliud ex parte confitentis. Confeſſor autem hoc modo cognoſcere poteſt pœnitentem

A Cōfeſſio. Quo cōfeſſor cognoſcit hominē eſſe vere confeſſum.

tem eſſe benè confeſſum, quia aut confitens eſt grandis peccator, & tunc ſignũ eſt confeſſionis integrè quando groſſiora peccata confeſſus eſt ex corde. Argumentum enim probabile eſt, ꝙ nulla minora dimitteret, quando tam grauia cõfiteri non erubeſcit. Medici enim per pulſum & vrinam cognoſcunt infirmitatem, & ſanitatem corporis: Deus intuendo cor; ſacerdos per linguam. Si vero confitens non exiſtimatur grandis peccator, & ex corde confitetur, nec ſe excuſar, ſignũ eſt perfectè confeſſionis. Quia enim infirmitas peccati eſt in corde, neceſſe eſt vt ex corde loquatur. Signum enim eſt ſanitatis febris, cum ſcabies eſt in ore, & ſignum parationis uini ſi feces aſcendant ſurſum, & ſint iuxta orificiũ. Sic in confeſſione taliter facta, ſignum eſt ſanitatis peccatoris. Iob 33. Os meũ replebo increpationibus, ſicut illa Noemi quę dicebat, Ruth. 1. Egreſſa ſum plena, ſcilicet uitijs, ſed vacuam me reduxit dominus ab eis. Ex parte confitentis triplex ſignum in ſe cognoſcere poteſt, ꝙ integre confeſſus eſt. Primum eſt quãdo intrinſecus in conſcientia ſe ſentit ab onere peccati & iugo diaboli leuigatũ. Dicunt enim homines frequentius quãdo bene confeſſi ſunt, ꝙ videtur eis ꝙ ſint a magnis ſarcinis, aut quaſi ab oneribus magnæ turris, aut lapidis molaris exonerati. Sonabat cithara, & ſpiritus malignus a Saul recedebat, & alleuiabatur, quia ſonante cithara confesſionis, fugit diabolus, & alleuiatur mens peccatoris. Sentit.n. vulneratus ſe alleuiatum, quando e vulnere putredo exijt. Bernar. Libet admirari, quàm leue ſit iugum domini. An non leue eſt quod non ſolum non grauat ſed leuat? Quid leuius eo onere quod non ſolum non onerat, ſed portat hominem, cui portandum imponitur? Hoc autem ſignum maximè percipitur, cum conſcientia nõ amplius remurmurat. Sap. 8. Attingit a fine vſque ad finem fortiter conſiderando uitam ſuam, & eam per confeſſionem manifeſtando ab initio uſque ad finem nihil omittendo, & ſic diſponit omnia ſuauiter in conſcientia ſua. Talis enim conſcientia ſuauis eſt, & propter hoc a uiris timoratis ſæpe fiunt generales confeſſiones. Preterea, ꝙ confeſſio alleuiet conſcientiam patet, quia exonerat peccatorem ab onere peccati. Nihil autẽ eſt peccato ponderoſius. Probatur, quia ſi maſſa ferrea, uel plumbea (licet multum ponderoſæ naturæ eſſet) caderet deorſum, terra eam ſuſtineret. Spiritus verò Angelici cum nihil ponderoſitatis habeant in natura ſua, tamen ſtatim quando peccauerunt in cęlo, nec firmitas firmamenti, nec ſoliditas terræ, nec alia creatura corporea, potuit eos retinere, quin caderet vſque ad inferni nouiſſima. Luc. 10. Videbam Sathanam ſicut fulgur de cęlo cadentem, & hoc ſolum ratione ponderoſitatis peccati. Similiter nihil leuius eſt anima, quæ eſt ſine peccato, quæ cum exuitur a corpore in momento in ictu oculi ibi peruenit, ubi aquila aut auis quæcumque ſit, non poſſet toto tempore vitæ ſuæ peruenire, vel tranſuolare, ſcilicet vſque ad cęlum empyreum. Mala vero econtrario, quia exuta a corpore, non ceſſat quouſque perueniat ad inferni profunditatem, vbi lapis multo tempore nõ perueniret. Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Pſal. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Præterea qui portat peccatũ, portat diabolum, quo nihil ponderoſius. Exemplum in dialogo Gregorij de diabolo ſedente ſuper lapidem, qui non poterat moueri, ſed fugato diabolo per orationem ſancti Benedicti, ita faciliter mouebatur, quòd nihil ponderabat. Ideo nil mirum ſi uerè confesſi, poſt confesſionem ſe ſenſibiliter ſentiunt exoneratos. Heb. 12. Deponentes omne pondus, & circunſtans peccatum. Si mitigatio eſt quibuſdam amicis ſuis oſtendere infirmitatem a quibus nihil commodi reportare poſſunt, quanto magis ſummo & pijsſimo medico? Ideo Dauid aiebat. Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum, ſana animam meã, quia peccaui tibi, idest confiteor me peccaſſe. Nihil autem leuius confesſione. Quæ enim

B Cõfeſſio. Confitẽs triplici ſigno ſe cognoſcere poteſt verè eſſe cõfeſſum.

Peccati ponderoſitas maxima.

Cõfeſſio leuis eſt medicina.

enim medicina leuior eſt ægroto, quàm ſolo verbo curari? Propter quod Deus ſciens multos minus curare de ſanitate animæ quam corporis, medicinam animæ non obtulit eis caram, neque venalem, neque difficilem, ſciens ꝙ multi nolunt eam, nec emere, nec ſuſcipere, ſed gratis offert facilem. Herba enim iudaica (vt dicit Auicenna) omne venenum expellit, quod interiora diſponit.

C Confeſſio. Gaudiū pœnitentis in cōfeſſione ex quatuor cauſatur.

Secundum ſignum conſurgit ex primo, gaudium, ſcilicet intrinſecum in anima, & exterius quaſi in vultu apparens, ſecundum ꝙ protractiones linearum faciei ſigna ſunt paſſionum quæ ſunt in anima. Homo enim in peccato mortali exiſtens, niſi ſit extremè demens, quaſi ſemper eſt melancholicus, & hoc propter timorem damnationis æternæ, quam die & nocte reformidat, propter quod aliqualiter in vultu immutatur, & nihil etiam magis medicos corporis iuuat, quàm bona conſcientia languentis, quæ omnino melancholiam interimit. Defectus enim in anima multos humores cauſant in corpore, ideo ceſſante peccato, ceſſat timor & melancholia, & ſequitur gaudium intus, & extra ex bono opere, & electione mali hoſpitis peccati, vel diaboli. Bonam quippe dietam facit, qui de malo hoſpite ſe liberat. Superueniēte enim bono hoſpite, ſcilicet Deo, in illa domo gignitur gaudium. Pſalm. 75. Notus in Iudęa Deus, id eſt in confitente. Non ſic fecit ille de quo narrat Guil. Abbas ſancti Germani, qui remotus ab officio regio, pęnuria ductus, ſe dæmoni dedit qui dæmon promiſit ei maiora ſe daturum, & dabat ſibi 36. annos induciarum. Poſt modum factus eſt theſaurarius Franciæ. Cum autem ſuperueniret terminus 36. annorum nulla inde pęnitentia facta, ſuperuenit dæmon qui ei prandenti in ſuburbijs Pariſienſis ciuitatis, cum multitudine magnatum mandauit vt ad eum veniret. Qui caſum intelligens rogauit dęmonem vt paululum expectaret. Cui dæmon. Si feceris vt vxor tua ſe dedat mihi, dabo iterum vobis 36. annos ad pęnitendum. Qui vxorem ducens in ſolario domus, ſuadebat ei vt voluntati dæmonis conſentiret. Qua nolente, ille ultra nuſquam comparuit, & vxor eius perterrita poſt octo dies obijt. Et dicit idem Abbas, quòd ſæpe vidit eum hominem melancholicum & pallidum, quaſi in facie eius appareret hoſpes illius. Hæc acta ſunt circa annum milleſimum quadringenteſimum. Secundò, conſurgit iſtud gaudium ex alleuiatione conſcientiæ. Nam ſicut nimio onere onuſtus, in collo non facit bonum vultum, ſed cachinnat: ſic onuſtus peccatis in conſcientia, non habet veram lætitiam in corde, ſed apparentem: ergo exoneratus gaudet. Pſalm. 121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, de ſpe veniæ & miſericordiæ Dei: & hoc in confeſſione: & propter hoc in domum domini ibimus, ſcilicet æternam. Quantam præcor lætitiam habet infirmus, quando medicus dicit ei certè viues? Quantam habere latro quando ad eccleſiam euadit eos fugiens, qui eum ad patibulum ducunt? Ideo qui tales ducunt diligentius cuſtodiunt, & tenent eos quando eccleſijs appropinquant. Ita diabolus circa quadrageſimam fortius peccatores tenet & plus tentat. Quantam inſuper lætitiam habet homo multis debitis obligatus, quando ſe ſentit deobligatum? Non poteſt enim homo non triſtari quando perdit, non lætari dum lucratur. In actu peccati, perdit homo omnia opera ſua bona, & vitam æternam: in bono actu confeſſionis, recuperat omnia iſta. Et ſi in opere malo ſit, aliquod gaudium vel complacentia illa eſt momentanea, quam conſequitur triſtitia Iob 20. Gaudium hypocritę ad inſtar puncti. Tertiò, gaudium iſtud intrinſecum procedit ex euaſione periculi, & recuperatione omnium bonorum ante peccatum acquiſitorum, & poſt peccatum deperditorum. Ibi enim renaſcuntur crines Sanſonis, per quos recuperauit vires, id eſt opera

prius perdita, quæ reuiuiſcunt Eſt enim tali gaudium ſicut ei qui euaſit periculũ maris, & abyſſorum æternarum. Prouer. 14. Cor quod cognouit amaritudinem animæ ſuę. ſ. per confeſſionem in gaudio eius nõ miſcebitur extraneus. Nõ enim ex amaritudine peccati generatur gaudium, ſed ex recognitione. Peccata enim ſunt herbæ amariſſimę, de quibus non ſiunt niſi olera amara de quibus clamandum eſt illud. 4. Regum 4. Mors in olla. Sed prophetica farina, ideſt recognitio propriæ infirmitatis, & peccati, animam dulcorat. Cum enim incipit videre animam ſuam quaſi prius perditam, nunc in ſynceritate animi, & quaſi in portu lætatur: de quo Luc. 15. Mulier quæ perdidit drachmam, accendit lucernam, & quæſiuit eam: & ea inuenta dixit. Cõgratulamini mihi, quia inueni drachmã quam perdideram. Quartò, conſurgit gaudium illud ex partu iniquitatis: ſicut gaudium eſt mulieri parienti, prius in partu laboranti, de quo Io. 16. Mulier cum parit triſtitiam habet, ſed cum peperit, non meminit præſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Eſt enim tale gaudium de partu noui hominis, in cuius partu quatuor ſunt dolor, labor, clamor, & gaudium. Primò enim eſt dolor de peccatis. Pſal. 47. Ibi dolores vt parturientis. Secundò labor in cogitando, & coaceruando, & ſcopendo ſpiritum ſuum. Tertiò clamor in confeſſione. Eſa. 66. Quæ conceperat cum appropinquat ad partũ, clamat in doloribus ſuis. Clamat enim anima confitentis in confeſſione, vt pariat nouum hominem in ſtatu gratiæ. E contrario verò reprobi, ſine dolore pariunt, aut labore, immò cum delectatione. Prouerb. 2. Lætantur cum male fecerint, licet ſibi pariant mortem. Iaco. 1. Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum, peccatum vero cum conſummatũ fuerit generat mortẽ. In quo cõparantur equabus, quæ (ſicut dicitur libro de naturis animaliũ) ſine dolore pariunt: & ſicut conceptum malum ſine dolore parturiunt, ita facile in bono conceptũ abortiuum faciunt, ſimiles equæ, quæ propter fumum candelæ extinctæ cogitur abortire, quando propter exemplum mali prælati a bono incæpto deſiſtunt. Nõ ſicut boni, qui pariunt anteq̃ veniant obſtetrices Aegyptiæ mulieres, qui non reſpiciunt ad opera prælatorum, ſed ad Deum qui dicit, quæ dicunt facite. Similiter impius peccatum ſuum celat in partu, & nõ clamat: Pſal. 113. Non clamabunt in gutture ſuo. Nec lætandum ẽ de tali partu, immo Iob 3. Pereat dies in qua natus eſt: Sed de bonorum partu dicitur, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & tunc ſequitur gaudium in conſcientia, quia natus eſt hõ in mũdo. Vñ clericus quidã tenuerat cõcubinam ſed pœnitẽtia ductus, dimiſit illã. Lõgo poſt tpe occurrit ſibi in via, & ait illi. Ego ſum illa, & ille ait. Ego nõ ſũ ille. Alter. n. factus erat in confeſſione, nouum quippe hominem induerat. Heſter. 16. Iudęis ideſt confitentibus noua lux oriri viſa eſt gaudium, honor, & tripudium. Lux de recognitione prętеritę uitę, gaudium de ſerenitate conſcientiæ, honor de Dei noua filiatione, tripudium in eccleſia de eius reconciliatione. Tertium ſignum ex duobus præcedentibus proueniens eſt, quando homo benè ſerenatus mente, & gaudens in conſcientia, promptus eſt ad mandata Dei facienda pluſquam ante. Signum enim ſani eſt poſſe operari. Dicit enim Philoſo. 4. de animalibus, ꝙ qñ membrum complet opus ſuum, abſque debilitatione, ſignum eſt, ꝙ eſt ſanum, ſicut oculus cum perfectè videre poteſt, nec propter hoc debilitatur. Sic membrũ Chriſti, ſi operationes debitas perficiat, & perficiendo nõ deficiat, argumentũ eſt bonæ ſanitatis. Præterea ſi oppoſitũ in oppoſito, & propoſitum in propoſito, vt ſi non confiteri integrè, neque facere opera Dei ſint ſignũ debilitatis, & infirmitatis, ſic contrarius actus ſignũ eſt ſanitatis. Primum aũt eſt ſignũ infirmitatis. Pſ. 31. Quoniã tacui inueterauerunt oſſa mea. Gloſſa magiſtri, quoniam tacui, quod non erat tacendum. ſ. confeſſionem peccati, inueteta-

Pariens mulier quatuor habet ſic peccator cõfitens.

A Confeſſio. Signum verè confeſſi eſt quando faciliter adimplet mãdata Dei.

terauerunt oſſa mea.i.interior fortitudo defecit:& ſi contra feciſſet, innouaretur virtus robuſta in domino. Tacuit unde proficeret,non tacuit vnde deficeret. Tacuit confeſſionem, clamauit demeritis præſumptionem. Sana membra medico oſtendebat,& vulnerata tegebat,& ideo nō fuit curatus, ſed inueteratus.i.in vetuſtate vitæ remanſit. Hæc ille. Tacuit .n.diſsimulans confiteri,ideo debilitatæ ſunt vires animę interiores ad reſiſtendū peccato. Et ratio eſt, quia peccatum habet vim conſumptiuam, ideo occultatū eſt ſicut ignis incluſus in ſinu. Prouer.6. Nunquid poteſt homo abſcondere ignē in ſinu ſuo, vt veſtimenta eius non ardeant? Amb.ſuper Pſal.36. Peccatorum morbus dum tegitur inardeſcit, ſed confeſſione proditus euaporat. Eccl.26. Eſt tacens non habens ſenſum. Iſte autem ignis magis accenditur, ſi eo occultato vento iactantiæ vel murmuris,vel excuſationis clametur. Nec ſolum eſt ſignum infirmitatis, ſed proximæ diſpoſitionis ad mortem animæ. Vetuſtas enim eſt morti proxima. Heb.8. Omne quod antiquatur & ſeneſcit, prope interitum eſt. Pſ.6. Inueteraui inter omnes inimicos meos.i.inter omnia peccata mea,quibus nulla eſt maior inimicitia. Fit enim homo per confeſſionem ad omne opus bonum facilis. Dicit.n.Ariſto.lib.1.de vegetabilibus, ꝙ arbor ſterilis effecta propter duritiam corticis, ſi ſcindatur ad radicem,& lapis ſciſſuræ apponatur,qui ſm Albertum vulnus teneat apertū, vt recedat humor ſuperfluus, redditur fertilis. Sic arbor ſterilis duræ corticis peccator duræ ceruicis, vt fertilitate bonorum operum fulgeat oportet in radice quæ in homine ori cōparatur per quod aſſumitur nutrimentum ſuccidi,& aperiri per confeſſionem,& ſic teneri apertum,donec omnis humor peccati ſuperfluus exierit. Quod ſi manet humor ille incluſus,omnino ſterilis efficitur. Prouerb.26. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur.

Sermo 18. De pœnitentia: & de confeſſione 12. per thema præcedens.

B

QVi neſcit quo eat,neſcit quam viam tenere debeat, qa cognitio finis vię dirigit in electionem vię, & error circa finem vię errare facit circa electionem vię. Inde eſt ꝙ reprobi qui neſciūt quo tendant, circa electionem vię maximè errant, & hoc patet. Primò teſtimonio reproborum,qui iā ſunt in inferno. Fortiſſimum autem teſtimonium,cum quis contra ſe perhibet teſtimonium. Ignis enim inferni tales excitat, & aperire facit oculos,vt veritatem recognoſcant dicentes illud. Sap.5. Errauimus a via veritatis,& lumen iuſtitię,non illuxit nobis. Latrones cum torquentur veritatem cōfitentur. Sap.2. Contumelia & tormento interrogemus eum. Secundò,ex ſtultitia eorum apparet. Simpliciter ſtultus eſt qui ignorat quod debet fieri,ſed pluſquā ſtultus eſt & quaſi inſanus, qui ignorat, & neſcit ſe ignorare. Talis ſtultus eſt,& credit ſe ſapientem eſſe,qui tamen multum longè eſt a ſapientia. Cum enim credit ſe hr̄e eā,nō quęrit eā,nec acquirit: & cū ſtultitiā ſuā reputet ſapientiā,pro nullius ſapiētia eā relinquit. Vnde de talibus Greg. Tanto a Dei luce lōge ſunt, quanto apud ſe humiles non ſunt. Prouerb.23. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri,magis ſpem illo habebit inſipiens. Mira cæcitas eorum, qui nec cæcitatem ſuam vident. Sed & hæc ſtultitia,& pluribus apparet. Primò circa ſua; quia pro modica delectatione,hæreditatem ſuam,ſ.cœleſtem,ſicut Eſau. Gene. 25.amittunt. Inde de peccato mortali dicitur Iob 20. ꝙ eſt ignis vſque ad conſumptionem deuorans. Sic filius prodigus deuorauit omnem ſubſtantiam ſuā. Secundò, ſtultè ſe habet talis circa ſua, qui ſuper ſpinas peccatorum ſeminat. Vna enim ſpina peccati mortalis omnia ſuffocat. Hiere.4. Nolite ſerere ſuper ſpinas. Tertiò, circa ſuos fatuè ſe habet, interficiens eos per malum ſuum exemplū. Quartò, circa ſe manum in ſeipſum inijciens & occidens. Sap.16. Homo per

Reprobus. Via. Reprobi ambulāt viam ſatuorū.

maliciam ſuam occidit animam ſuam. Quis inſanum non reputet illum, qui requiſitus quò eat, dicit, vado ſubmergere, vel ſuſpendere me? Qui in peccato mortali eſt, quotidie facit vnam dietam ad infernale ſuſpendium. Quis inſanum non dicat qui ſpinos vnde comburendus eſt voluntariè congregat? Quartò, oſtenditur hæc inſania per ſigna, quæ in inſanis ſolent inueniri. Quandoque enim i illis inuenitur nimius riſus, ſicut in phreneticis. i. nimia voluptas. Prou. 1. Lætantur cum malefecerint in alijs eſt timor immoderatus, ſicut in maniacis. Leuit. 26. Terrebit eos ſonitus ſolij volantis. Quod accidit in illis, qui pro verbis hominum dimittunt ſeruire Deo. In alijs eſt ira immoderata, ſicut in arrepticijs qui Deum blaſphemant, & ſibi, & chariſſimis ſuis maledicunt. In alijs eſt inſania ſimilis inſano illi, qui credebat caput non habere, cum tamen videret, biberet, comederet, & audiret. quę tamē a capite dependent. Hi ſunt qui ſic ſe habent ac ſi animam non haberent, ſed tantum corpus: non credentes animam immortalem, ſed de ſolo corpore curantes & voluptatibus eius, & de anima nihil. Nos autem in itinere huius vitæ non ſequamur inſanos & ſtultos, ſed ſapiētes. Vnde cum diſputaret Plato de immortalitate animæ, nec demonſtratiuam rationem pro ea concludenda habere poſſet, cenſuit in ea re magis ſequendos eſſe ſapientes quàm ſtultos. Stulti autem dicunt eam mortalem, & ideo hic voluptuosè viuere volunt, vt patet ad longum. Sap. 2. Sapientes econtrario. Propter quod concluſit Plato animam immortalem eſſe, & magis quam voluptati vacandum eſſe virtuti. Sic vacauerunt viri Sancti a principio eccleſię: ſic & beata Virgo, quam ſalutabimus dicentes. Aue.

Inſanorū ſigna.

A Cōfeſſio. Cōfeſſio debet eſſe fide plena.

De ſexta conditione confeſſionis dicturi ſumus in preſenti ſermone, qualiter cōfeſſio dēt eſſe fidelis. Fidelis aūt dicitur vel a fide, vel a fidelitate. Primò igitur requiritur, ꝙ fidelis a fide, ita ꝙ fidem habeat pęnitens, ꝙ ſi verè confeſſus ſit remittūtur ei omnia peccata ſua. Eſt enim fidei articulus, contentus in ſymbolo Apoſtolorum. Credo in remiſſionem peccatorum, quæ ſi fuerint mortalia non niſi per ſacramentum baptiſmi aut pęnitentiæ remittuntur, maximè in confeſſione in qua peccata declarantur. Aeger enim oſtendit vulnera medico, quia per eum credit & ſperat conſequi ſanitatem: & pauper morbum ſecretum diuiti, quia ſperat inde eleemoſynam conſequi: quia vbi inuenitur maior miſeria, locum habet maior miſericordia. Vulgo dicitur. Qui indulgentiā non credit, remiſſionem non recipit. Dixit enim dominus mulieri Chananeæ. Magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis, & ſic ſanata eſt eius filia ex illa hora. Mat. 15. Si verè confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus dominus, vt remittat peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate. Sed multi de uulneribus corporis curant, quia credunt poſſe ſanari, & de vulneribus animæ nihil, quia non credunt. Sine fide autem impoſſibile ē placere Deo. Heb. 11. Pſ. 32. Omnia opera eius in fide. Chryſoſtomus de reparatione lapſi. Non enim ſola corporis vulnera, ſed & animæ ſi negligantur inferunt mortem. Et nos tam ſtulti erimus vt corpori ſi vulnus eueniat, adhibeamus continuò medicinam: in nullo vero animæ vulneribus medeamur. Et quidem in vulneribus corporis ſunt multa quæ ſanari omnino non poſſunt, & tamen non continuò deſperamus, ſed quantum fieri poteſt adhibemus diligentiam, etiam ſi audiamus a medicis, quòd huiuſmodi vulnus medicamento ſanari non poſſit. Inſiſtimus tamen, & obſecramus, vt aliqua ſaltem ſolatia nobis medici & aliquid ſuſtentationis exquirant. In animæ verò vulneribus, vbi nihil eſt inſanabile, ſic negligimus, & nihil ad animi ſolicitudinem reuocamus, ignorantes, quia ſi animam negligamus, nec corpus ſaluare poterimus. Hæc Chryſoſtomus. Sed quòd debeat credere, & ſperare hanc peccatorum remiſſionem oſtenditur Iohel. 2. Cum dicitur. Conuertimini ad dominum Deum veſtrū, quia benignus & miſeri-

Inſania Chriſtianorum.

B Fides. Tres cauſæ confidētiæ remiſſionis peccatorum.

cors eſt,patiens & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia. In quo notantur tres cauſæ confidentiæ in eo. Primò, quia vocat & reuocat peccatorem, quia benignus & miſericors. Secundò, vocatum & non uenientem patiẽter expectat,quia patiens,& multæ miſericordiæ. Tertiò,quia credenti & venienti libenter indulget, quia præſtabilis ſuper malitia. Omnia(inquit Marc.9.)poſſibilia ſunt credenti. Primò igitur peccatorem ad pœnitentiam frequenter vocat, & reuocat,ſicut ipſemet teſtatur.Mat.9. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pęnitentiam. Si aliquis pauper multum offendiſſet Regem, & Rex primò vocaret eum, & rogaret ad pacem,maximum ſignum oſtenderet benignitatis:& cum maiori fiducia veniret pauper ad eum. Sic dominus & tota curia cęleſtis tam dulciter hortantur animam peccatricem ad pęnitentiam,dicentes. Reuertere reuertere Sunamitis,reuerte reuertere vt intueamur te.Quater dicit reuertere,propter quatuor genera peccatorũ. Reuertere,inquit,a peccato prauæ cogitationis,locutionis,operationis, & conſuetudinis. Vel reuertere per cordis contritionem,oris confeſſionem,operis ſatiſfactionem,& ſanctę vitę continuationẽ. Vel quater eos reuocat, per inſpirationem, per prædicationem, per beneficiorum largitionem,& per tribulationem. Primò,quidem vocat quaſi ſubmiſſe bonum propoſitum inſpirando,& iſta eſt ſatis curialis vocatio.Sicut amicus primo vocat amicum ſuum in ſecreto,corripiẽdo eum inter ſe & ipſum ſolum,antequã coram alijs apprehendat eum.Et quia aliqui faciunt ſurdam aurem,ideo ſecundò vocat apertè per prædicationem qñ dicit.Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis.De hoc Bernar. Clamat caro, ego inficiam, clamat mundus,ego deficiam,clamat dæmon,ego decipiam,clamat Chriſtus,ego reficiam:Vide quem ſequeris.Sed quia adhuc iſto duplici modo pauci veniunt ad eum,ideo quaſi adulando vocat per beneficia quæ quotidie confert,ſicut mulier vocat pullos & porcos ſpargendo coram eis grana.Sed multi ſunt ſicut porcus,qui dum colligit glãdes, nunquam reſpicit ſurſum,ſed ſemper comedens habet muſellum in terra, ſic multi Dei perficiunt beneficia,nec tamen recogitant,aut gratias agunt,immo venire contemnunt.Prou.1. Vocaui,& renuiſtis. Sed cum non poteſt his modis reuocare, vocat quarto modo violentiã inferendo. Sic vocauit Iob in perſona peccatoris.Iob 14. Vocabis me,& ego reſpondebo tibi. Sic puer cum a magiſtro percutitur,ad eũ reſpicit, & ſe vertit. Sic multi per tribulationes reuertuntur ad dominum. Dominus enim facit ſicut mulier, quæ quando videt filiũ ſuũ in aliquo periculo iuxta ignẽ vel aquã, & non vult redire ad eius vocationẽ,currit,& accipit eum velociter per ſcapulas licet plorantem & renitentem, & elongat eum a periculo. Sic facit dñs per infirmitates & tribulationes, q̃ ſunt quaſi calcaria quæ faciũt equum feſtinare.Pſ. 15.Multiplicatæ ſunt infirmitates eorũ, poſtea accelerauerunt. Secundò,vocatũ & non venientem patienter expectat ad pęnitentiam.Eſa.30.Propterea expectat dñs,vt miſereatur noſtri. Contra primũ hominẽ ſtatim qñ peccauit data eſt ſententia mortis in curia iuſtitiæ,ſed miſericordia ibi ſuſpendit eam,dicens.Ezec. 18 Nolo mortem peccatoris,ſed vt magis conuertatur & viuat. Non ſic fecit primo Angelo & ſibi adhærentibus,qñ peccauit,ſed ſtatim in infernum præcipitauit. Luc.10. Videbam ſathanam ſicut fulgur de cęlo cadentẽ.Sic ꝑ iuſtitiã poſſet facere hoi,& tñ ſuſtinet ꝑ multos annos,vt faciat miſericordiã.Thrẽ.3.Miſericordiæ dñi,quia non ſumus conſumpti. Diu expectauit latronẽ,quia vſque ad crucem.Aug.Nolite negligere,quia nos pius dñs peccantes ſuſtinet, quia quãto diutius expectat vt emendetis,tãto grauius iudicabit ſi neglexeritis. Tertiò.debet confidenter ad Chriſtum venire,qa credenti & veniẽti libẽter indulget. Ad hãc confidentiã nõ puenerũt Iudas,nec Cain,qui deſperauerunt de venia. Ideo Apoſtolus Heb.12. Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Fidelis enim eſt,qui repromiſit ea,quę ſperamus.

C
Reuerti.
De quatuor modis reuertẽdi ad dominum.

Vocat Deus nos multis modis.

Spe veniæ habere debet pœnitens.

mus. Dicere autẽ ſicut Cain aut Iudas, ꝙ peccatum tolli non poſſit per pœnitẽtiam. vt dicit Tho.3. par.q.86.arti.1.in reſponſione, non niſi dupliciter intelligi poteſt. Aut quia de peccato pœnitere nõ poteſt, vt damnati in quibus non poteſt diſplicere peccatum in quantum eſt culpa,ſed ſolum inquantum eſt pœna,ratione cuius habẽt aliquam pœnitentiam licèt infructuoſam. Sap.5.Pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: & talis pœnitentia non eſt cũ ſpe veniæ,ſed cũ deſperatione. Sed tale nõ poteſt eſſe peccatũ viatoris hominis,cuius arbitrium flexibile eſt ad bonum & malum.Ideo dicere aliquod eſſe peccatũ in via,de quo quis pœnitere non poſſet, erroneum eſt. Tum quia per hoc tolleretur libertas arbitrij.Tũ quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ per quã moueri poteſt cor cuiuſcũque peccatoris ad pœnitendum. Iuxta illud Prouer.21.Cor regis in manu Dei eſt, & quocumque voluerit vertet illud. Alio modo poteſt intelligi, quia per pœnitentiam non poſſet deleri peccatũ, & hoc eſt erroneum.Tũc primo, quia repugnat diuinæ miſericordiæ. Vinceretur.n. quodammodo Deus ab homine,ſi homo vellet peccatũ deleri,quod Deus delere non vellet.Secũdò, hoc derogaret virtuti paſſionis Chriſti, per qua pœnitentia operatur,ſicut & cętera ſacramenta, cũ ſcriptũ ſit.1.Io.1.Ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris,nõ ſolũ pro noſtris,ſed etiã pro totius mũdi. Hæc Tho. Debet tñ peccator (vt dicit Altiſſiodorẽ.4 parte.) inter ſpẽ & metũ cõſtitui ne deſperet, aut etiam ne nimiũ de ſua iuſtitia pręſumat. Eccl.5.De propitiatione peccatorum noli eſſe ſine metu, quia (vt dicit) nullus peccato præſumptionis vel deſperationis peccat,q̃n erret in fide,quia ſi deſperat dicit.Maior eſt iniquitas mea, q̃ vt veniam merear, quod eſt errare in fide, euacuando vel diminuẽdo Dei miſericordiã. Si præſumit euacuat vel diminuit Dei iuſtitiã, quaſi dicendo. Deus non videbit nec puniet, quod eſt error in fide. Prouer.18.Impius cũ in profundũ peccatorum venerit,cõtemnit. Hęc Altiſsiodo. Dicat igitur pœnitens benè ſperando de venia illud Pſ.42. Quare triſtis es anima mea,& quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi. Et hoc ideo quia Deus duas habet filias maritandas. Vna vocatur abſque miſericordia. Oſeæ 1. Voca nomen eius abſque miſericordia. Secũda vocatur miſericordia. Prima nõ confitentibus & damnatis & obſtinatis maritauit.Secundam vero confitentibus vt per mulierem fidelẽ ſaluetur vir peccator & infidelis. Secundò,dicitur confeſſio fidelis a fidelitate: vt ſicut Deut.32. Deus fidelis & abſque vlla iniquitate, remunerans vltra condignum prędicatur: ſic peccator fidelis & abſque vlla iniquitate faciens ſuum computum & ratiocinium ad condignum,vt ipſe de ſe verum teſtimonium perhibeat.Quod quidem teſtimonium rarò verum perhibetur propter ignorantiam peccatorum: & hoc eſt grande malum. Aug.Peſſimũ peccatum eſt non intelligere peccata. Nullus magis inter peccatores plangendus eſt, quàm qui putat ſe non habere quod plangat. Cã aũt huius ignorantiæ ẽ quadruplex. Vna eſt ipſius peccati ſubtilitas & ſpũalitas. Dicit enim Iſid.12.Ety mol. ꝙ dipſas ſerpens qui inuaſit & extinxit multos de filijs Iſrael in deſerto. Deut.8. eſt tantæ exiguitatis,vt dũ calcatur vix videatur, cuius venenum citius extinguit quàm ſentiatur, ita vt facies præuenta morte, triſtitiam non inducat morituro.Sic eſt de multis peccatis quæ quo ad iudiciũ noſtrum aut nulla ſunt, aut paruiſſima, cuiuſmodi ſunt peccata ſpiritualia: quorum tamen venenum peſſimum eſt, quia prius extinguit & interficit quàm videatur: & hoc quia non intelligit peccator nec videt periculum. Pſal.18. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis, id eſt mihi,munda me. Iudicum 20. Non intellexerunt, ꝙ ex omni parte inſtaret eis interitus. Aug in ſermone quodam. Illa ſunt magis noxia, quę a quibuſdam non exiſtimantur peccata. Nullum.n.malum facilius decipit, quàm cum nõ videtur malum. Hæc autem ſubtilitas vitij, poteſt contingere dupliciter. Aut quia non

Peccator de omnib. peccatis veniam ſperare poteſt.

D *Confeſſio. Cõfeſſio dicitur eſſe fidelis a fidelitate.*

E *Ignorantia. Quadrupliciter cõtingit ignorare peccatũ.*

repu-

reputat malum quod malum eſt. Prouerb. 14. Eſt via quæ videtur homini recta, & nouiſsima eius ducũt ad mortẽ. Et hoc quandoque contingit in litteratis, propter aliquas rationes, quibus ſibi formant conſcientiam nequam, aut propter intellectus hebetudinem, quo quis diſcernere vix poteſt an ſit malum quod agit, & hoc in imperitis. Pſal. Ego ad nihilum redactus ſum & neſciui. De aliquo in nihilum redigitur peccator & ignorat, cum propter peccatum ſibi ſuſtollitur quicquid erat. Secundo modo, quia & ſi quis reputat malum, non tamẽ tantum quantum eſt, ſed reputat veniale quod mortale eſt, & ad pondus publicum ponderat opera ſua, non ad pondus ſanctuarij, quod ſtrictius eſt. Sicut in multis contingit, quæ communiter malè fiunt, quæ reputantur parua, quæ in iudiciũ Dei deducta ſunt peſſima. Secundò, ignorantia peccati ex mentis cęcitate contingit, quæ ex quinque cauſari ſolet. Primò, ex ſui amore, propter quod dicitur, ꝙ vnuſquiſque cęcus eſt in ſuo facto. Videmus enim in placitis foréſibus, ꝙ quælibet pars controuerſiæ ſibi adiudicat ius, & hoc ex affectu ad ſe. vnde Senec. in prouerbijs. Vbi eſt affectus, ne quæras rationem. Malitia enim eorum excæcauit eos. Secundò, ex amore ſuorum. Quiſque enim ſibi propinqua magna iudicat, quãuis parua ſint, & remota parua iudicat, q̃uis maxima ſint vt patet in ſtellis. Sic multi ſuos propinquos parentes multum exaltant in beneficijs & officijs, iudicantes eos cęteris perfectiores, quamuis nulli ſint, & perfectos viros & magnos, quia nihil ad ſe attinent nullos iudicant. Tertiò, ex ebrietate delectationum in rebus temporalibus. Sicut enim ebrius corporaliter, ſtatim ſomno oppreſſus, nec videt, nec apprehendit quæ circa eũ fiunt, ſic ebrius delectationibus tpalibus, nihil rectè iudicat. Ethic. 6. Delectatio furatur mẽtẽ ſpiſſe ſapiẽtis. Dicit. n. Philoſoph. lib. de problematibus ꝙ tacti ebrietate numerare non poſſunt, & hoc eſt ſignum maximũ ebrietatis. Sic multi ſua peccata numerare nõ poſſunt, nõ ſolum propter

Peccata difficilè intelliguntur.

A Cæcitas mentis. Cæcitas mentis cauſatur ex quinq;.

multitudinem, ſed etiam propter ebrietatis inſaniã. Ideo poteſt dici animæ peccatrici. Vſquequo ebria eris? Digere pauliſper vinum quo mades. Vinum enim eſt indebita delectatio quæ faciliter & multum inebriat. Sed vinum digeſtum, caput non lędit, nec ſua fumoſitate impedit: quia tunc mentẽ cogitatio nõ inducit in conſenſum. Sic cęcus ducitur lubricus in profundum malorum: ſic auarus nihil præter numum videns: ſed ſemper habens maculam in oculo. Pſal. 75. Supcecidit ignis, ſcilicet auaritiæ, & non viderunt ſolem iuſtitiæ. Quartò, procedit hæc cæcitas ex multitudine peccatorum. Tam denſę. n. ſunt tenebræ peccati in conſcientia, ꝙ nihil poteſt videre in ea. Pſal. 39. Circundederunt me mala quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meę, & non potui vt viderem. Tam palpabiles erant Aegyptiorum tenebræ, vt vir non videret proximum ſuũ. Sic tantæ tenebræ in eorum conſcientia ſunt, vt ſibi proxima peccata vel tempore, vel diſpoſitione nõ videant. Quintò, procedit hęc ignorantia ex debilitate intellectus pęnitentis, & rerum difficultate. Lazarus enim reſuſcitatus, adhuc erat ligatus facie ſudario, in quo difficultas videndi quæ recta ſunt intelligitur. Tertiò, ignorantur peccata quando de alienis fiunt noſtra. Pſ. 18. Ab alienis parce ſeruo tuo. Aliena autem peccata noſtra fiunt tripliciter. Vno modo per mali præſtitam occaſionem, & ſic nobis imputantur peccata, quibus dedimus occaſionem peccãdi verbo vel facto. Ideo Leuitici. 19. Coram cęco ne ponas offendiculum. Secundò, propter diſſimulationem, quia nõ impediuimus, vel nõ correximus vt debuimus. Sic peccata filiorum Heli, quia nõ correxit, ſed diſſimulauit, ſua propria reputata ſunt. Tertiò modo, per imitationem. 1. Timo. 5. Non communicare peccatis alienis. Sic prælati dum malè agunt, ſubditi eos imitantur, dicentes ſe bene facere, ſi faciant ſicut & eorum ductores. Hier. 16. Comederunt alieni robur meũ. Fama. n. robur quodãmodo eſt ad bene operãdũ. quod deuorant & comedunt qui propter

B Peccatum. Quõ aliena peccata, noſtra fiunt.

pter occaſionem præſtitam delicta committunt. Quotquot enim Machometum imitantur, damnantur: & peccatū eorum Machometo imputatur ſicut eorum duci. Quarto modo ignorantur peccata, quando habentur pro derelictis. Hoc autem fit quando obliuiſcimur eorum, aut propter diuturnitatem temporis quo hæc facta ſunt, aut propter memoriæ labilitatem: aut eorum memoramur, tñ propter doctrinæ defectum, aut experientiæ, peccata non reputamus, ſicut contingit in iuuentute, in qua multa committuntur peccata, quę propter defectum ſenſus, & experientiæ & doctrinæ non reputantur peccata Pſ. 24. Delicta iuuentutis meæ, ſubdit, & ignorantias meas ne memineris. Cum igitur tā multis modis ignoremus peccata, conſequens eſt, ut in timore Dei viuamus. Eccl. 5. De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu, non ꝙ timeat quis (ſi ritè confeſſus eſt) de remiſſione peccatorū. Hoc.n. eſt articulus fidei, ſed ſibi propter tot ignorantias timendum eſt, ꝙ nō ritè confeſſus ſit, vt ſic de ſe non præſumat. Licèt enim peccator pęnitēs non habeat conſcientiam remordentem de aliquo peccato, de quo non confeſſus fuerit, debet tamen conſiderare, ꝙ alia ſunt iudicia Dei, cuius oculi multo plus lucidiores ſunt ſole, contemplantes omnes vias hominis, & alia iudicia hominum. Hinc eſt quod dicebat Apoſtolus. Nihil mihi conſcius ſum, ſed nō in hoc iuſtificatus ſum. Has autē quatuor ignorantias tāgit ſanctus Iob cū dicit. Quātas habeo iniquitates & peccata, &c. oſtende mihi. Per iniquitates inæqualitates ad Deum & ad proximum intelligens ſecūdum modum humanum: quia ſicut per inæqualitatem humorum fit oculus cęcus harmonia diſſipata, ſic per inæqualitatem iuſtitię ad Deum & proximum, fit homo omnino cęcus in facto ſuo. Per peccata quæ (ſecūdum Ianuenſem) interpretantur quaſi pelicata, intelliguntur ea quæ quaſi fornicādo ex aliorum conuictu & coniunctione contraximus, per ſcelera quæ a celeritate dicūtur, intelligitur primus peccatorum motus. Illa.n. peccata ſubtilia celeriter penetrant, & inſenſibiliter occidunt. Vel per ſcelera peccata abominabilia quaſi celanda, eo ꝙ extra humanam naturam ſunt, & ignominiæ dicūtur, quia nec nominari debent. Per delicta verò, oblita & quæ derelicta quaſi videntur. Delictū enim quaſi derelictum dicitur, intelligit peccata omiſſionis, quibus derelinquimus, quæ facere debuimus.

Salus ī hac vita nō debet alicui eſſe certa.

Sermo 19. *De pœnitentia. Et de confeſſione.* 13.

C Reprobus. Quo reprobi vadūt viā triū dierū ad infernum.

SIcut ad reuertendum ad Deū itur per iter trium dierum in ſolitudine pęnitentiæ, ſic peccator auertendo a Deo, vadit iter trium dierum verſus inferni valde habitatam domum. Sicut enim mulier primò concipit, deinde parturit, tertiò parit, ſic anima peccatrix primò iniquitatē concipit ex diabolica ſuggeſtione, ſecundò parturit in ſtudioſa machinatione, tertiò, parit in operis perpetratione. Pſ. 7. Ecce parturit iniuſtitiā, ecce primū & concipit dolorē, ecce ſecundū & peperit iniquitatem, ecce tertiū. Affectus.n. terrenorum malū ſemel eſt, quod concipitur. Vnde Philoſophus li. de uegetabilibus. Nō puenit de facili de ſemine malo planta bona. Appetitus terrenorū malū ſemen eſt, & maledictum. Vnde maledicta terra in opere tuo. ideo producit malā plantā iniquitatis. Mat. 15. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cęleſtis eradicabitur. Et iſte appetitus terrenorum ſemper doloroſus eſt, q a & ſi homo aſſequitur quod appetit, adhuc hoc eſt cum amaritudine & dolore: & hoc miſericorditer fecit Deus, ne delectatione ſua nos mūdus alliceret. Augu. de verbis dñi. Ideo Deus fælicitatibus terrenis amaritudines miſcet, vt alia quæratur fælicitas, cuius dulcedo non eſt fallax. Cauſa huius amaritudinis eſt in ipſa delectatione & fælicitate, quia non eſt de re dulci habita. Iſido. 12. Etymolo. dicit quòd omne mel naturaliter eſt dulce, eſt tamen apud Sardum amarū propter abſynthium cuius copia apes illius regionis nutriuntur.

Sic

Sic & omnis delectatio ex ſui natura dul
cis eſt & placida; dulcedo tamen mun-
dialis neceſſario amara eſt propter hoc,
quòd colligitur de abſynthio.i.de ama-
ritudine dolorum & malorum cui eſt
admixta. Sic eſt de omni delectatione,
quę de amaritudine conſcientię proce-
dit. Hiere.2. Scito & vide, quia malum
eſt & amarum reliquiſſe te dominum
Deum tuum. Ideo redeundum eſt ad
Deum per viam trium dierum in ſolitu
dine, opitulante beatiſſima Virgine, quã
ſalutabimus, dicentes. Aue.

D Cõfeßio. Quomodo cõfeßio claudit os cõfeſſoris. Cõfeßio ſex portas aperit, & ſex claudit.

In confeſſione fideli & diſcreta cum
confitens dicit confiteor, ſex ora, ſex
portas claudit, & ſex portas aperit.
Primo namque claudit os confeſſoris,
vt de peccatis confeſſis omnibus non
poſſit os aperire, & illud quod homo
plus deſiderat celare & abſcondere,
illud fortius nititur includere. Non
eſt aliquis qui non velit melius & ſecu-
rius celare peccata ſua, & abſcondere, q̃
pecuniam ſuã. Sed non eſt ſcriniũ ita for
te & bene clauſum in mundo, quod nõ
facilius poſſit aperiri, vel frangi quàm os
ſacerdotis clauſum & ſignatum ſigillo
confeſſionis, dicendo illud verbum Con
fiteor. Quod probatur, quia ſcrinium frã
gendo aperitur, ſed non aperitur os clau
ſum per confeſſionem, licèt frangatur ꝑ
mortem. Exemplum ad hoc de ſacerdo-
te quodam interfecto a parentibus ſuis
propter illum qui confeſſus erat ei ꝙ in-
teremerat patrem ſuum, nec potuerunt
aperire os ſuum, ſed ſemper dicebat ꝙ
neminem in ciuitate credebat eo melio-
rem, & ſanctiorem: & propter hoc inter
fectus a ſuis conſecratus eſt martyr. Pec
cata enim prolata in confeſſione, ſunt a-
quæ ſiloæ quæ fluũt cum ſilentio. Eſa.8.
Ita ꝙ aquæ illæ ſunt talis naturæ ꝙ ſilen
tium imponunt ori ſacerdotis. Cauere
tñ debent confitentes, ne garrulũ & ma
le morigeratum ſibi eligant confeſſorẽ.
Vix.n.tales alijs parcent in reuelãdo vi-
tia, qui ſibi non parcere non erubeſcunt.
& væ Curatis & Epiſcopis, qui tales or-
dinant ad audiendum confeſſiones, qui
ori ſuo non habent cuſtodiam. Vnde Al
tiſſio. dicit, ꝙ ſacerdos, nec verbo, nec fa-
cto, nec nutu aliquo, debet ſigillum cõ-
feſſionis infringere. Primò, quia ſi infrin
gerentur abhorrerent homines confeſ-
ſionẽ peccati, quæ maximè placet Deo.
Cauendum eſt autem maximè, ne deſpi
ciant hoĩes confiteri. Tum ſecundo, quia
Nume.19. Vas quod non habet opercu-
lum, nec ligaturã deſuper, immundum
erit. Tale aũt vas qđ operculũ nõ habet,
eſt ſacerdos reuelans confeſſionẽ, q non
eſt de cætero ſanctificandus.i. admitten
dus ad adminiſtrationẽ ſacrorũ, ſed de-
ponendus. Hæc ille. Tũ tertio, quia ſm
Bona.4.diſt.17. Non confitetur pęnitẽs
vt manifeſtentur peccata ſua, ſed vt do-
leantur & occultentur: quia ibi charitas
operit multitudinem peccatorum, quia
homini tamquam Deo reuelat conſciẽ-
tiam ſuam: Deus aũt eã tegit, nec reue-
lat. Vnde Exo.40. Velo abſcondenda sũt
ſecreta tabernaculi.i. quæ in conſcientia
& mente ſacerdotũ ſciuntur ſecreta, ab-
ſcondi debent, ne pandãtur & denuden-
tur hoſtibus, quę tñ ſolus Aaron nuda,
& reuelata videt. Hæc aũt vela rũpunt
cum arcana produntur. Hæc vela appo-
ſuit Paulus cũ vidit arcana verba, q̃ non
licet hoĩ loqui. Sed hæc vela rũpens Eze
chias, grauiter punitus eſt, qñ nũtijs Re-
gis Babylonis oſtendit oẽs theſauros do
mus dñi. Tũ ẽt, quia ſacerdos qui culpã
detegit, prodit culpã quæ non eſt. Vnde
cõpetit ei qđ dr̃ Eſa.6. Pone quaſi noctẽ
vmbrã tuã in meridie, abſconde fugien-
tes.ſ.a facie diaboli, & vagos ne prodas.
Habitabunt apud te profugi mei, eſto la
tibulum eorum. Et ſi dicatur de Magda
lena quę ſm Greg.eo ꝙ coram oĩbus ſe
peccatricẽ oſtẽdit, veniã promeruit. Re-
ſpondet Bona. in 4.diſt.17. ꝙ ipſa nõ eſt
confeſſa peccata ſua corã oĩbus quę fece
rat occultè, ſed quia ſignũ laſciuię non
occultè portauit, ſed in publico: ideo ẽt
ſigna pœnitentię pro huiuſmodi in pu-
blico manifeſtauit. Et hoc eſt dignũ &
laudabile & imitandũ, nõ tñ ad hoc hõ
tenetur niſi de bono & ęquo. Hęc ille.

A Cõfeßio. Quanto quis ma

Prima aũt porta, ſeu os qđ aperit, ẽ por-
ta cordis ipſius confeſſoris. Si enim con-
feſſor ſciret iſta aliter q̃ per confeſſionẽ,
illũ odiret tanquã malefactorẽ. Sed quã-

do

ora peccata cōfitetur, tāto magis a cōfeſſore diligēdus eſt.

do audit iſta in confeſſione, diligit illū, & tenetur plus diligere, & conſolari ꝗ alium. Et ratio eſt, quia fides noſtra tenet, ꝙ verè confeſſus liber eſt a peccato: ergo melior, & per conſequens magis diligendus. Secundò, magis diligit eum eo ꝗ maximam familiaritatem oſtendat confeſſori, quando ſecreta quæ nullatenus patri, aut matri reuelaret, eidem reuelat. Tertiò, cum maius ſit gaudiū Deo ſuper vno peccatore pęnitente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis. ſimiliter debet eſſe bono confeſſori, qui vices gerit Dei. Si ergo gaudet de peccatore, magis gaudet de magis peccatore. Et ideo bonus confeſſor de vno peccatore benè cōfitenre, non acciperet mille marcas, quia inappreciabilis eſt omnibus rebus humanis. Quartò, quia ſicut medicus efficitur lætior, quando per manus eius curatur aliquis grauiter infirmus & deſperatus, quāto morbus grauior eſt & diuturnior, ſic confeſſor de peccatore quanto maior. Sicut Rex plus gaudet de caſtro forti, & munito, quando ei redditur, & venatores ſimiliter quanto feram ſylueſtriorem, & fortiorem capiunt, & regi offerunt. Secundò, claudit portam inferni,

B

Cōfeſſio. Cōfeſſio claudit os inferni, & apit portas Paradiſi.

quæ prius erat aperta peccatori. In pictura enim inferni pingitur quædā gula dilatata ad deglutiendum. Eſa. 5. Dilatauit quaſi infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino. Sed propterea multi non timent, quia non reſpiciunt in infernum. Pſal. 9. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum. Bernar. Deſcendant in infernum viuētes, ne deſcendant morientes. Peccator autem cū fecit mortale peccatum, iam eſt iuxta portam ſic apertam, ita propè ꝙ ad duos digitos, quia ſi de collo eius quantitas duorum digitorum ſcinderetur, in puncto ad inferna deſcenderet. Pſal. 106. Appropinquauerunt vſque ad portas mortis. Item dæmones ex omni parte parati ſunt, vt præcipitēt eum in infernum. Pſ. 12. In circuitu eius impij ambulant. Si vero caderet ibi, numquam poſſet reſurgere, quia in inferno nulla eſt redemptio: & ita omnes homines qui ſunt in mundo, non poſſent dicere periculū in quo eſt talis peccator. Et ideo facit ſicut homo qui vadit ſtrictam viam, vel per aſſerem in arcto poſitum, quando multum oneratus eſt qui multum timet, maximè quando reſpicit inferius. Sic talis reſpiciens periculum in quo eſt, puta ꝙ eſt in oſtio inferni multum oneratus peccatis, & attendit locum inferni tam profundum, & ꝙ ita modico retinaculo tenetur vita. ſ. temporali, multum timere debet. Vnde Poeta. Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito caſu quæ valuere ruunt. Dicat ergo, confiteor, vt claudatur porta inferni, ita vt quicunque dæmones eum trahere non poſſint in infernum. Iob 36. Saluabit te. ſ. confeſſio de ore anguſto latiſſime. Pſ. 68. Neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum. Glo. Non vrgebit ſuper te inferni puteus os ſuum, niſi clauſeris os tuum. Ex oppoſito confeſſio aperit portam Paradiſi, quæ prius ita clauſa erat peccatori, ꝙ omnes Sancti & Sanctæ nō poſſent eam aperire. Aug. O breue verbum peccaui, o tres ſyllabę quę aperiunt portas Paradiſi. Per Iordanem qui interpretatur humile iudicium intrauerunt filij Iſrael in terram promiſſionis: & per portam prius clauſam latro poſt confeſſionem Paradiſum introïuit. Dauid qui ita turpiter offendit Deum poſtquam dixit, peccaui, audiuit. Peccatum tuum tranſlatum eſt a te. Pſal. 99. Introite portas eius in confeſſione. Glo. magiſtri. Introite confidenter non foris ſtetis, vbi ſunt hoſtes. A confeſſione incipite ad miſericordiam Dei intrare. Sed multi inueniūtur confeſſores crudeles & inhumani, de quibus Guil. Pariſien. ꝙ eſſent boni ianitores inferni nō Paradiſi, quia ex inhumanitate ſua nullum ibi permittunt intrare. quibus dominus Mat. 23. Vę vobis qui clauditis Regnum cęlorum ante homines. Vos autem non intratis, neque introeuntes ſinitis intrare. Et hoc quia neophitos & nouellum hominem & nouiter natum neſciunt dulciter intrare. Tertiò, obſtruit diaboli os, vt non poſſit hominem confeſſum accuſare. Pſal. Obſtructum eſt os loquentium iniqua. Eri-

C Cōfeſſio.

pitur

Cõfeſſio obſtruit os diabo li,& aperit eius ſecretum.

pitur enim quandoque ouicula clamore
ſuo ab ore lupi. Deſtruit ſiquidem con-
feſſio vna hora, quod dæmon laborauit
multis annis:puta 30.vel 40.annis. Hie-
ro.Poteſtas & virtus proditoris, adnihi-
latur reuelata proditione. Vnde Petrus
Clunia.recitat,ꝙ quidam miles intrauit
ordinem Cluniacen. cui grauiter ęgro-
tanti videbatur per totam quadrageſi-
mam ꝙ habebat runcinum unum ce-
dente faciem eius cum calcibus poſte-
rioribus, & non ceſſabat clamare.Tolli
te a me runcinum iſtum, qui me ſic cę-
dit & occidit. Cum autem in fine qua-
drageſimę ueniſſet Abbas, monuit eum
ad confeſsionem faciendam.Quam cum
feciſſet negligenter, & interrumpendo
cam clamoribus, & aliqua dimittendo
ſcienter, nullatenus quieuit. Quidam
autem apparuit ei ad caput lecti ſui in
manu ferens librum, in quo erant ſcri-
pta omnia peccata eius,dicens ei. Vides
hęc omnia, aut hic dices hęc omnia,
aut ego alibi omnia dicam. Quid ad
hęc motus, vocauit Abbatem, & facta
confeſsione plenaria a periculo illo libe-
ratur. Item lib.de dono ſcientiæ.Qui-
dam flagitioſus fœdus cum diabolo inie
rat, & ſæpe cum eo quaſi cum ſocio in
ſpecie humana diabolus ibat. Cum au-
tem diabolus eum inuitaret ad balneũ
vt ipſum ibi ſuffocaret, cum tranſirent
coram eccleſia quadam, ille timens &
peccatum & ſocium, dixit ꝙ omninò
volebat videre quid in illa eccleſia fie-
bat,& cum non poſſet eum retinere dia-
bolus, dixit ꝙ ſaltem ad expectantem
ſtatim rediret. Diabolus omnes qui in-

Cõfeſſionis vis.

trabant eccleſiam illam rogabat, ꝙ ſo-
cio ſuo dicerent, vt cito rediret.Ille cõ-
feſſus & pœnitens rediјt: & cum quæ-
reret ab eo diabolus ſi uidiſſe ſocium
ſuum, & ille diceret ei ꝙ ipſe eſſet quẽ
quærebat. Dicebat diabolus ꝙ mentie-
batur ille,quia non cognoſcebat eum.Et
cum inſtaret alter dicens ꝙ in veritate il
le eſſet, ſed per Dei gratiam virtute cõ-
feſsionis fędus eius abnegauerat: fugit
diabolus confuſus. Vnde etiam refert
magiſter Iacobus de Vitriaco. Cum
quidam dæmon daret reſponſum in qua
dam fouea, & peccata hominum reue-
laret, duo Epiſcopi uenientes ad eum
adiurandum,ne eos de peccatis ſuis cõ-
funderet,adinuicem cõfeſsi ſunt: poſtea
de multis ſunt eum allocuti. Tunc cum
vnus eorum quæreret ab eo,& tu de no-
bis quid dicis? Reſpondit. Satis habuiſ-
ſem de uobis dicere, ſi tales eſſetis,qua-
les huc aduenistis: ſed in aduentu ue-
ſtro totum amiſi.Apoc.12. Diabolus eſt
accuſator fratrum, qui non ceſſat eos ac
cuſare die ac nocte.Expellebat enim Da
uid dæmonem, vel a uexatione Saul re-
frenabat ad ſonitum citharæ. ideſt con-
feſsionis apertè reddentis ſonum ab in-
teriori ſicut cithara.Pſal.Confitebor ti-
bi in cithara. Quomodo enim tales ve-
rè cõfeſſos accuſaret dæmon,quos Deus
abſoluit,& iuſtos iudicat? In quo appa-
ret eorum opinio nequior diaboli mali-
tia,qui malos iudicant,quos vident mul
to tempore ante ſacerdotem ad confi-
tendum ſtare peccatorem, iniuſtum de
ipſa iuſtitia iudicantes: & quaſi de albe-
dine nigrum de bono opere lapidantes
eum,quod non facerem Iudęi dicentes.
De bono opere nõ lapidamus te.Io.10.
Sed ex oppoſito confeſsio aperit ſecretũ
diaboli, & fœdus eius diſſoluit.Eccl.27.
Qui denudat arcana amici,fidem perdit.
Nulla maiora diaboli ſecreta,quàm grã-
dia peccata, quæ in occulto quis perpe-
trauit.In uitis patrum.Macharius obuia
uit diabolo portanti ampullas, dicenti
ꝙ dabat de eis ad bibendum fratribus:&
qui de una nolebat bibere, aliam ei mi-
niſtrabat. Et requiſitus de fratribus ſi
aliquis de eis bibiſſet, reſpondebit quòd
unus qui dicebatur Theotiſtus qui ue-
niens ad fratres cum omnes ſibi occurriſ
ſet cum ramis palmarum declinauit ad
cellam Theotiſti. Qui ab eo requiſitus
ut ſibi ſuas reuelaret cogitationes,time-
bat illas confiteri. Tandem tamen con-
feſſus eſt ieiunio ſibi indicto.Qui dæmo
ni obuians quæſiuit qualiter ſibi eſſet?
Reſpondit ꝙ malè, quia omnes erãt ſan
ctificati, maximè ille qui ſuus amicus
erat. Nihil autem magis diabolo di-
ſplicet,quàm reuelare ſecreta eius.quod
ſignificatum eſt.1.Reg.17. Vbi dicitur
quòd

ꝙ Achitofel reuelato cõſilio Dauid per Chuſi, tacuit, & abiens in domum ſuam ſe ſuſpendit. Libenter enim pro confeſſione peccatoris ſuſpendiũ eligeret. Nullus enim libenter ei ſecretum committeret, quem nouerit eſſe garrulum. Ideo non ei ſe credit diabolus, quem videt libenter confiteri. Nos ergo diabolus pro ditores habeat, & de cętero ſecreta ſua non nobis committet, quia ei non ſeruauimus fidem. Quarto confesſio obſtruitos Dei. Reconciliat enim peccatorem Deo. Prius enim erat inter Deum & peccatorem tanta diſcordia, ꝙ etiam omnes ſancti nullatenus facere poſſent pacem, ſed quam cito dicit confiteor, vel propo nit confiteri, pax reformata eſt. Quot cito Dauid poſt peccatum in Vriam dixit peccaui, audiuit a propheta. Tranſtulit dominus peccatum tuum a te. Et Luc. 15. Filius prodigus recedens a patre, qui totam ſubſtantiam ſuam conſumpſerat uiuendo luxurioſe, ſolum dixit. Pater peccaui, in cęlum & coram te. Et pater miſericordia motus, accurrens oſculatus eſt eum. Pſal. 39. Non damnabit eum, ſcilicet verè confeſſum, cum iudicabitur illi. Sed dicet dominus (vt ait Aug.) ignoſcamus ei, quia ſibi non ignoſcit, parcamus, quia ſibi non parcit. Vbi enim in iudicio Dei nec ſancti nec ſanctę iuuare poſſunt peccatorem, ſola confeſſio audacter loquitur, audacter aggreditur iudicem. Quod ſignificatur Gen. 44. Vbi alijs non audentibus loqui pro Beniamin liberatione ante Ioſeph, Iudas (qui interpretatur cõfitens) propius accedens confidenter allegauit, & ad pietatem ipſius Ioſeph viſcera concitauit. Pſal. 73. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. Placat enim confeſſio ſummum iudicem, & iuſtitiæ eius ſententiam immutat. Dicit enim iuſtitia. Ego occidam. Dicit confeſſio. Ego uiuere faciam. Dicit iuſtitia. Ego percutiam. Dicit confeſſio. Et ego ſanabo. Eſa. 57. Ego creaui pacem fructum labiorũ his qui longe ſunt, & his qui propè. Hęc eſt mulier Thecuites, quæ allegando Abſalon fratricidam .i. ſuæ animæ occiſorẽ cum ſummo Regi Dauid reconciliat. 2. Reg. 14. Eccl. 25. Eſt lingua curationis & mitigationis fili mi. Eſt enim confeſſio columba quæ ramum oliuæ in ſignũ recuperandæ pacis & gratiæ Dei ore ſuo aſportat ad arcam eccleſiæ militantis. Sed econuerſo aperit pauperi peccatori latus ſaluatoris ad compatiendum. Aperit enim abyſſo miſeriæ abyſſum miſericordiæ fonti iniquitatis, fontem bonitatis, & miſer cui nec terra, nec cęlũ, propter peccatum ſecurum eſt, latibulũ inuenit in uiſceribus domini Ieſu. Et hoc eſt pietatis ſummæ ꝙ ſi aperit peccator cor ſuum Deo, ꝙ Deus ei cor ſuum aperiat. Aperitur itaque cor ipſius domini peccatori. Primò, ad refugium, vt columba ueniat ad foramina petræ propter accipitrem. Et ideo ſi nobis dominus cor ſuum aperuit, aperire nõ differat miſer peccator os ſuum. Pſal. Labia mea non prohibebo, domine tu ſciſti. Secundo aperitur auris eius, ad audiendũ cantilenam confeſſionis, in qua maximè delectatur: & ita exhilaratur illo cantico nouo & iocundo, ut omnia debita condonentur ei. Rogat enim eos dicens illud. Can. 8. Qui habitant in hortis amici .i. Angeli auſcultant te, fac me audire vocem tuam. Et hoc, quia gaudent Angeli ſuper tali peccatore, & adhortantur peccatores dicentes illud. Pſal. 146. Præcinite domino in confesſione. Sed multi faciunt ſicut cantores, qui rogati cantare renuunt. Talia autem forte hora canere uolent, qua non audientur, ſicut illi qui in die iudicij dicent. Domine non ne in nomine tuo prophetauimus, & uirtutes multas fecimus? Quibus dicetur, Neſcio uos. Cantauit diues pro unica gutta, & non fuit auditus. Canta ergo dum rogaris, ne forte paterfamilias arrepto gladio ultionis, faciat filium clamare, qui prius noluit cantare, ut puta in die iudicij: Sopho. 1. A prima porta erit clamor, & vlulatus a ſecunda. Prima porta eſt exitus a ſepulcris. Secunda ingreſſus in inferis cum vlulabunt. Sed dices. Qualiter delectatur dominus in cantilena confesſionis, cum in ea ſola turpia recitentur? Dicitur ꝙ ſicut medicus gaudet cum apoſtema frangitur,

A Confeſſio. Cõfeſſio obſtruit os Dei, & aperit peccatori latus Saluatoris.

Peccatori confitẽti ſua peccata Deus latus ſuũ aperit.

&

& ſanies emittitur, ſic dominus cũ apoſtemate fracto ſanies peccati per confeſſionem eijcitur. Item aperit ei cor eius ad gratiam copioſe fundendam. Quod ſignificatum eſt in Ezechia ægrotante, a quo non ſolum dominus infirmitatem abſtulit poſt conuerſionem ad parietem & fletum, ſed etiam addidit uitæ quindecim annos. Eſaiæ 36. Quintò hoc uerbum confiteor, claudit os confitentis, ne alijs reuelet, quæ in confeſsionis iudicio dicta ſunt. Conchæ enim ſe rori aperiũt, non calori. Sic defectus noſtros debemus domino, vel eius uicario aperire, non alteri, ſicut illi qui in iniquitate ſua gloriantur. De quibus Eſa. 3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt. Eſt enim contra naturam, ſic peccata ſua reuelare. Nam catus abſcondit ſtercora ſua, ne alijs fęteant: & animaliũ pudibunda cauda abſcondit: & membrum infirmũ medico oſtenditur, quod alijs abſconditur. Ita peccatum debet oſtendi per confeſſionem ſacerdoti, & alijs abſcondi. Sed multi ſimiles ſunt ſimijs & canibus, quæ ſua turpia indifferenter oſtendunt, & lætantur ſe dicere talis dedit mihi talem pęnitentiam, & ſic de alijs, & de ſacramento rident, & ipſum blaſphemant. Tale enim eſt ſecretum confeſſionis. Similiter etiam ſi quis laicus aut alius quiſpiam loco propinquus ei qui confitetur audiat peccata aliqua confitentis, vel etiam ſi ſit interpres, & confiteatur per interpretem, tales tenentur ad non reuelandum ſub pęna peccati mortalis, & ſi reuelent, in foro exteriori grauiter ſunt puniendi. Sunt enim quodammodo aures ſacerdotis, vt dicit Bonauen. 4. diſt. 17. Similiter ſi confitens det ſacerdoti licentiam reuelandi peccata confeſſa, tenetur nihilominus celare, niſi aliunde ſciat. Sed per oppoſitum confiteor aperit apoſtema cordis peccatoris. Quædam enim infirmitates curantur non niſi per uomitum. Et hoc, quia materia infirmitatis non poteſt euomi niſi a parte ſuperiori. Peccatum autem eſt infirmitas, quæ eijci non poteſt, niſi aperiatur cor a parte ſuperiori, ſcilicet per amorem & dilectionem. Can. 5. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Sed quando diliguntur ea quæ mundi ſunt, aperitur cor a parte inferiori: & tunc materia infirmitatis non curatur, ſed augetur. Secundum autem Aug. peccatum eſt auerſio a bono incommutabili: & conuerſio ad bonum commutabile, adeò vt ſi debeat purgari, debet cor ſurſum aperiri Deum diligendo. Prouocant autem iſtum vomitũ, ſecundum medicos, amara ſumpta per os. Sic amaritudo contritionis, & conſideratio mundanæ uanitatis faciunt exire peccatum per confeſſionem oris. Eſt enim os peccatoris porta ſterquilinij, de qua Neemiæ. 3. Per quam omnes ſordes Hieruſalem eijciebantur. Vnde Palladius lib. 13. de agricultura docet, ꝙ arbores præſcindendæ ad ædificia, debent prius ſecuri reſcindi vſque ad medullã: & ſic aperto vulnere ſtare antequam totaliter præſcindantur, ut humor ſi quis ſit in venis arboris decurrat. Ratio eſt, quia ille humor incluſus eum ex eo generentur uermes, eſſet cauſa futuræ putrefactionis in ligno, nec deflueret poſt totalem arboris abſciſsionem. Nos debemus eſſe quaſi arbores imputribiles ad ædificium æternæ manſionis. Eſa. 40. Fortè lignum & imputribile elegit ſibi artifex, & antequam pręſcindamur morte, prius ſecuri contritionis pręſcindi, & vulnerari debemus, uſque ad intima cordis noſtri, & per apertionem cordis & oris, omnis humor peccati defluat, ne poſt præciſionem uermis conſcientię huius ligni corroſiuus nutriatur, & talis humor ſic incluſus generet conſcientiæ vermen, & efficiatur lignum pũtridum ſolo igni aptum. Sextò, claudit os conſcientię murmurantis & fętentis, & tollit clamorem peccatorum. Vnde Sodomiticorũ peccata clamabant ad Deũ. Murmurat autem ab onere, a fętore, a fame. Primò, conſcientia murmurat ſub onere & graui iugo peccati captiua. Nec mirum, quia tale iugum cęlum, & terra non poſſunt portare. Sed confeſsio cęlo & terra fortior, iuxta illud. Confeſsio eius ſuper cęlum & terram, illud portat, coram ſacerdote proijcit & annullat.

B Cõfeſsio. Cõfeſsio claudit os confitẽtis ne alijs reuelet, q̃ dicta ſũt in confeſsione.

C Cõfeſsio. Cõfeſsio agit apoſtema cordis peccatoris.

Arboris ſectio quõ fieri debeat.

D Cõfeſsio. Cõfeſsio claudit os conſcientiæ murmurantis.

Mur-

E Cōſcientia murmurat, ab onere, fœtore, et fame.

Murmurat ſecundò, conſcientia famelica. Quandiu enim conſcientia plena eſt peccatis, inanis eſt & uacua, & uanitate plena. Confeſſio uerò magnificam inducit præparationem. Nam Pſal. 110. Confeſſio & magnificentia opus eius, vt ſic conſtruatur, confeſſio eſt bonus actus & magnificentia eſt opus eius. Repletur. n. tunc anima per confeſſionem omnibus meritis, quæ extincta erant per peccatum, & adhuc vlterius bono opere contritionis, & confeſſionis, & humiliationis coram domino. Tertiò, murmurat conſcientia ſub fœtore peccati. Mirum enim eſt, ꝙ homo per horam intra latrinas domus non quieſceret, & peccator per tot peccata requieſcit in peccato omni ſtercore abominabiliori. Hier. 48. Moab requieuit in fecibus ſuis: & habet lauatorium confeſſionis prope ſe, & ad manum & refugit lauari. Eſt. n. immunditia peccati tam grandis, ꝙ ad comparationem eius Deus & ſancti nullam immunditiam corporalem iudicant eſſe immunditiam, ut patet in Angelo obturante nares ſuas dum tranſiret quidam peccator, & non obturabat præſentibus cadaueribus putridis. Matth. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, furta, adulteria, homicidia. Hęc ſunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare non coinquinant hominem. Secundò, hoc idem apparet, quia peccatum digniſſimam creaturam, ſcilicet hominem facit porco, uel cane immundiorem, quia. 2. Pet. 2. Eſt canis reuerſus ad vomitum, & ſus lota in volutabro luti, & omnia facta eius & bona immunda reddit: ita vt quęcunque tangit talis immundus immunda ſint ei. Et ideo Deus intantum abominatur illam immunditiam, ꝙ hominem tali immunditia immundum euomit uſque in ſentinam inferni. Apoc. 3. Quia tepidus es, ſcilicet ad bonum faciendum, incipiā te euomere de ore meo. Tertiò, hoc apparet, quia nulla terrena ablutio poteſt eam lauare: ſed oportuit dominum Ieſum officium lotricis accipere ad hanc lauandam, & propter hoc multa lauacra inſtituit, ſcilicet lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritusſancti in ſanguine ſuo, ſcilicet ſacramenti baptiſmi: fecit etiam alia lauacra, ſcilicet aquam diluuij, ignem iudicij & purgatorij, & tribulationis & martyrij, aquę benedictæ, lachrymarum, verborum ſacrorum, & omnium ſacramentorum, & ſpecialiter ſacramenti confeſſionis. de quo Ber. Omnia ſiquidem in confeſſione lauantur Ideo Heb. 1. purgationem peccatorum faciens. Propterea ſicut qui cecidit in lutum, vel latrinam, multum deſiderat inuenire fontem, in quo poſſit lauari & mundari ab illis immunditijs: multo magis pœnitens, quando inuenit fontem confeſſionis, vt lauetur ab immunditia ſua, a qua omnes aquæ & lixiuia mundi lauare non poſſent. Dicitur quòd quidam diues ſubitò ad inopiam deueniens & deſperans, dum uagaretur, occurrit ei diabolus in humana forma dicens, ꝙ ſi vellet ei ſeruire & homagium facere, ꝙ eum diuitem faceret: & cum ille conſenſiſſet, & manum dexteram ad promittendum ei fœdus inter manus diaboli poſuiſſet, manus eius nigra facta eſt quaſi carbo, nec aliqua ablutione poterat dealbari. Cum autem diabolo ſic diu ſeruiuiſſet, ad cor redijt, & ad confeſſionem quam ei diabolus inhibuerat confugit. Cum autem flendo confiteretur, manus illa nigra ſubito eſt dealbata. De hoc fonte Zach. 11. Erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Eſt. n. fons qui communiter dicitur iuuentutis, qui renouat hominem. Pſal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Aquila dum ſeneſcit, aſcendit in altum, & comburit pœnas ad ſolem, & cadēs in fontem renouatur. Circa quoddam monaſterium contingit, ꝙ femella ciconia committebat adulterium cum alio maſculo, quo facto, immediatè deſcendebat in fontem & ſe lauabat, quæ ſemel a religioſis prohibita ne ſic faceret, cognita eſt a maſculo, qui crocitādo multitudinē ciconiarū cōgregauit, q̄ lacerauerūt & adulterā & adulterū. Ecce quomodo natura nos docet illo fonte lauari: & periculum præoccupationis dum negligimus lauari. Et mirum

Lauacra multa inſtituit Chriſtus

rum

rum eſt (vt dicit Bernar.) ꝙ ſordes corporis cum tanta diligentia abluantur, & ſordes animę non ſolum negliguntur, ſed affectantur & amplectuntur. Simile narrat Petrus Cluniacen. Cum ſanctus Petrus Epiſcopus Tarentaſien. prædicaret, quędam mulier adultera & ſuſpecta de adulterio a viro ſuo confeſſa eſt viro ſancto, promittens ꝙ de cętero ad peccatum non rediret. Cum autem vir ſuus ferrum candens ei obtuliſſet, ut probaretur an eſſet innocens de adulterio, illa ferrum ignitum nudis manibus accepit, & per totam domum ſine aliqua lęſione portauit, & implatea curię ad vltimum proiecit. Quod cum uideret vir eius, depoſita omni ſuſpitione ueniam petijt. Illa autem ex miraculo ſecurior facta & audacior ad peccandū, cito poſt ad peccatum redijt. Cum autē uir ſuus quodam die ferro illo indigeret, & diceret vxori ꝙ illud ei deportaret: quàm cito illud ferrum frigefactum a multis diebus ſuis manibus accepit, tota in manibus combuſta eſt, & compulſa eſt peccatum ſuum palam facere. Ex quo apparet quomodo confeſſio tegit peccatum. Tectum enim fuit & fuiſſet, ſi in promiſſo confeſſionis perſeueraſſet. Sed per oppoſitum aperit portas eccleſię quæ prius erant clauſę peccatori. Nec enim communicabat peccator, quaſi excommunicatus meritis & ſuffragijs ipſius eccleſiæ, quaſi membrum aridum & ſeiunctū a nutrimento gratiæ eius. Cum autem dicit confiteor, tunc apertè dicit peccator quod in Pſal. 117. Aperite mihi portas iuſtitiæ, vt ibi meipſum iudicem coram domino, & ingreſſus in eas confitebor domino. Licet bruta ratione careant, habent tamen talem induſtriam, ꝙ optimè ſciunt reuerti ad domicilia ſua, quamuis ad remota ſpatia transferantur: multò fortius homo vtens ratione, ſi per peccatum ſuum a domo eccleſiæ & communitate fidelium receſſerit, & in regionem longinquam peccati peregrinatus fuerit, nunquam debet per obliuionē taliter peruerti, & inter mundi negotia taliter diuerti, quin illuc reuerti ſciat per pęnitentiam. Ezech. 18. Et quare moriemini domus Iſrael? Reuertimini, & viuite, videmus bruta dum fuerint in locis periculoſis, nunquam ibi velle reuerti, ſed prius ſe permitterent laniari. Quare igitur non timent peccatores a domo eccleſiæ recedere per peccatum, & uiam uitiorum iterum incedere, cui paratur mors æterna. vbi potuerunt uidere multos cecidiſſe & perijſſe, & nullum unquam per uiam iſtam tutè tranſiſſe? Exemplum ad hoc recitat Cyrillus in uita beati Hieronymi de nepote ſuo. Ait enim nepos meus Rufus nomine ad me uenit utroque orbatus parente, qui utinam ex matris uiſceribus non exiſſet. Qui pulcher corpore, bonis moribus honeſtate & probitate & ſapientiæ elegantia a multis colebatur, & enutritus a pluribus quaſi meus & a me genitus putaretur. Decimooctauo ſuæ ætatis anno expirauit, & tantus fuit luctus, ut uix ad hoc menſis ſufficeret, nec ſatis fuit, ſed Hieronymum rogaui, ut ſcirem de ſtatu ſuo. Oranti mihi die quodam hora nona nares meas tantus infundit fœtor, ꝙ nullatenus poteram tolerare. Admirans ego unde tantus fœtor, ſupra meum uerticem eleuatis oculis, infelicem nepotem uidi terribilē, ita ut in eum uiſum erigere non auderem. Catenis enim igneis circunligatus, fornacis inſtar flammas fœtidiſſimas erumpebat. Ad cuius uiſionem ſubito me tam uehemens horror apprehendit, ut dum pluries loqui vellem, formandi uocem compos nullatenus eſſem. Reuerſus paululum aliquantula uoce cœpi quærere tremebundè ſi meus nepos eſſet. Ad hoc cū vlulatu multo. Vtinā (inquit) nunquam fuiſſem, ne tam diris cruciatibus eſſem deputatus. Completis deinde multis colloquijs, quæſiui cur diuinæ miſericordiæ ſic fuiſſet expers, cū in mundo tot polleret uirtutibus. Pro nulla (inquit) re me ſcias damnatū, niſi quia in ludis maximè delectabar: & quia in morte poſt poſui confiteri, & ſic diſparuit. Quo abeūnte tantus ibi remanſit fœtor, vt locum illum hactenus nullus

audeat

Factum memoriæ dignū de matrimonio non violando.

A Confeſſio. Cōfeſſio apit portas eccleſiæ peccatori.

audeat introire. Hæc ille. Ex quo apparet quanti periculi ſit per confeſſionem tardare regredi ad domum eccleſiæ.

Sermo.20. De pœnitentia, & de confeſſione.14. per thema vt prius.

B *Dies. Itineri triũ iſtorũ dierũ multi terga vertunt.*

NOnnulli terga vertunt huic itineri trium dierum in ſolitudine pœnitentiæ inimici crucis Chriſti, ambulantes per loca herboſa voluptatis, ſed in termino vix malum inueniunt hoſpitium. De quibus in Pſal.9. Inimici eius defecerunt frameæ in finem &c. Inimici enim domini mox, vt framea voluptatis percuſſi ſunt, in finem deficiunt. Pſal.36. Inimici domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient. Framea enim (vt dicit Iſidorus.18. Etymologiarum) gladius eſt ex vtraque parte acutus: per quã intelliguntur cupiditates & uoluptates, quibus homo ſe interemit, & nunc & in futuro. Similes enim ſunt tales pueris, qui cum vident gladium fulgentem, acumen eius non conſiderantes, ſi detur eis opportunitas, ipſum ſibi applicant, & ſic ſeipſos ſauciant, & cum talia uiderint lachrymantur, niſi eis communicentur. Sic in ipſis cupiditatibus, & uoluptatibus illicitis eſt quidam fulgor alliciens, ſed in fine acumine eorum homines vulnerantur. Iob 21. Ducunt in bonis dies ſuos, &c. Et adhuc antequam perueniãt ad punctum illum, eſt acumen lędens graui punctura, ſcilicet remorſus conſcientiæ, Eccl.4. Riſus dolori miſcebitur. Hieronymus ad Ruſinum. Flos veneris roſa, ſub purpura eius multi latent aculei. Inde eſt, ꝙ multi fatui dum vident iſtos gladios ſplendidos voluptatũ ſolum reſpiciunt ad ſplendorem, nõ ad acumen. Ideo ſtatim volunt eas ſibi applicari ad vitæ & animæ periculum, & ſi conſiderarent quanta eſt eius acuties in fine, horrerent. Rom 6. Quem ergo fructum habuiſtis in illis, in quibus nũc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. Eccl.21. In fine illorum inferi, & tenebræ & pœnæ. Sed per pœnitentiam dominus ciuitatem & habitaculum diaboli deſtruit funditus. Ait Rabanus quaſdam vrbes a victoribus ſale ſeminatas, ut nullum ibi terra proferret fructum, ut habetur Iudith.9. De ciuitate quam deſtruxit Abimelech, & ſparſit in ea ſal. Sal enim in fertilitatem terrę facit iuxta illud. Pſalm. Dedit terram eorum in ſalſuginem, &c. Sic Chriſtus poſtquam munitiones diaboli in peccatore deſtruxit, vtputa malas cogitationes & opera, vult eas aſperitate pœnitentiæ reſpargere, ut nulla ibi pullulent germina vitiorum. Sicut enim ſal a putrefactione carnes deſiccando pręſeruat, ſic pœnitentia conſumendo humorem prauę concupiſcentię ſpiritum a malitia cuſtodit. Hinc Leuit.2. Iubetur in omni ſacrificio offerri ſal. Quod ut tributum ſalis Regi domino perſoluamus, in omni opere & ſacrificio noſtro illius ope fruamur, quę ſale pœnitentię non indiguit, innocentiam a principio conſeruans. Ipſa eſt Maria, quam ſalutabimus dicentes. Aue.

A *Confeſſio. Cõfeſſio debet eſſe ſpontanea.*

Nunc dicemus de ſeptima confeſſionis conditione, ſ. ꝙ ſit ſpontanea confeſſio, cum dicitur in auctoritate. Pſalm. Pręallegata. Dixi cõfitebor. Confitebor ego ſupple & non alius. Vnde Pſal.27. Ex voluntate mea confitebor illi. Et iterũ Pſ.53. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo domine quoniam bonum eſt. Can.5. Labia eius diſtillantia myrrham primam, quę ſponte non per vim inciſionis egreditur, ut non ſit confeſſio Achor, vel etiam furum quę ui extorquetur. Sicut qui vſque ad mortem, uel uſque ad finem quadrageſimæ expectant, & ſi nunquam veniret finis quadrageſimæ, vel vitæ, nunquam confiterẽtur. Dicunt.n.ꝙ nõ ſunt ſufficienter infirmi, vt confiteantur. Coacta autem ſeruitia non placent Deo, nec veritas extorta, vel cõuicta iuuat: Eſa.42. Dic tu prior iniquitates tuas non ſacerdos interrogans, non proximus vel fama accuſans.

B *Cõfeſſio. Tria ſigna ſpontaneæ cõfeſſionis.*

Signa autem ſpontaneæ cõfeſſionis tria ſunt. Primò, quando peccator confitetur humiliter, & obedienter, ſine coactione. Secundò, quando celeriter & ſine dilatione.

tione. Tertiò, quando frequenter cũ præmeditatione. Primum ergo ſignum eſt dum humiliter & obedienter ſine coactione confitetur. Humiliter autem confitetur, qui ſe peccatorem & miſerũ coram Deo verè & intrinſecus exiſtimat. Vnde & publicanus propter huiuſmodi humiliationé iuſtificatus eſt. Pſ. 113. Facta eſt Iudæa, ideſt confeſſio, ſanctificatio eius. Mat. 12. Ex verbis tuis iuſtificaberis. In vitis patrum dicitur, ꝙ quidam frater rogabat Abbatem Ciſoy, vt oraret pro eo, vt mens eius cum Deo eſſet. Ait ſenex. Non eſt magnum hoc. ſ. illud magnum eſt, ſi te inferiorem iudicas eo, qui homicida eſt, quia nullum maius eſt homicidium, quam animã ſuam interficere per peccatum. Hæc ſola hominis iuſtitia eſt, vt ſe ſemper reprehẽdat, & tũc iuſtificatur cum ſe condemnat. Pſal. 50. Iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas diabolum & exercitum eius. ſ. peccatorum cum iudicaris a te humiliter & deuotè. Vnde tanti vigoris eſt hæc humilitas in confeſſione ad ſe condemnandũ, ꝙ etiam humilitas exterior quandoque interiorem generat. Multoties enim cõtingit ꝙ fictè accedenti gratia cõfertur virtute ſacramenti, hinc & Gabaonitæ fingentes humilitatem coram Ioſue, filijs Iſrael adiungi per fœdus meruerũt. Secundum ſignum eſt, quando hoc fit celeriter & ſine dilatione. Eſa. 38. Viuens, viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie. Hinc Dauid dicebat. Præoccupemus faciem eius in confeſſione. Dicat pœnitens. Non expectemus ꝙ veniat dominus ad nos quærendum, vel faciat nos citari. Sicut illi qui non confitetur, niſi coacti præcepto eccleſiæ, & differunt vſque ad Paſca. Tales volunt vltimò facere, quod dominus vult primò fieri, ſicut lauantur manus ante prandium, ſic in principio quadrageſimæ ante refectionem animæ per ieiunium & bona opera. Cito enim euomitur ſerpens præbibitus, vel venenum mortiferum. Impatientes. n. ſunt portitores, qñ ſentiunt onus graue ſuper ſe, & ſciunt ꝙ malè ſoluentur. Tunc quippe cito proijciunt illud in terram. Multiplex verò aſſignari poteſt ratio, quare confeſſio feſtinari debet. Prima eſt cõſuetudo mali. Sicut gutta inoſſata, & morbus inueteratus cum difficultate ſanantur, & os recenter fractũ facilius reparatur, quàm diutius neglectum. Qui. n. haberet onus ſuper collum, qđ ſemper creſceret, feſtinaret cito deponere, antequam pondere nimio hominem deprimeret. Poeta. Principijs obſta, ſero medicina paratur. Cum mala ꝑ longas inualuere moras. Pſ. 37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ. Citius curatur plaga recens & calida, q̃ infrigidata & indurata, & ita benè curatur calida, ꝙ ſæpe non apparet cicatrix: ſed non ita qñ infrigidatur, & induratur. Anima. n. aſſueta peccare, vix curari põt, quin ſemper aliquid maneat, vel in cogitatione, vel delectatione, vel opere, vel inclinatione, vt patet in vſurarijs, q qñ pro viginti reſtituunt decem, petunt ſibi quittari reſiduũ. Canis. n. quã cito ſe læſum ſentit, ibi linguam applicat. Qui haberet ſagittam in corpore, non differret vſq; in craſtinum extrahere. Secunda rõ eſt facilis ruina in peccatũ. Lignũ. n. qđ fuit in igne, citius reaccenditur, qñ non eſt adhuc refrigeratum. Sic cito recidiuat, qui confeſſione & ſatisfactione purgatus non eſt. Et quia infirmitas recidiuantis, vel in ſecundam aut tertiam infirmitatem decidentis, periculoſior eſt q̃ ante, adeo tales ſunt debiliores, & per cõſequens ad reſurgendũ imbeciliores, & fiunt nouiſſima illorũ peiora prioribus. Poeta. Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit. Et ſicut mulier ſemel a leccatore ſuo oppreſſa, poſtea ei non reſiſtit, ſed de facili eum vbique ſequitur, ſic homo victus a diabolo, quando cadit in peccatum, nec ad remedium feſtinat, cito cadit in alia, & facit diabolus declinationem ſuam per omnes caſus. Caſus enim a cadendo, dicitur. Vnde quando puer venit Pariſius innocens, adhuc ſtat in recto, ſed per malam ſocietatem cadit in obliquum. Et primo in peccatum luxuriæ quaſi in genitiuum, & tunc dando meretricibus conſumit pecuniam ſuam vnde debet viuere, & ſic cadit in datiuum, ſicut filius

C Cõfeſſio. Multiplex rõ quare cõfeſſio debet eſſe velox.

D Scholaris. Quomodo ſcholares Pariſius venientes quãdoq; declinãt per oẽs caſus.

lius

lius prodigus. Luc. 16. Cadit conſequenter in accuſatiuum accuſando & diffamando bonos, inuidendo famæ aliorum, volens omnes alios eſſe leproſos ſicut ille eſt. Poſtea vocando & trahendo alios in peccatum, cadit in vocatiuũ, vltimò cadit in ablatiuum, quia tales poſtea ſiunt fures & prædones. De tali poteſt dici illud Pſ. 20. Declinauerunt in te mala. Nec mirum ſi talis ſic in varia peccata declinat. quia Iob 18. Immiſit in rete pedes eius, & in maculis ambulat. Qui autem in rete pedes immittit, quo magis ambulat, eo magis ſe implicat. Sic qui in peccatis aliquandiu commoratur. Eccl. 8. Neque permaneas in opere malo. Opus enim malum laqueus eſt aucupis diaboli, in quo ſi te inuenerit, te capiet & deuorabit. Niſi ergo te ſtatim de laqueo explicaueris, præda & cibus diaboli efficieris. Eius enim quicquid in laqueos eius inciderit, & ſic qui in eis permanet non expectat ab eis deprehendi. Et hoc apparet in illis qui modicum habent fidei, & ſunt in conſcientia peccati. Non enim poſſunt ſecurè dormire & ſemper ſunt in tremore nocte & die, & fiunt melancholici. Nec mirum, quia ſtat in directo arcus diuini iudicij. Quid ergo expectant, niſi vt transfigat ſagittator iecur eorum? Quomodo ergo ſtare poſſunt ſecuri? Ideo in Pſalm. 59. Fugiant a facie arcus. Et Iob 20. Fugite a facie gladij. Multi enim ſunt putei bituminis in valle ſylueſtri. Gen. 14. Ideſt multi laquei diaboli, velut bitumen detinentes hominem in ſtatu peccati, vel ſaltem deplumantes vires eius, & quaſi eneruantes, & in deſerto ſeculi multi ſunt ſerpentes igniti. Numer. 21. Tertia ratio eſt mors latens. Eccl. 17. Ante mortem confitere, quia a mortuo quaſi nihil perit confeſſio. Viuus & ſanus confiteberis. Iſidorus. Feſtinare debet ad Deum vnuſquiſque dum poteſt, ne ſi dum poteſt noluerit, cum tarde voluerit omnino non poſſit. Exemplum de Iudæo qui cecidit in latrinam die ſabbati, & cum vellent Chriſtiani eum extrahere noluit, quia ſabbatum ſuum

Cõfeſſio non eſt differenda.

erat. In craſtino dum clamaret & rogaret vt extraheretur, noluerunt Chriſtiani, quia feſtum eorum erat. Ideo quia peccatoribus nunc eſt requies & ſabbatum, nolũt extrahi a latrina peccati, ſed quando in morte voluerint, vix poterũt. Augu. Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum viueret oblitus eſt Dei. Exemplum de quodam, qui in ſanitate poſitus pęnitere nolebat. Cum autem graui infirmitate laboraret, & ſe ſentiret vicinum morti, cæpit clamare. Contritio, contritio vbi es, & in tali clamore mortuus: gratiam contritionis & confeſsionis nõ habuit. Aug. Latet vltimus dies, vt velut vltimus obſeruẽtur omnes. Ideo benè canit eccleſia in quadrageſima. Emẽdemus in melius quæ ignoranter peccauimus, ne ſubito prœoccupati die mortis, quæramus ſpatium pęnitentiæ & inuenire non poſsimus. Nullus enim prece, vel precio, vel allegatione aliqua, poteſt mortem impedire quin veniat. Inexorabilis enim eſt. Pro toto mundo non daret vnum diem, aut horam induciarum. Quarta ratio eſt anxietas morbi, quia ſecundum Grego. cum ægritudine opprimeris, nihil aliud cogitare poteris, quia ibi dirigitur tota intentio mentis, vbi ſentitur vis doloris. Ideo Eccl. 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipſum. Sicut nauta quando habet tempus ſerenum, & bonum ventum in mane, ſtultus eſſet ſi expectaret vſque ad veſperam quando tempeſtas veniret. Sic in ſanitate tempus eſt idoneum ad confitendum & pęnitendum, in infirmitate verò tempeſtuoſum. Eccl. 18. A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus. Cum enim domus comburitur, ſtatim clamatur ad ignem. Sic domum conſcientiæ ſuæ accenſam febre peccati cito reuelet per confeſſionẽ, neq; enim poteſt ignis extingui, niſi lachrymoſa confeſſione. Et mirum eſt quomodo bruta quærunt cito remedia ſanitatis contra ægritudines, & homo remedia ſanitatis contemnit? Vnde Tertul. lib. de pęnitentia. Ceruus ſagitta transfixus,

Remedia ſuæ infirmitatis q̃rũt bruta, homo verò nõ.

transfixus, vt ferrum de vulnere expellat, ſcit ſibi diptamum medendum. hirũdo ſi excecati ſunt, pulli nouit illos oculare rurſus de ſua celidonia: & peccator pro reſtituenda ſibi iuſtitia a domino confeſſionem præteribit, illam quæ Babylonium Regem in regnum reſtituit. Hæc ille. Agnus etiam balatu recognoſcit matrem, & homo non agnoſcit matrem ſuã eccleſiam, quæ mille milibus linguarum pro ſe orat, & pro reconciliatione ſua ad Deum clamare non ceſſat. Vt leo æger ſimiam deuorat vt ſanetur. Vrſus æger formicas comedit. Vulpes lachryma arboris, quæ dicitur pinus ſibi medetur: & homo brutis pigrior, de remedio ſuę ſalutis non ſibi cito prouidet. In uitis patrum cum diceret cuidam ſua cogitatio cras pęnitere. Reſpondebat ei. Non cras, quia craſtina dies non eſt noſtra, ſed hodierna pręſens ad hoc nobis data eſt. Cras Dei voluntas fiet. Prouerb. 21. Vidiſti hominem velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit. Si quis ſciret quo tempore exiret a pręſenti ſeculo, ſe parare per confeſſionem non differret. Sed qui promittit veniam pęnitenti diem craſtinum non ſpopondit. De latrone dicit Augu. quia cito conuertitur cito ei ignoſcitur. Pſal. 78. Cito anticipent nos miſericordię tuę, quia pauperes facti ſumus nimis ſpoliati per peccatum. Quinta ratio eſt miſera captiuitas, quia tunc eſt peccator in carcere peccati, in ore diaboli, leonis, lupi, & draconis infernalis, in ventre ceti, a quibus liberatur antequã abſorbeatur veloci clamore cõfeſſionis. Clamat canis, ouis, porcus, cum ſe vident in ore lupi, ut per paſtorum occurſum eruantur, magis fatuus eſt peccator, qui cito non clamat per cõfeſſionem. Auis enim capta in caueola, licèt habeat copiam cibi & potus, non tamen quieſcit, nec ceſſat quærere foramen, per quod poſſit euolare, quia contra ſuam libertatem ibi recluditur. Quid autem magis contra hominis libertatem, quàm captiuari peccato? Io. 8. Qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Propter quod quancumque copiam habeat peccator cibi & potus & aliorum temporalium, non debet ceſſare quærere vias, quomodo exeat captiuitatem peccati. Sed tamen in aliquo aſſimilantur peccatores aui in caueola, quia licet cum primò capitur triſtetur per aliquot dies, & ſic non comedat aut cantet, poſtea tamen obliuiſcitur, & inueniens ſe iuxta cibũ & potum, incipit cantare, nec curat exire de caueola. Sic quidam cum primò ſe vident in carcere peccati, dolẽt de perditione lętitiæ ſpiritus, quia tamen abundant in temporalibus, obliuiſcuntur miſeriam ſui ſtatus. Sexta ratio eſt inueteratus pudor fętendi. Vulgo dicitur, non eſt tantum dedecus cadere in lutum, ſicut ibi diutius iacere & remanere. Peccatum maximum eſt immunditia, a qua ſicut a latrina debet cito iacens ſurgere. Qui enim cadit in peccatum, nec cito ſurgit, videtur de ſe minus curare quàm de aliquo ſuorum. Si ſua aſina in lutum cadat, ſtatim releuat. Si manus habeat immundas, ſtatim vult lauare, & faciem & ſotulares ſuos lutoſos, cito abſtergere, & animam ſuã dimittit in fętore peccati putreſcere. De quibus Aug. Dic obſecro quid eſt quod vis habere immundum? Nihil omnino, nec domum, nec ſeruum, non ancillam, & vis habere animã immundam? Rogo te, præpone animam tuam caligæ tuæ. Et ſicut cum quis venenoſum comedit, ſtatim ĩ eo cor dolet & euomit, vt comedẽdo muſcam cor abominatur in eo qui habet naturam bene diſpoſitam, ſic peccatum in corde pęnitentis cito debet euomi. Sed quidam aſſimilantur puellæ de qua recitat Philoſophus, ꝙ fuerat nutrita veneno, & ita habebat naturam deprauatam, ꝙ plus deſiderabat cibum venenoſum, quàm ſanum. Sic multi ita diu nutriti ſunt in peccatis, ꝙ plus delectantur in peccato, quàm in bono. De quibus Prouerb. 1. Lætantur cum malefecerint. Feſtinat autem infirmus pro medico mittere. Pſalm. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, &c. Feſtinat quis maculas in facie tergere, qui eſt in præſentia multorum, & ſordes cadentes ſuper veſtes quando ſedet in mẽ-

Libertatẽ quærere debet peccator.

Peccatoris fatuitas maxima.

ſi, & non curamus de conſcientiæ mũditia. Vnde ſi Rex feciſſet ædictum, ꝙ qui non eſſet confeſſus prima hebdomada quadrageſimæ amitteret triginta ſolidos, pauci eſſent qui tunc non confiterentur, & tamen hoc non faciunt timore amiſſionis omnium bonorum & Regni cęlorum. Ambro. Aurum tibi offertur, non dicis mihi cras veniam, ſed ſtatim exigis, nemo differt, nemo excuſat. Redemptio animæ promittitur, & nemo feſtinat. Vnde cõgruè dicit regula iuris. 6. decretalium. Qui prior eſt tẽpore, potior eſt iure. Ideo ſignanter dicitur Io. 5. Quicumque prior deſcendebat ſaluus fiebat, a quacumque detinebatur infirmitate. Septima ratio eſt multorum peccatorum obliuio. Sicut enim dilata computatio multa facit obliuiſci, ſic dilata confeſſio, multa peccata, cum tamen habeamus emulum noſtrum diabolum, qui econtrario omnia ſcribit nec omittit, nec diem, nec horam, nec perſonam, nec cauſam quæ poſſit aggrauare: & ſi non computemus iſta, accuſat nos de latrocinio. Sed ſi computamus fideliter, confunditur vt calumniator, quia ſicut per crucem domini, ita per crucem pęnitentiæ noſtræ euacuamus chirographũ eius. Col. 2. Chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis tulit de medio affigens illud cruci. Sic & nos cruci pœnitentiæ. Tertium ſignum confeſſionis ſpontaneæ eſt, frequentare ipſum confeſſionis ſacramentum. Operatio enim quanto magis voluntaria, tanto magis reiteratur. Sic faciebat Dauid dicens Pſal. 74. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, quaſi diceret. Non ſufficit mihi ſemel confiteri, ſed id pluries volo. Ideo alibi dicit Pſalm. 108. Confitebor domino nimis in ore meo, ideſt pluſquam alij, vel valde frequenter. Nec valet dicere, ꝙ forte verteretur in tedium confeſſoribus. Vtinam multi eſſent, qui ſæpe confitendo non dimitterent confeſſores ſuos in pace. De facili boni confeſſores talibus indulgerent, quando fatigarent eos. Qui autem diu remanſerunt in peccatis, & ex inueterata conſuetudine ſæpius cadunt quàm alij tales magis indigent frequentare. Sicut pannus qui ſæpe ſordidatur, ſæpe debet lauari, & qui ſæpe cadit, ſæpe ſurgere debet. In vitis patrum Abbas Siſoy dixit cuidam conquerenti de frequenti lapſu. Si cecidiſti ſurge, ſi non ceſſes cadere, non ceſſes ſurgere, quia vbi inuentus fueris, ibi iudicaberis. Nauis enim ſæpe hauritur, quando ibi ſæpe intrat aqua. Dicitur ſecundò, ꝙ ſanctę perſonæ quę ſuam animam frequenter candidant confitendo, ibi ſtatim unum modicum defectum vident, & magnum exiſtimant, ſicut cito apparet macula in panno albiſſimo, & in radijs ſolaribus feneſtram intrantibus, apparent etiam minuta athomalia. Et ideo non eſt mirum ſi tales multum ſolicitant confeſſores. In quo prudentes eſſe debent confeſſores, ne eos a ſua deuotione deſtituãt. Multæ tamen perſonæ ſunt ad oppoſitum, quæ nec etiam maximos defectus percipiunt. Ideo ſignum eſt, ꝙ eorum anima non eſt candida, ſed nigra, quia nunquam candidum diu ſtat prope ignẽ, quin propter fumum nigreſcat. Vnde de Nazareis qui primo erant candidiores niue, dicitur poſtea. Thren. 4. Quod denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Peccatum enim carboni comparatur, quia ſicut carbo ſuper terram faciliter frangitur, & redigitur in puluerem, & infra terram eſt maximè duratio nis, propter quod ſolet in fundamentis ædificiorum reponi, ſic peccatum quãdiu homo eſt ſuper terram, faciliter in nihilum redigitur, ſed cum erit ſub terra in inferno, in æternum durabit. Dicitur tertiò cum Gerſono, ꝙ poteſt fieri ꝙ cõfeſſio crebra de venialibus obſit perac cidens, quia reddit animam plus iuſto ſolicitam & pauidã: & omnia etiam tuta timentem, vt etiam de ipſa imperfectione confeſſionis trepidet, & vrgeatur confiteri. Et ſic ſuæ pelli iugiter timendo, habent tales Deum nimis de ſeueritate ſuſpectum, & ſemper recurua erit anima ad ſuum commodum, nec unquã pace fruetur. Ideo ſuper hoc debẽt confeſſores diſcretè prouidere, vt poſtea dicetur.

Cõfeſſio dilata ꝓbliuionẽ inducit.

B *Cõfeſſio. De frequentia ſacramẽti confeſſionis.*

Peccatũ carboni comparatur.

Sermo 21. *De pœnitentia, & de confeßione* 15. *per thema vt prius.*

Neceſſe eſt peccatores exire ab Aegypto peccati, vt oppreſſi & pauperes exeunt terras, & dominium tyrannorum. Irridebant enim & opprimebant populum domini Aegyptij: propter quod ille populus velociter exijt. Tanta quidem eſt miſeria & afflictio in peccato, ꝙ omnes deberent exire de eo, ſicut ſtimulus aſinum cogit exire de luto. Micheæ 2. Surgite & ite, non habetis hic requiem. Eſt enim peccatum limus & lutum, limus profundiſſimus in quo immergitur homo. Pſ 68. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Sicut enim limus ex concurſu terræ & aquæ, ſic peccatum ex carne & lubrica voluntate naſcitur. Et ſicut limus inficit, & ambulantem non ſuſtinet, retinet tamen labentē: ſic peccatum hominem inficit, & ruere de peccato in peccatum facit, nec ſuſtinet hominis greſſum, ſed permittit deſcendere in inferni abyſſum, detinet tamen lapſum: quia hominem viſco prauæ conſuetudinis detentum, non ſinit exire prauæ obſtinationis profundum. Nec eſt ſubſtantia in peccato, quia nec ſuſtinet labentem, & hominis demollitur ſubſtantiam, & ab homine remouet ſummi boni ſubſiſtentiã. Ideo ſicut qui ceciditin lutum aut latrinam, cito exit & currit ad aquam vt lauetur, ſic qui cecidit in peccatum ad pœnitẽtiam vt mũdetur. Mat. 3. Exibat ad Ioãnē ois Iſrael & omnis Iudæa, & omnis regio trans Iordanē, vt baptizarētur ab eo cõfitētes peccata ſua. Sicut.n. pannus lauatur aq̃ ablutione, baculi pcuſſione, manuũ cõcuſſione, ſic anima in afflictione pœnitentiæ & lachrymarum effuſione. Sed vt dicitur Tob. 6. Tobias qui interpretatur ductus ad luctum, exiuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandum illum. Sic diabolus videns hominem exire de peccato, ſtatim inſequitur eum. Sed ſicut nube tanquam muro ſe opponente dominus ſubmerſit Pharaonem cum exercitu ſuo in aquis validis, ita Maria ſe faciēte murum pro peccatoribus, dñs diabolum interimet cum ſuo exercitu vitiorum in aquis validis lachrymarum & gratiarũ: quas vt eius medio impetrare poſſimus, dicemus. Aue.

C Peccatũ. Peccatũ eſt limus & lutũ.

Quia dictum eſt in præcedēti ſermone ꝙ ſignum ſpontaneę confeſſionis eſt frequentare ipſius ſacramentum, nunc dicemus quinque cauſas propter quas frequentanda eſt ipſa confeſſio. Prima igitur ratio eſt ſecuritas: quia aliqñ accidit ꝙ prima confeſſio non fuit vera, quia confitens non erat veræ pœnitens, ſed ſecunda, vel tertia. Multę pitæ valent obolos, & multi oboli denarios. Quia.n. ſæpe humiliatur quis in confeſſione, datur ſibi gratia confeſſionis veræ. Vnde accidit, ꝙ aliqui ſine vera contritione veniant ad confeſſionem, qui tamen recedunt verè contriti virtute confeſſionis. Exemplum ad hoc datur, ꝙ cũ quidam miles confeſſus fuiſſet peccata ſua cuidam diſcreto confeſſori, nec vellet ea relinquere, obtinuit confeſſor, ꝙ ex quo nolebat pacem plenariam cũ Deo facere, ꝙ ſaltē daret ei treugam vſque ad quindenã, & tũc rediret ad cõfeſſionē: & cũ feciſſet, inuenit eum magis elongatũ a mala voluntate, nec tñ adhuc proponebat omnino ceſſare. Tunc iterum ad inſtantiam confeſſoris dedit Deo treugas vnius menſis, & ꝙ iterum rediret ad confeſſionem, tertiò, dedit treugas vnius anni, & ad vltimum uirtute confeſsionis frequentatę dedit pacē plenariã Deo firmiter proponens abſtinere. Et ſic qui primò non fuit verè pœnitens, frequentando confeſſionem factus eſt verè pœnitens. Cor.n. durum peccatoris quod prima vice non emollitur: iterata confeſſione ad lachrymas ſæpe prouocatur. In cuius figura Num. 20. Eleuans Moyſes manum percuſsit bis ſilicē, & egreſſę ſunt aquæ largiſsimæ. Et Iudith. 13. Percuſsit bis ceruicē Holofernis, & abſcidit caput eius. Similiter aliquando nõ eſt vera confeſsio quando peccator non integrè cõfitetur de omnibus, de quibus recolere poſſet, ſi debitam diligentiam adhiberet: & talem diligentiã facit frequētia cõfeſsionis. nam ſicut diſpēſator do-

A Cõfeſſio. Propter quinque frequentãda eſt confeſſio

Cõfeſſio pluries ẽ iterãda.

domus ſæpe cōputat per lapillos quouſque perueniat ad certum cōputum ſuū, & ſæpe accidit quòd in prima computatione, vel ſecunda non inuenit totum computum ſuum, & in tertia vel quarta inuenit totum computum perfectum: ſic accidit frequentando computum cōfeſſionis. Dicitur enim confeſſio computus, q̄a ſicut diſpenſator oēs expenſas computat & ſcribit, & inde rationem domino reddit: ſic omnia bona naturæ, gratiæ, & fortunæ ſub numero, pō dere & menſura ſunt homini commiſſa, & ſub numero reddenda. Ideo dicitur Eccl.42. Quæcunque trades enumera & appende, datum verò & acceptum conſcribe. Secundò, frequentanda eſt propter ſapientiam acquirendam, quia ſicut ſcholaris ad hoc ꝙ fiat doctus & ſapiens clericus in facultate ſua, non ſufficit ꝙ ſemel in anno vadat ad ſcholas, ſed oportet eam frequentare & diligenter ſtudere: ſic qui frequentat ſcholas confeſſionis, debet melior Chriſtianus reputari. Non enim Pariſius reputaur ſcholaris, qui non vadit ad ſcholas ter vel quater in hebdomada. Quomodo ergo reputabitur verus ſcholaris fidei, qui non vadit ad ſcholas confeſſionis in anno, niſi ſemel, vel bis, vel qui multa omittendo, tantummodo in groſſo dicit peccata ſua? Non mirum ſi tales non reputet ſuos ſcholares qui dicit. Vos vocatis me magiſter & domine. Sum & enim, immo dicet eis ſemel. Neſcio vos eſſe ſcholares meos. Non enim vidi vos in ſcholis meis, niſi ſemel in anno. Verus ſcholaris erat Dauid, qui dicebat. Pſalm.76. Meditabar nocte cum corde meo. Quaſi diceret, non ſufficit mihi dies ad ſtudendum in libro conſcientiæ. Ideo alibi dicit. Media nocte ſurgebā ad confitendum tibi, ſicut ſolent facere boni ſcholares qui ſurgunt de nocte. Et ſequitur, & exercitabar, ideſt frequentabam exercitium. Multum enim quis exercitari debet in iſta ſcientia. Primò, quia præ cæteris ſcientijs eſt vtilior: quia ſicut videmus ꝙ multi prædiligunt ſcientias lucratiuas, per quas poſſunt ditari vt leges, decreta, & medicinam, & dimittunt Theologiam, & alias ſcientias nobiliores, eo ꝙ ſcientiæ ille multum vtiles ſunt. Hæc autem ſcientia eſt maximè lucratiua. Patet exemplo, quia ſi eſſet quidam magiſter qui daret cuilibet ſuorum ſcholarium bonam præbendam cathedralem vbicūque vellet eligere, immo dignitatem & perſonatum magnum, multos haberet ſcholares, nec locus eos poſſet capere, & eſſet maxima præſſura, & alij magiſtri quantumcunque probi eſſent, bene poſſent viellas ſuas ſub ſcanno ponere, quia nullos haberent auditores. Talis eſt magiſter Chriſtus, qui confert bonis ſcholaribus ſuis & ſolum talibus optimas præbendas. Primò, præbendam gratię quę pręualet omnibus præbendis mundi: & poſtea dabit pręhendam gloriæ. Pſal.83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Eſt enim ſummus pontifex. Heb.12. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum. Nec facit eos diu expectare, ſed eis confert prima die pręhendam gratię, qua intrant ſcholas ſuas confeſſionis vbi legit. Sed pręhendam glorię illis tantummodo dabit, qui ſcholares ſui perſeuerando fuerint. Mat.10. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Vnde Roma.10. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutē. Vult enim probare ſcholares ſuos, quomodo ſe habeant ad pręhendā gratiæ hic collatæ. Cōtra multos p̄latos, qui non probatos etiā in paruis promouent ad magna. Sed dominus dixit perſeueranti. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Quaſi diceret. Benè te habuiſti hic in præbenda gratiæ tibi collatæ, ideo accipe præbendam gloriæ. Faciamus ergo ſicut pueri, quia vnus videns alium grauiter verberari, quia lectionem ſuam neſcit, librum ſuum reſpicit, & lectionem ſuam repetit. Pſal.18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Secundò, quia eſt honorabilior. Patet exemplo. Si omnes magiſtri in artibus, decretis, medicina, legibus, & theologia, eſſent ſimul congregati: ille qui coram omnibus alijs obmute-

Cōfeſſio eſt ſicut cōputus.

B Confeſſio. Non eſt bonus ſcholaris Chriſti, qui non niſi ſemel vadit ad cōfeſſionē i anno.

C Confeſſio. Scientia confitēdi præ cæteris eſt vtilior.

Magiſter liberalis & pfectus Chriſtus

obmuteſcentibus ſapientius reſpõderet, magis honorandus eſſet, & melior clericus reputaretur. Sed iſte qui frequentius vadit ad ſcholas confeſſionis, & diligentius ſtudet in libro conſcientię ſuę melius reſpondebit in die iudicij in illa examinatione vbi erit congregatio generalis, non ſolum omnium magiſtrorum Pariſien. ſed totius mundi, & paradiſi: ſcilicet illorum magiſtrorum, ſapientum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, & aliorum omnium: ergo magis honorabitur per iſtam ſcientiam, quàm per alias alij magni clerici.

C
Litteratus.
Litterati vix frequentãt ſacramẽtum confeſsionis.

Sed maxima tunc erit deriſio multis magnis magiſtris & aduocatis, qui modo nolunt ſtudere in iſta ſcientia, nec frequentare ſcholas iſtas, niſi ſemel in anno curſorię: qui tunc neſcient reſpondere, ſed obmuteſcent tamquam concluſi, & ducti ad metam redargutionis, vbi unus ſimplex religioſus, vel muliercula benè reſpondebit. De talibus. Pſalm. 2. Qui habitat in cęlis irridebit eos. Augu. Errat quiſquis ſe veritatem agnoſcere putans, ſi adhuc nequiter viuat. Loca autem plana melius ſcopuntur, ſic ſimplices melius confitentur quàm litterati, & quanto pellis ſubtilior, tanto difficilior ad excoriandum. Sic ſubtiliores ingenio, difficiliores ſunt ad exuendum veterem hominem cum actibus ſuis, & caput animalis difficilius excoriatur quam cętera membra. Sic litterati laborantes capitę, difficilius veterem pellem derelinquunt in confeſſione. Et ſicut anguilla pp lubricã pellem vix teneri poteſt vt excorietur, ſic clerici lubrici & mobiles, vix poſſunt in confeſſione excoriari. In cuius rei figura Moyſes quando de animalibus immundis tractabat, per quæ hominum immunditiam deſignabat, contra auiũ immunditiam diligentior fuit. Plures enim aues immundas, quàm piſces vel beſtias numerauit. Deuteronomij 14. Immunditia enim auium, immunditiam deſignat litteratorũ: beſtiarum autem & piſcium laicorum. Apparet igitur ex hoc periculum eorum, qui ita timent redargui in ſcholis, & non timẽt facere contra mandata Dei, & regulas eius. Bern. Magis pudet clericos dicere contra donatum, quàm cõtra Deum. Augu. Curioſum genus humanum ad cognoſcendum vitam alienam, ſed valde deſidioſum ad corrigendum vitam propriam. Fallaciæ autem diaboli magis timendæ ſunt quàm fallaciæ Ariſtote. & maius erit dedecus ſi concludatur a diabolo, quàm per fallacias Ariſtote. ſi concludatur ꝙ ſit aſinus, quia propter hoc ſi concludatur quòd ſit aſinus, nihil mutatur in re, nec propter hoc habet magnas aures. Sed ſi diabolus aliquid concludit per luxuriam, efficitur porcus: & per ſuperbiam leo. Bern. Sicut ſuperbia fecit de Angelo diabolum, ita luxuria de hoĩe porcũ.

Libri cõſcientiæ pfectio.

Tertiò, iſta ſcĩa libri cõſciẽtiæ eſt ſubtilior. Ait. n. Damaſ. ꝙ conſcientia eſt qua ſcit vnuſquiſq; opus ſuum eſſe rectũ vel peruerſum, quod eſt valde difficile, quia difficile eſt ꝙ homo cognoſcat ſuos defectus: qnia ſecundum Sen. Vitia animorum eo magis latent, quo maiora ſunt. Et idem in his morbis quibus animus afficitur, quo quis peius ſe habet minus ſentit. Inter omnia enim mundi difficilia, hoc maximum eſt ſeipſum cognoſcere. Pſal. Delicta quis intelligit? quaſi diceret, delicta ſunt occulta humanæ ſcientiæ, nec poſſunt cognoſci niſi Deo docente: ideo cognitio peccatorum pertinet ad donum ſcientiæ vel ſapientiæ: quia per iſtam ſcientiam ſecernit guſtus ſpiritualis inter amaritudinem peccati, & bonæ operationis dulcedinem.

A
Erubeſcẽtia.
Erubeſcẽtia eſt magna pars ſatiſfactionis.

Tertia ratio frequentationis confeſſionis, eſt pudor vel erubeſcentia, quę eſt magna pars ſatisfactionis. Cum enim quis pluries confitetur, magis erubeſcit & confunditur. Ideo quia hoc eſt difficile, pro ſatisfactionis parte iudicatur. Et propterea ſtulti ſunt, qui cum magnam de peccato verecundiam habeant, de ea pro maiori parte ſoluerent Deo, & tamen cum tantã erubeſcentię pecuniam habeant, eam inutiliter ſibi ſeruant. Eccl. 5. Eſt pecunia in malum domini

ſui. Tales ſunt, qui ſicut Abſalon, ſemel in anno tondentur, quia tantummodo ſemel in anno confitentur: & ſtatim capilli creſcere incipiunt: quia ſtatim ad peccata redeunt. Hæc eſt confeſsio vulpis qui cum debuiſſet ſuſpendi, & taxus eum duceret ad curiam leonis, facta confeſsione omnibus peccatis, eodem die vidit gallinas iuxta domum cuiuſdam hominis, & ait taxo. Illa eſt via qua incedere debemus, iuxta ſcilicet illam domum quam videmus. Cui taxus. Miſer hodie mihi confeſsionem feciſti de omnibus peccatis tui, & confeſſus es, ꝙ multas gallinas deuoraſti, & promiſiſti Deo in manu mea ꝙ de cętero abſtineris. Cui vulpes. Verum dicis, ſed iam illud dederam obliuioni. Sunt verò qui erubeſcunt de eo ꝙ frequenter ad confeſſionem vadunt, ac ſi erubeſcerent de manuū lotione, de debitorum ſolutione, de vulnerum ligatura & ſanatione. Et hoc ideo, quia multi mali de eis obloquuntur. Sed nullus ſanæ mentis eſſet, qui claudicantem non contemnat, ſi videat ſe ab eo irrideri, eo ꝙ rectè incedat, & qui non iudicet eum fatuum, ſi velit claudicanti aſſimilari, quia ab eo deridetur. Non enim eſt vituperium argento & auro ſi non appretiantur a iumento vel equo, cum ipſi nęſciant appreciare niſi fęnum vel auenam. Prouerb. 14. Ambulans recto itinere, & timens Deum: deſpicitur ab eo, qui infami graditur via. Dicunt enim pro frequenti confeſſione eius ꝙ eſt hypocrita, papelardus, ſomniator, & comeſtor imaginū, & ſic de alijs deriſionibus. Vnde erubeſcentia de peccato propter Deum, & etiam illa quæ quodammodo concernit confeſſorem, ſunt multum ſatisfactoriæ, ſi vincantur. Sed illa quæ eſt de ipſa confeſſione, eſt mala & demeritoria. Si aliquis de militibus regis rege petēte ſeruitium ſibi debitum, diceret ſe non audere ei ſeruire, quia homines inde loquerentur, & propter hoc ſuum feudum amitteret, ſtultus reputaretur, quanto magis qui dimittit ſeruire Deo propter verba detrahentium. Quarta ratio, quia inde creſcunt ſuffragia & auxilia. Confeſſor enim debet orare pro ſibi confitentibus, tanquam pro ſibi commendatis auxilio & conſilio eius iuuādis. Ideo quanto pluribus pęnitens confitetur, tanto multiplicatis interceſſoribus ſecurior recedit. Similiter plus multiplicantur ſuffragia abſolutionis & orationis ſępius iteratæ, & maioris humiliationis. Ideo cum quæreretur a quodam Abbate, quare ita ſæpe confiteretur? Reſpondit, quia ſemper timeo me non eſſe benè confeſſum, & ſæpe id ad memoriam reduco, de quo nondum confeſſus fueram, & maximè quia a confeſsione ſemper humilior ſurgo. Sæpe etiam per hoc reſurgit homo cum ceciderit. Quinta ratio, quia ſępius & multoties confitendo, augetur gratia & diminuitur pœna virtute clauium in ſacramento confeſſionis, nec ita tentatur a diabolo. Tela enim cruda frequenti ablutione candidantur: & auis elongat nidum in quo ſæpe moleſtatur, & oua eius ſæpe rapiuntur. Sic diabolus ab eo qui frequenter confitetur recedit. Qui vero non confitetur, amat quaſi ſecretarium & theſaurarium ſuum diabolus ipſe, in quo notantur qui tantum ſemel in anno confitentur. Frequenter enim homines manus lauant & pedes. Si autem hoc tantum ſemel in anno facerent, inhoneſti reputarentur. Qui ergo ſemel tantum in anno confitetur, videtur minus curare de honeſtate ſpirituali animæ, quàm pedum vel calceorum. Sicut enim diuites frequenter renouant veſtes corporis, ſic & nos mentis. Et hoc maximè in magnis feſtis, quando induunt de nouo corpus, induunt etiam animam. Iuxta illud. Pſ. 109. Confeſsionem & decorem induiſti. Sacerdos autem officium ſutoris habet, qui de diuerſis peccatis peccatorum, facit vnum indumentum cōfeſsionis peccatori, quo tegitur omnis eius turpitudo. Sed mali qui peccata ſua negant, diſsimulant, aut excuſant, hoc indumento non induuntur:

Erubeſcētia duplex.

B *Cōfeſſio. Frequenter confitendo diminuitur pœna et augetur gratia.*

tur:

tur: ſimiles ſtrutioni. De quo Philoſophus libro 4. de animalibus cum occultauit collum in fructice, totam ſe latere exiſtimat. Stultior eſt peccator, qui Deum & homines exiſtimat latere peccatum ſuum. Vt enim inquit Sanctus Bernardus. Omnia eorum operimenta de folijs ſunt, quæ nihil habent ſoliditatis: orto denique ſole, areſcent. Ideo fruſtra dicent montibus cadire ſuper nos, & collibus operite nos. Luc.23. Quia non eſt operimentum perditioni. Sed Iudas apparuit in campo cum tribus milibus viris, ideſt vere pęnitens cum fide trinitatis, qui tegumenta non habent, & contritæ ſunt gentes a facie eorum & fugerunt, ſcilicet peccata.

Sermo 22. De pœnitentia. & de confeſſione 16.

C Occidere. De tribus perſonis ſcelenibus quas occidit Salomon.

IN ſcripturis legitur, Salomũ tres perſonas occidiſſe: iuxta quod bonus animæ rector, debet in ſe tria vitia occidere. Primum, eſt peccatum uoluntatis, quod ſignificatur in Adonia, qui cum Sunamite cõtrahere voluit. 3. Reg. 2. Secundum eſt peccatum oris, quod ſignificatur in Semei, qui ore maledixit Dauid. 2. Reg. 16. Tertium eſt peccatũ operis, ſignificatum in Ioab, qui manualiter innoxios interemit. 2. Reg. 3. & 2. Reg. 20. Eſaiæ. 1. Vulnus & liuor & plaga tumens, non eſt circunligata. Vulnus eſt, dum intus vulneratur conſcientia: liuor, dum foris uerbo aut fama decolorat vita: plaga tumens, dum ſuperadditur operis impudentia. Hæc peccata & peccatorum modi multipliciter impugnant niſi per pęnitentiam occidantur. De ipſius autem pœnitentiæ fortitudine dicitur in Pſalm. 75. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, & gladium, & bellum. Potentiæ ſunt violenrę ſurreptiones & oppreſſiones, quas exercent diabolus in eis, quibus per concupiſcentiam dominatur. Gen. 19. Vim faciebãt vehementiſſimè, & propè erat vt infringerent fores. Sed pęnitentia potentior

D Pœnitẽtia. De his quæ confringit potentia pœnitentiæ.

eſt, ſuis comitata virtutib. de qua Pſ. 17. Confringam illos, nec poterũt ſtare. Secundò, confringit arcum, qui eſt tentatio occulta, vel ſubita, qua percutiuntur ſenſus, & inde vulneratur anima: ſicut pulchritudo mulieris ſagittat viſum, lingua adulatoris auditum, & ſic de alijs. de quibus Pſ. 10. Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetrã, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Tertiò confringit ſcutum, quod eſt excuſatio mali: vel malum ſuggerere ſub ſpecie boni, & quaſi ſcuto oppoſito malitiam tegere. De quo Eſaiæ 5. Væ qui dicunt malum bonum, & bonũ malum. Quartò, confringit gladium. Gladio vtitur quis multipliciter. Primò quando mala per ſcripturã ſacram ſuadere nititur, ſicut hæretici faciũt: & homines mali ſua nituntur peccata tueri per ſcripturam. Sed Golias, gladio ſuo occiditur, cum talis machinatio per ſcripturam ipſam eliditur: vt dominus fecit diabolo. Mat. 4. Repellendo gladio ſcripturę tentationes inimici. Secundò, gladio vtitur, qui lingua ſua adulando, vel detrahendo, animam & ſuam & alterius occidit. Pſal. Gladius eorum intret in corda ipſorum. Quintò, confringit bellum, quo communiter certatur contra extraneos, & extranei contra nos. Extranei nobis ſunt mundus, & dæmones. Ephe. 6. Qui certant aduerſum nos, vt hæreditatem Paradiſi dimittamus: vt his quæ mundi ſunt cupiditatibus & honoribus adhæreamus. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus Poteſtates, & Principes, & Rectores tenebrarum harum. Et niſi hoc bellum per pęnitentiam confringatur, non eſt animæ ſecura & pacifica habitatio in corpore ſuo, neque in eo habitaculum Dei ædificare poteſt. Inde Dauid non potuit ædificare templum domino, quia ſemper fuit in bello, quod poſtea fecit Salomon Rex pacificus. Vt autem poſſimus hos hoſtes occidere, illam quæramus, quæ contriuit caput ſerpentis antiqui, dicentes. Aue.

Gladio vtiturq; multipliciter.

Et quia de frequentia confeſſionis iam dictum eſt, ſupereſt inquirere, quo tem-

tempore, & quando confiteri tenetur peccator. Et arguit Guil.Pariſ.libro de ſacramentis,ꝙ omni hora qua nobis poſſibile eſt confiteri poſt peccatum,hoc facere teneamur. Primò,quia peccatum eſt iniuria irrogata Deo,ideo non niſi de aſſenſu & voluntate eius cui irrogata eſt,poteſt differri emendatio. quàm cito autem irrogata eſt iniuria, tam cito debet fieri ſatisfactio pro illa. Non eſt ergo pro beneplacito peccantis differre confeſſionem,ſed quàm cito fecit emendare.

E
Cōfeſſio. Dilata cōfeſſio ē multum periculoſa ꝓpter multa.

Pro reſponſione ſit prima propoſitio. Dilata confeſſio multum periculoſa eſt.Primò,propter negligentiam confitendi,cum quis poteſt dum non vult, iuſto Dei iudicio ei infligitur non poſſe cum velit. Sic conſueuit iuſtus iudex noſtras negligentias punire.Meliorē pacem inuenit pugil cum adhuc ſtat ſupra pedes,quàm cum ceciderit. Sic melius agit cum Deo ſanus,quàm cum in lectū mortis ceciderit.Eccl.18.Viuus & ſanus confiteberis.Intrantes enim mare antequam intrent, prouident ſibi de cibis & alijs neceſſarijs,ſcientes ꝙ ibi nihil inuenitur ad vendendum. Sic qui ingrediuntur mare mortis,ridiculum eſt dicere,ꝙ militiam & arma ab aliquo Rege accipiens, & ſub illa militia & armis vſque ad proximam mortis horam ipſum impugnans, ꝙ auderet ab eo milite petere ſtipendium, quia non ſtipendium,ſed potius ſuſpendium ei daret. Qua fronte igitur audacia,vel conſcientia audent in proxima mortis hora a Deo pro ſtipendio petere Regnum cœlorum: qui ab eo baptiſmi & aliorum donorum Dei accipientes militiam & arma, ſemper ſub militia illa,& armis illis contra dominū decertarunt: & ſi petant, gratioſum eſt valde ſi concedat.Ideo feſtinemus ad remedium cum poſſumus, ne fortè cū acceperit tempus, non ſolum iuſtitias, ſed etiam iniuſtitias ipſe iudicet.Stultus diceretur, qui plus diligeret inſtrumētum fatuitatis ſuæ quàm magnum theſaurū. Sic qui plus diligunt carnem ſuam, & plus captant tempus opportunum circa commoda & aduantagia terrena quàm ſpiritualia. Equum enim quis omni die vult cibare & adaquare,& ſi læſus ſit iuuare,& vult ꝙ equus ſuus omni die tergatur,& mundetur. Cibationem autem ſpiritualem,& mundationem animæ differre volunt peccatores vſque ad ſenectutem.Et ſic aſinus fameſcens habet paſcentem,& in puteum cadens habet extrahentē,anima vero non. Si Deus vellet omni venienti ad certum tempus & locum feſtinanter dare magnam ſummā argenti vel auri,& ſi non venirent ad illud tempus deficerent, vix eſt aliquis q̄ debilitate,paupertate,vel quacumq; excuſatione ſe excuſaret, immo ſi ire non poſſet,citius veheretur, quam venire tardaret. Secundò propter periculum obliuionis peccatorum, quæ ipſa vetuſtate abeunt in obliuionē, & ſui recentia memoriter tenentur. Tales enim ſerere volunt inter ſpinas & tribulos peccatorū, & talis agricola vberes non poſſet reportare fructus.Ideo melius eſſet talibus cū columba delicta gemere iuuentutis,& ad arcam redire eccleſię,quam cum auibus coruini generis pęnitentiam ſic procraſtinare,nec redire ad eccleſiæ pacem.

Periculū eſt in mora cōfeſſionis.

Tertio propter periculum moræ quę nō mediocriter aggrauat peccatum. Tales tota vita ſua ædificant, vbi habitare nō intendunt, ſcilicet in inferno,& cum ꝓſumunt cum habitu exire charitatis, & cum veſte nuptiali, exeunt cum ſacco ſeruilis timoris,plus timore quàm amore pęnitentes.Qui aulam cęli non intrabunt.Heſt.4. Non erat fas indutum ſacco intra aulam Regis.Exo.13. Præcepit Deus,Sanctificate mihi omne primogenitum,& non vltimo genitum. Sic Balaam malus.Nume.23.Petijt,ꝙ nouiſſima ſua eſſent iuſtis ſimilia. Sic Eſau cupiditate petijt benedictionem patris, & non obtinuit. Ideo tales ſicut illi optata benedictione carebunt.Pſal.108. Dilexit maledictionem,& veniet ei:noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Noluit quando potuit,ideo elongabitur ab eo,quando voluerit in ſenectute, vel lecto mortis. Et ſic tales cadunt inter duo ſcamna .i. inter iuuentutem in qua pęnitere nolunt, & ſenectutem, in qua non poſſunt,vel tempus pęnitentiæ non in-

inueniunt. Ideo inter illa duo cadunt in infernum. Et quidem ſatis iuſtè, quia ſi a Deo maledictus eſt, qui debile pecus offert domino. Mal. 1. quanto magis qui de uita propria debiliorem partem Deo offerre intendit? Quartò, propter ruinā peccati in aliud. Peccatum enim quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, ut dicit Grego. Et piloſus clamat ad alterum. Eſa. 24. Neſcio enim qua execranda liberalitate peccata ſeſe inuitant, ita ut non ſolum ſui generis & ſibi ſimilia attrahant, ſed etiam contraria & minuta, vt prodigalitas auaritiam: vt verè in illis impleatur illud. Pſal. 41. Abyſſus abyſſum inuocat.

A Confeſſio. Securū ē cito poſt peccatū confiteri.

Secunda propoſitio. Securum eſt cito poſt peccatum confiteri, & valde bonum. Quis enim homo de veſtimento ſuo, vel calciamento non faciat, vt quàm cito inquinatum fuerit illud abluí vel abſtergi non curet? Quis in luto illud vſque ad putrefictionem dimittat? Si diſſutum, vel detritum fuerit, quis nō ſtatim ſutori, vel refectori tradat, vt reſuatur & reficiatur? Quis equum ſuū, vel aſinum vbi inclauatus fuerit, aut alterius læſionis quippiam paſſus, non ſtatim illum mareſcallo curandum mittat? Qua ergo uigilantia curandę ſunt deterſiones & inquinamenta ueſtimentorum ſpiritualium? Prętereà. Si ſerpentes & colubri a ſinu noſtro, ſi uenenum de corpore expellere, ſi hoſtem, uel latronem de domo noſtra tantis ſtudijs & conatibus eijcere properamus, & moram iſtud faciendi tam acriter & in nobis & in alijs culpamus, & petere inducias aut dilationes quo minus iſta fiant tanta diſtrictione damnamus, quid nobis de ſpiritualibus colubris & ueneno, de diabolo hoſte & latrone faciendum putamus? Prętereà. Si ignis incendio domū cuiuſquam vaſtare cęperit, quis ſuper extinctione iſtius inducias etiam unius momenti prætendens ſuggerere audeat? Quis adeò demens, vt ſuggerentem audiat? De quo quidem peccato ſcriptum eſt Iob. 31. Quia ignis eſt vſque ad conſumptionē deuorans. Tertia propoſitio: Non tenetur peccator immediatè confiteri ſub pęna noui peccati. Patet quia pręceptum de confitendo eſt affirmatiuum, quod non obligat pro ſemper, ſed pro certo tempore limitato ab eccleſia. Obligat autem in quinque caſibus, vt dicit Durandus. 4. diſt. 17. Primò quādo quis habet euchariſtiam ſumere, vel quodlibet aliud ſacramentum a baptiſmo. Secundò, quando imminet periculum mortis, vt cum quis vadit ad bellum, uel in longa nauigatione, vel dum mulier eſt vicina partui, & ſic de alijs. Tertiò, quando quis habet peccatum de quo non poteſt eum abſoluere niſi ſuperior quem habet præſentem: & probabiliter credit, ꝙ eum de cętero non habebit. In quo culpandi ſunt prælati moderni qui caſus multos ſibi reſeruant, qui dum viſitant, viſitare deberent mentes ſuorum ſubditorum, & non viſitant niſi burſas. Propter hoc enim reſeruabantur caſus grandes, ut dum prælatus eos uiſitaret, agnoſceret vultum pecoris ſui, & eos abſolueret. Quartò, quando quis ex ſcrupulo conſcientię credit ſe teneri ad ſtatim confitendū. Tunc aut tenetur illum ſcrupulū tollere, aut ſtatim confiteri. Quintò, tenetur ex eccleſiæ ſtatuto, vt ſemel in anno confiteatur, nec ultra paſca differatur, niſi in caſu neceſſitatis, vbi eſſet in longa nauigatione, peregritatione, uel huiuſmodi. Hoc habetur ex decretali. Omnis utriuſque ſexus. Quia enim grauat peccatorem cæſaries & ſuperfluitas immenſa peccatorum, ſaltem ſemel in anno. Abſalonis exemplo. 2. Reg. 14. Debet illam per confeſſionem radere, & eam certis ciclis ponderare, ideſt certis pęnitentiæ oneribus ponderare. Vnde ſecundum Alex. in 4. Primus Adam forma eſt peccatoris, ſecundus Adam forma reſurgentis. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriūtur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Sed in quolibet anno recenſetur caſus primi Adæ & reſurrectio Chriſti, vt patet in principio & fine quadrageſimę, ſ. quod facit eccleſia in ſeipſa, innuit fieri in ſingulis membris eius: ergo ſicut eccleſia quolibet anno recenſet caſum Adæ & reſurrectionē Chriſti, ſic quilibet Chriſtianus

B Confeſſio. Quando quis obligatur ad confitendum.

Prælatorum munus.

Confitendum eſt ſemel in anno ſaltim, & cur præcipuè in quadrageſima.

ſtianus quolibet anno peccata ſua p̄ quę cecidit, debet confiteri & recipere pœnitentiam per quam reſurgat. Dicit tamen Bon.4.diſt.17.Quòd aliter cenſendum eſt de religioſo,aliter de laico. Nā religioſo totum tempus vitæ eſt tempus pœnitentiæ.Ideo habita copia ſacerdotis ſi peccauerit mortaliter, credo ꝙ tenetur ſine magna mora confiteri : ſicut recta ratio determinaret, non ſic de laico qui poteſt expectare vſque ad tempus quadrageſimæ. Quarta propoſitio. Si peccator vult eſſe in ſtatu ſalutis,non eſt dubium quin ſtatim poſt peccatum tenearur confiteri,aut ſaltem conteri.Sed quia difficile eſt ſcire an homo ſit contritus,ſecurius eſſet confiteri,quia ſecundum doctorem ſubtilem,per confeſſionē de attrito fit homo contritus. Pſal.84. Veritas de terra orta eſt .i. confeſſio de homine peccatore nata eſt,vt ſe accuſet cinerem & terram, & ſic iuſtitia de cęlo proſpexit.Conſulendum autem eſſet notabilibus perſonis,vt ſaltem confiterentur in magnis eccleſiæ ſolēnitatibus, vt ſicut in illis purgant vaſa ſua,ſic nec minus eſſent ſoliciti de purgandis animabus ſuis,& ſicut tunc faciunt feſtū ventri parando meliores eſcas,ſic & Deo facerent. Turpe eſt enim notabili perſonæ in die ſolemni omnia eſſe in domo ſua munda, & ipſum eſſe omni latrina viliorem.Debentque hoc parentes ante ſuos filios in exemplum agere,vt & ipſi ſimilia faciant in futurum,& pro parentibus qui eos ita ſecurè viuere docuerint poſtea orent. Soliciti enim eſſe debent parentes,animam ſuam parare in die feſto, ſicut & corpus ornant veſtibus.Eſt enim confeſſio habitus animam ornans, & reparans & reficiens imaginem Dei. Pſal. 95.Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius.Ideo Iac.5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini.Rom.10. Ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Oportet enim aut hic, aut in Dei iudicio, aut in inferno confiteri peccatum ſuum. Si in iudicio,tunc decident a cauſa ſua.quia Pſ.1. Non reſurgunt impij in iudicio, neque peccatores in cōſilio iuſtorum. Ibi enim

C Cōfeſſio. Si quis vult eſſe in ſtatu ſalutis, debet ſtatim poſt peccatū conteri, vel confiteri.

perdent cauſam ſuam. melius ergo eſſet latroni miſericorditer a conlatrone ſuo iudicari, quàm a iuſtis qui tunc non parcent. Tunc enim lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Si in inferno, certè ſcriptum eſt. Pſal.6. In inferno autem quis confitebitur tibi? Nam tunc non Deo,ſed diabolo confitebuntur, & Angelis eius dicentes. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam.Sola ergo confeſſio quæ fit in præſenti vita, eſt ad ſalutem.Quinta propoſitio.Maximè tempus quadrageſimale eſt conueniens, quia ſicut arbor quæ naturaliter circa tempus quadrageſimale ſine humore naturali eſt,nec ſe naturaliter uiuam oſtendit mortua eſt, & ad nihilum valet ultra,niſi vt præcidatur,& in ignem mittatur:ſic qui in quadrageſima humorē non habet deuotionis,nec voluntariè ſe ſpiritualiter viuum oſtendit,opera pœnitentiæ & uitę ſpiritualis voluntariè & deuotè faciendo, ſpiritualiter eſt mortuus, & igni inextinguibili deputatus. Illo enim tēpore maximè Chriſtus ſtat ad oſtium & pulſat, & miniſtri prędicatores & confeſſores uice eius: ideo tunc aperire ei debet pęnitens oſtium labiorum ſuorum,aliter nō cænabit Chriſtus cum eo. Apoc.3.Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cęnabo cum illo per gratiā, & ille mecum poſtea per gloriam.Secundò, dicendum eſt de his quæ inducunt ad cito confitendum.Tria autem ad hoc maximè inducunt. Primum eſt flagellū Dei. Sicut digitus profundè poſitus in gutture,vomitum cauſat:ſic digitus Dei flagellans morbo aut tribulatione, vomitum confeſſionis inducit. Sicut videmus multos malè moratos, qui de Deo non curant tempore proſperitatis,ſed in tempore aduerſo ad eum ſe conuertunt, & cito pro ſacramentorum miniſtris mittunt.Pſal.103. Qui reſpicit terram, & facit ea tremere? Reſpicit dum mala quę agimus videt. facit tremere, dum per flagella erudit eos,quos gratuita bonitate reſpicere dignatur, & flagello interueniente corripit, & creſcēte de hinc flagelli amaritudine diſtrictionem æterni

Confiteri cur dēamus in quadrageſima.

A Cōfeſſio. Tria maximè inducūt ad confitendum.

ni examinis coguntur conſiderare, & ad
cor redire: & tunc lingua reatum loqui-
tur ut i fratribus Ioſeph apparuit, quos
ille argumentando adeò conſtringebat,
vt territi confiterentur. Meritò hæc pa-
timur, quia peccauimus i fratrẽ noſtrũ.
Petrus autem ex ſolo reſpectu diuino,
& conſideratione elongationis ſuæ a tã-
ta bonitate quo nullum maius flagellũ,
nulla maior tribulatio, ſcilicet ſeparari a
pio patre contremuit: & egreſſus foras
fleuit amarè. Secundum inducens eſt a-
mor Dei, qui lætatur in cõuerſione ma-
lorum. Oſeæ 7. In malitijs ſuis. ſ. eas cõ-
fitendo lætificauerunt Regem. Sic in fi-
lio prodigo pater leuatus eſt, dum con-
feſſus eſt ſe peccaſſe. Bernar. Gaudẽt An-
geli de peccatorũ confeſſione, & lachry
marum eorum effuſione. Sed ſi maximũ
eorum gaudium ſunt meæ lachrymæ,
quantum erunt eorum gaudium meæ
deliciæ? Ita enim Deus in hoc lætatur,
ꝙ gratiam & gloriam dat pro illa. Pſal.
83. Quoniam miſericordiam cordis (ſup
ple ſibi & alijs compatientis, & verita-
tem oris confitentis) diligit Deus, gratiã
& gloriam dabit dominus. Non enim
poteſt confeſſionem noſtram maiori e-
mere precio, quam gratia & gloria ſua.
Vnde ait dominus. Sonet vox tua in au-
ribus meis, quia tãto mihi ſuauior, quan
to tibi amarior. Potus enim aquæ cali-
dæ vomitum inducit. Sic imbibitus a-
mor Dei, omne peccati virus expellit.

B
Indignatio.
Vnde cauſatur indignatio ſtomachi conſcientiæ.

Tertium inducens eſt indignatio, vel a-
bominatio ſtomachi conſcientiæ, quæ
cauſatur ex malorum abundantia hu-
morum intrinſecus exiſtentium. Cum
enim quis conſiderat abominabilia quæ
perpetrauit, horreſcit animus, & ſtatim
ad vomitum confeſſionis accurrit, ſed
cum profundatus fuerit iſte humor, nul
lus vnquam vel rarò fit vomitus. Sic cũ
fæces vitiorum profundatæ fuerint per
conſuetudinem, aut ignorantiam, aut tẽ
poris longitudinem, vomitus confeſſio-
nis, aut rarus, aut nullus eſt. Et ita cum
virtus guſtabilis conſcientiæ fortis fue-
rit ad ſapiendum abominationes, & inſi
piditates illorum humorum, & noxieta-
tes eorundem, tunc multiplicabitur vo-
mitus. Vnde dicitur Eccl. 1. In multa ſa
pientia. i. multa virtute ſpirituali ſaporan
di, multa eſt indignatio ſtomachi illas a
ſe expellentis, neque eas ferentis. Cum
autem debilis erit virtus illa guſtatiua,
nunc minuetur vomitus, aut nullus erit.
Quandoque autem ita corrupta eſt vis
appetitiua, & ita errans, ꝙ appetit con-
tra legem naturæ, & ſalutem ipſius cor-
poris; vt interdum appetuntur cineres,
& carbones. Sic ita aliquando corrum-
pitur vis guſtabilis aliquorum, ꝙ fit vo-
mitus & abominatio, & faſtidium ſalu-
brium delectationum ſpiritualiũ. Nu-
me. 21. Anima noſtra nauſeat ſuper cibo
iſto leniſſimo. Pſal. 106. Omnem eſcam
abominata eſt anima eorum. Et vt cla-
rè de his non in parabolis loquamur,
quid eſt appetitus carnalis delectatio-
nis, niſi appetitus ſpurcitiæ ſpiritualis ſa
nis naribus intolerabilis fœtoris? Quid
appetitus diuitiarum, niſi appetitus ſter
corum, niſi forte deceptus fuerit? Non
ſic Apoſtolus qui Philip. 4. Omnia arbi-
trabatur vt ſtercora, vt Chriſtum lucri-
faceret. Quid auaritia niſi peruerſus &
inordinatus appetitus terræ. i. terrenæ
ſubſtantiæ: puta fimi, feni, palearum, li-
gnorum, lapidum, corticum, radicum, fo
liorum, calcis, arenę, & cementi, quæ om
nia vendibilia ſunt nullius, aut modici
precij. Non tamen eſt nominanda con-
ſcientia ſtomachus, aut officium ſtoma
chi, ſed potius cloaca immundiciæ ſpi-
ritualis, quæ tantam fęculentiam, tãtaſ-
que ſordes vitiorum abſque vomitu &
indignatione vlla contineret, immo nec
latrinis comparanda eſt. Latrinæ enim
omnes habent qui eas emundent, iſta ve
ro corda non habent qui eis curam ex-
hibeant. Difficile enim curantur occul-
ta mala, quorum malitia nullatenus pa-
tet extrinſecus. Hæc ergo indignatio ſto
machi cauſata ex aliqua modica ſpurci-
tia irruẽte in fauces cordis, ſtatim expel-
lere facit immundiciam illam per vomi
tum confeſſionis, vt muſca in os alicu-
ius interdum inuolans, ſtatim vomitu
impetuoſo reijcitur. Cuius ſimilitudinẽ
inuenies in multis Sanctis viris & mu-
lieribus, qui nec muſculam vnam ſordi-

dè & noxiè cogitationis in ore intellectus ſui patiuntur, ſed ſtatim ſi inuolauerit, celerrimè confeſſionis vomitu illã expellunt. Sed alios inueniens Beelzebub, ideſt viros muſcarum, qui agmina muſcarum, ideſt uolatilium ſordidarum, & pungentium cogitationum in ore intellectus portitant inceſſanter, & ferunt abſque vlla indignatione, & abominatione: & quod eſt abominabilius muſcis huiuſmodi paſcuntur.

Sermo.23. De pœnitentia. & de confeſſione. 17.

C *Pœnitentia. Propter quinque agẽda eſt pœnitentia.*

PŒnitẽtia eſt pęna tenax, qua non facit ſatis, quem pœna de peccatis & dolor pro loco & tpe cõtinuę nõ tenet. Aug. lib. de pęnitentia. Pœnitere eſt pœnam tenere, vt ſemper in ſe puniat vlciſcendo, quod commiſit peccando. Vnde pęnitentia agenda eſt primò propter bonorum & diſcretorum conſultationem. Dicitur enim q̃ conſilio probi uiri debet credi. Sed probior & ſapientior in lege & ſtatu naturæ conſuluit & admonuit pœnitentiam agere. Iob. 31. Audite quæſo ſermones meos, & agite pęnitentiam. Similiter probior & ſapientior in ſtatu legis ſcriptæ. Leuiti. 5. Anima quę intellexerit agat pœnitentiam, & probior & ſapientior in ſtatu legis gratiæ, ſcilicet Chriſtus. Mat. 4. Pœnitentiam agite. Præſumptuoſus eſt ualde & inſipiens qui tantorum & talium conſilio non acquieſcit. Ideo Act. 2. petentibus conſilium a Petro, & quærentibus quid faciemus viri fratres? dixit Petrus. Pęnitentiam agite. Secundò propter lucrifactionem agenda eſt pęnitentia.

Pœnitentiæ lucrũ duplex.

Lucrum pœnitentiæ duplex eſt, ſcilicet regni acquiſitio, & pęnæ uitatio. De primo non eſt aliquod genus hominũ, qui pro temporalibus acquirendis grauia non ſuſtinerent. ruſticus in agris excolendis, miles in bellis & tyrocinijs, clerici in reditibus & dignitatibus obtinendis, negociatores in nũdinis pro temporalibus habendis, qua cito tranſeunt, & cuſtodientes affligunt, habentibus non ſufficiunt, Si pro his grauia ſuſtinentur, quãto magis pro cœleſtibus habendis vbi æterna fęlicitas, plena fecunditas, mera iucunditas, pęnitentia eſt agenda? Mat. 4. Pœnitentiam agite appropinquabit. n. regnum cęlorum. Secundò, lucratur pęnæ uitationem. Adiudicatus pœnæ, vel ſupplicio ſumptus, uel labores ſuſtinet, vt poſſit ſententiam reuocare. Quin autem in peccato mortali eſt, morti perpetuæ & inferni ſupplicio adiudicatur. Sed pęnitentia ſententiam hanc, & iudicium Dei reuocat. Mat. 3. Genimina viperarum quis oſtendit uobis fugere a ventura ira? Facite ergo dignos fructus pęnitentiæ. Cum quis dominum ſuum offendit & delictum ſuum recognoſcit, & dolet quod commiſit, & ceſſare promittit, & paratus eſt emendare, veniam meretur. Sic de peccatore qui Deum offendit, cum dolet in corde, recognoſcit in confeſſione, proponit peccatum non iterare, & paratus eſt ſatisfacere, veniam impetrat a domino. Et vbi ſunt iſta quatuor, neceſſe eſt eſſe pęnitentiam verã, & hoc eſt quod dicitur. Eccl. 12. Altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pęnitentibus. Qui autẽ emendare renuit, in carcere domini ſui emendabit grauius velit nolit. Mat. 5. Amen dico tibi, non exibis inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem. Tertiò, propter curialitatem. Domino enim tenemur de illo ineffabili beneficio, q̃ pro nobis ſuſtinuit tot & tanta. Vnde ſi nihil in pęnitentia lucraremur, tamen curialitas nos deberet compellere, vt ſibi vices redderemus, pęnitentiam agendo. Danti enim mihi unum potum vini, vel prandium vices reddo, quanto magis domino? Et illud eſt quod dicitur Iob 42. Auditu auris audiui te, hominem factũ pauperem & vilem paſſum pro me, nũc autem oculus meus uidet te .i. imaginẽ tuam pendentem in cruce, & idcirco me reprehendo, & ago pęnitentiam in fauilla & cinere. Quartò, agenda eſt propter confuſionis vitationem. Quilibet operarius confunditur, & non immeritò, ſi minus quàm ſui proximi operatur. Miles bellans magis effeminatè,

quàm cęteri,non ſine pudore deridetur; pugil agens remiſſius,quàm ſocius ſuus, confunditur.magiſter lectiones ſuas minus repetens quàm cæteri,meritò erubeſcit,faber lignarius non ſine ſuæ frontis rubore opera ſua minus bene facta, quàm opera aliorum percipit uilipendi. Et ideo qui pęnitentias Sanctorum prædeceſſorem conſpicit, vt Agnetis, Vincentij & aliorum, immo etiam peccatorum, meritò debet erubeſcere, ſi pęnitentiam reſpuit facere,& eorum comparatione condemnari.Mat.12.Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam, quia pęnitentiam egerunt ad prędicationem Ionæ:& ecce pluſquam Ionas hic. Quaſi diceret. Ionas non prędicauit niſi ſemel Niniuitis, & pęnitentiam egerunt, modernis autem ſæpius prædicatur,& tamen a peccato recedere, & pęnitentiam agere nolunt, propterea meritò damnabuntur. Vnde praua menſura ad iuſtam comparata, damnatur.Eze.14.Metientur fabricam.i.pęnitentiam anteceſſorũ patrum, & erubeſcent ex omnibus quæ fecerunt.Sancti enim in primitiua eccleſia, & qui non peccauerant magna ſuſtinuerunt tormenta, & beatiſſima virgo cui non erat peccatum, quam vt gratiam nobis impetret imploremus dicentes. Aue.

Quia iã determinauimus quid oporteat pęnitentem in ſacramento pęnitentiæ pro abſolutione ab omni delicto facere,reſtat poſtremò ſacerdotis officium diſcutere. Multa ſi quidem in hoc ſacramentali opere inueniuntur officia ſacerdotis. Primum enim exercet officium iudicandi.Nam ſecundum Guil. Pariſ. incumbit ei vt ſciat ſingulorum criminum iuſtificationes proprias, & ipſa crimina adinuicem dignoſcere, & diſtinguere, vt ſciat ſcilicet exurendum eſſe apoſtatam ſpiritualem iræ igne ſancto: donec apoſtaſia qua a Deo receſſit & diabolo adhæſit conſumatur:& mactandum eſſe ſacrilegum,qui templum Dei in ſeipſo violauit, occidens in ipſo ſeipſum hominem, & polluit eum contaminatione peccati, & exhæredandum

A Sacerdos. Qũo ſacerdos exercet officiũ iudicis.

eſſe cum tota poſteritate ſua reum maieſtatis, qui inimicum capitalem in ipſam ciuitatem quam a Deo per homagium tenebat,introduxit,& ſeruituti eius ſubiugauit, & Deum quantum in ipſo fuit exhæredauit, recedens ab eo & adhærẽs diabolo.Progenies cuius ſunt cogitatio, delectatio,conſenſus,opus,&c.Similiter adulterum lapidandum .ſ. fornicatores. Suſpendendum etiam & crucifigendũ latronem, & immergendum piratam .i. alieni honoris raptorem, gladiatorem inanem,ambitioſum.Hæc Guil.Propter quod volenti confiteri debet præſto eſſe ſacerdos. Non enim deeſſe debet in bona politia, qui iudicium & iuſtitiam faciat poſcentibus. Quod iudicium petebat qui dicebat.Pſalm.16.De vultu tuo iudicium meum prodeat,& qui dicebat. Pſalm.42. Iudica me Deus & diſcerne cauſam meam. Vultus enim Dei ſacerdos eſt,qui vice Dei intus & extra peccatorem reſpicit,& inde debet ſacerdos reum abſoluere, & partem pœnitentiæ largiri virtute clauium.Ait enim Hugo de ſancto Victore lib.de poteſtate ligandi.Sacerdos virtute clauium aliquid de pęna remittit,quia vniuerſæ vię domini miſericordia & veritas.Ideo in iuſtificatione quæ eſt opus miſericordiæ,miſericordia ſic remittit culpam,vt iuſtitiæ regulam non prætereat, propterea adhuc detinet obligatum ad pęnam.Illa autem pęna ad rigorem diuinæ iuſtitiæ eſt viribus noſtris improportionabilis, & nobis ignota, & de illa oportet Deo ſatisfacere. Prouidit propterea Dei miſericordia,& conſtituit arbitrum ſacerdotem, dans ei poteſtatem arbitrandi, & taxandi pęnam & partem pœnæ remittendæ ex virtute paſſionis Chriſti,vt diuina iuſtitia pro illa parte ſolutionem ab illo non exigat; ſed ex paſſionis Chriſti pœna ſit contenta, & quanta ſit,illa pars, noſtrum non eſt determinare. Secundum officium ſacerdotis eſt pacifici inter Deum, & pœnitentem mediatoris.Ex hoc autem officio ipſi incumbit primùm noſſe modos & vias, qbus pax reformari ſolet apud homines inter ſe diſcordes,qui ſunt ſeptem. Primùm eſt

Sacerdos quid in pænitẽte remittat

B Pax. Septem modis ſolet reformari pax inter diſcordes.

judi-

iudicium. Prou.26. Iudicium determinat cauſas. Si enim pęnitens iuri pareat in pęnitentiali foro,& iudicio illius ſtet, pacem habebit cum Deo. Nihil enim vltra id quod iurè Deo adiudicandū eſt: Deus a pęnitente requirere poteſt. In quibus omnibus primùm eſt,vt Deo poſſeſſionem fundi, quo Deum pęnitens iniuſtiſſimè ſpoliauit,reſtituat. Fundus autem eſt ipſe pęnitens. Secundò,ut de fructibus medio hoc tempore amiſſis, ante ingreſſum litis,Deo per cautionem ſiue ſatisfactionem cum alias non poſſit, ſatisfaciat. Secundus modus reformationis pacis vulgo dicitur legitima inquiſitio,per quam de iure vtriuſq; partis litigantium legitimè conſtet, vbi vtramque partem contendentem eſſe oportet, vt ei adiudicetur quod per inquiſitionem pertinere inuentum fuerit. Sic per Deum & pęnitentem inquiſitione de vtriuſque iure, per fidelem ac veridicam atteſtationem ipſius pęnitentis diligentisſimè facta nihil amplius ſibi vendicet pęnitens,quàm quod eidem inquiſitio denominauerit,hoc eſt ſolā confuſionem faciei,ſolamque culpam atque pęnam culpæ debitam. Et generaliter omnia bona Deo tribuat,ſibi mala. Iuxta illud Dan.9. Nobis confuſio faciei,tibi autem domino Deo noſtro miſericordia & propiciatio. Nihil enim amplius ad ſe pertinere miſer peccator inueniet per exactisſimam & exanimarisſimam inquiſitionem, quàm culpam & pęnam meritam, quibus ſi contentus eſſe voluerit, & in omnibus Dei bonis ſe nihil prorſus habere recognoſcens,ea Deo dimiſerit: nullum de cętero niſi de mandato eius aut beneplacito vſurpaturus, pacem habet cum Deo,de cętero ius diuinum, vt eſt de propoſito eius & uoluntate non inuaſurus. Tertius modus reformandæ pacis dicitur per conſenſum,ſcilicet cordis ad cor: cordis pęnitentis,ad cor Dei. Fit enim pax per hanc uiam inter Deum,& pęnitentem: cum pęnitens ad conſentiendum diuinæ uolūtati inducitur, videlicet ut facere velit vel faciat pro recuperanda Dei pace, quod eū facere fuerit diuinę uoluntatis beneplacitum. Confeſſoris autem eſt noſſe in parte illam voluntatem,hoc eſt quam ſatiſfactionem ab unoquoque pęnitente pro peccatis ſuis Deus gratam habeat. Quartus modus eſt arbitrio cum placito. Hoc modo pax inter Deum & pęnitentem reformatur quoties pęnitens arbitrio,id eſt beneplacito confeſſoris omnino ſe ſubdit & tradit. Prudentis enim & fidelis confeſſoris volūtati,& beneplacito cauſas quas aduerſus pęnitētes habet Deus commiſit, & in eius beneplacitum irreuocabiliter compromiſit, ſigillique proprij appenſione, hoc eſt filij proprij ſuſpenſio qui eſt figura & character ſubſtantię eius. Heb.1. Ac litteris euangelicis compromiſſionem formauit. Mat. 16. Quodcumque ſolueris ſuper terram &c. Quintus modus eſt tradere ſe miſerationi eius, contra quem delictum eſt, & ſic pęnitens Deo pacificatur cum omnino diuinæ miſerationis beneplacito ſe tradit. Sextus modus eſt dono vel precio. Interdum enim quis proijcit pecuniam, ut ſibi redimat pacem, Hoc modo fit pax inter Deum & pęnitentem cū ipſe pœnitens aliquid eorum quæ voti ſunt offert,& dat domino Deo, ſicut eſt igreſſus religionis, aſſumptio peregrinationis,vel proiectio peccatorum in confeſſione. Eſa. 57. Creaui fructum labiorū pacem ei qui longè eſt, & qui propè, & ſanaui eum. Offerendum eſt igitur peius uadium hoſpitij, quod eſt peccatum pro pace facienda. Et licèt illud vadium valde turpe ſit & uile ad reſeruandum, eſt tamen pulchrum in oculis Dei ad confitendum. Turpe enim eſt in corde & pulchrum in ore. Septimus modus eſt victoria,quæ interdum bellis finem pacis imponit, & inimicos in ſubditos & ſeruos conuertit. Sic interdum vincit Deus pęnitentes aut beneficijs, aut flagellis,aut ſimul utriuſque: ita vt rebellare de cętero aduerſus eum, vel non audeant, vel non velint, quin potius Deo ſeruiant ſubiugati. Ad pacē verò pęnitētes inducere urgentisſimum & efficaciſſimum eſt, eiſdem oſtendere quanta inſtantia per legatos ſuos doctores & prædicatores rogare non ceſſat ea quæ pacis ſunt:

ſunt: ac ſi rebellione nr̄a vici formidaret, ac ſi ſe de nobis vindicare nõ poſſet. Nec rogare ſolũ cõtentus ē, ſed ēt redimere, & emere toto precio diuitiarũ cœleſtiũ & Regni ſui dignatus eſt. In tantā tñ inſolentiā, immo dementiā nonnulli peccatorum ita alienati ſunt, vt nec verbum de pace iſta .i. ſacras exhortationes audire dignentur. Tertium officium eſt officiũ medici, ex quo incumbit ei noſſe. Primò, diuerſitatem pulſuum .i. motuum cordis, quæ ſunt deſideria & morum inclinatio. Vnde Chryſ. homil. 13. ſuper Mat. Sicut ſtudioſus paterfamilias ſcit in domo ſua quid vnuſquiſque neceſſarium habet, ita & ſacerdos ſingulorum mores & actus & conuerſationem debet diſcere, vt quale, quibuſque medicamentum neceſſarium fuerit ſubminiſtret, cui ſolationem, cui increpationem. Cui autem aſperior increpationis medicinam fuerit poſita, ſecundum qualitatem paſſionis illius non debet indignari, quia nec infirmus iraſcitur aduerſus medicum, ſi poſuerit aliquam medicinā mordentem. Non enim conſiderat aſperitatem medicinæ & iraſcitur, ſed conſiderat beneuolentiam medici, & ſuſtinet: quia prodeſſe illi deſiderat, non nocere. Sicut autem infirmus ipſe qui venit ad medicum ex parte iam ſanus eſt, ſic & peccator ipſe qui venit ad ſacerdotem, & doctrinæ aut pœnitentiæ medicamina quærit, ex parte iam iuſtus eſt. Illum autem grauis tenet infirmitas, quem ſacerdos ſequitur verbis, & ille verborum ſpiritualium medicamentum non ſentit, nec melioratur, ſed quaſi qui ſtomachum patitur, quicquid manducauerit, aut biberit iterum vomit. Sic & illa anima patiens quicquid audierit, ſtatim de ſenſibus ſuis proijcit foras. Sicut illi infideles Iudæi, de quibus dictũ eſt. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum .i. omnem eſcam doctrinæ animam nutrientem. Secundò, eius eſt noſſe ſi deſiderium pœnitentis reuertendi ad Deũ ſit forte ac validum, an vitalis calor .i. viuifica dilectio qua Deus diligēdus eſt, fortis eſt in eo an debilis, quia ſpiritualis medicus roborare habet hunc vitalem calorem diuinæ dilectionis verbo Dei, exhortatione, & alia dulcedine. Primò, more medici qui in ingreſſu ſuo ſuum confortat ægrotum quantumcũque infirmum, ſacerdos habet conſolari ſuum pœnitentem ne pro magnitudine, aut enormitate peccati deſperet, proponendo ei exempla Apoſtolorum Petri & Pauli, & Magdalenæ, dicens ei. Effunde ſicut aquam cor tuum coram domino. Cæteri liquores cum effunduntur, quaſi cum mora & difficultate exeunt, & aliquod ſui veſtigium fœculentum in vaſculis relinquunt. Aqua vero cum effunditur, de facili & quaſi tota ſimul egreditur. Sic nec cum difficultate & mora confitearis, excuſando vel extenuando peccatum. Non enim eſt hæc effuſio ſimilis aquæ. Sunt & qui totum non effundunt quibus dicendum eſt. Curari non curat, qui curanda occultat, nec eſt malagma apponere dum ferrum eſt in vulnere. Secundò, exhortari habeat more medici ad conſiderandam magnitudinem ſuæ infirmitatis, vt per hoc faciliùs pœnitentiam acceptetur: non tamen a principio grandem imponat, quia infirmus cum conualeſcit tener eſt, nec grande onus ferre poteſt. Sed cum adauctus fuerit calor, robuſtus factus poteſt grandia ferre. Nec enim amatoribus de his quæ ad aſſequendum amoris ſui finem faciunt: quicquam iniungi oportet. Amor enim ipſe de his eos ſufficienter ſolicitat. Tertiò, ſi ſudor lachrymarum eſt multus, aut paucus, ita vt vniuerſaliter omnia membra lauet, & ſupereffluat. Quod eſt cum ipſe pœnitens luget ſigillatim omnia peccata ſua, quæ auribus, quæ oculis perpetrauit, & alijs membris. Quartò, ſi ſudor ipſe ita fortis fuerit, vt cauſam & radicem morbi ſpiritualis expulerit, ita vt nullum eius veſtigium in corde pœnitentis remanſerit. Quintò, incumbit ei ſanare ægrotum, ſed mirabilius quam medici corporales. Primò, quia illi medentur herbis, & aquis, & alijs huiuſmodi: iſte autem ſolo verbo. Mat. 8. Dic tantum verbo, & ſanabitur puer meus. Efficax .n. eſt

C Sacerdos. In confeſſione ſacerdos exercet officium medici.

Confitēdi modus viliſſimus.

Medici ſpiritualis et corporalis diſcrimē

verbum abſoluentis, quod poteſt curare omnes infirmitates ſpirituales, ſicut efficax diceret ille cibus, qui curare poſſet omnes infirmitates corporales. Pſal. 106. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & eripuit eos de interritionibus eorum. Secundò, alij medici non curant grandes & inoſſatas infirmitates, iſte leproſos & intoxicatos, ideſt eos qui alios inficiunt, & qui iam infecti ſunt veneno aſpidum, quod eſt apud homines inſanabile. Pſal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, q ſanat oẽs infirmitates tuas. Miniſterialiter.n. ſacerdos abſoluit, dñs verò principaliter. Pſal. 145. Dñs ſoluit cõpeditos, dñs illuminat cęcos. Tertiò, quia medici cũ ſanant, non omnino ſic ſanant, quin ſemper relinquãtur aliquę morbi reliquiæ, vel ſaltem non maiorem q̃ ante inducunt ſanitatem. Iſtę aũt maiorẽ inducit ſanitatem, quia maior ei gratia confertur pluſquam ante. In fabulis dicitur, ꝙ Rex Antheũ proſtratus ab Hercule, ſemper fortior q̃ prius fuerat reſurgebat, ita vt ſic reſurgenti dicat illud Tob. 2. Noui opa tua, & charitatẽ, & fidem, & miniſterium, & patientiam tuã, & opera tua nouiſſima plura prioribus. Ruth. 3. Benedicta filia tua dño, q̃a priorẽ miſericordiam poſteriore ſuperaſti: immo & ipſe medicus ſacerdos etiã inde maiorem conſequitur gratiam. Nã vt inquit Durandus. 4. ſen. In confeſſione conueniunt confitens & confeſſor ad deſtruendum peccatum. Ideo proptet hoc vterque apud Deũ meretur. Quartò, quia medici corporales non vident quid intus latet. Neque.n. ſaccum aperiunt ventris aut ſtomachi vt interiora ſcrutentur, ſed ſolam vrinam & ſtercora videntes, ex eis infirmitatis modum coniecturant. Sacerdotes verò interiora omnia ſcrutantur & vident, nec ſolum ſtercora peccatorum vident, ſed & portare habent, exemplo magiſtri eorum de quo dicitur. Verè languores noſtros ipſe tulit. Scriptum eſt.n. Num. 18. Aaron & filij eius portabũt iniquitates populi. Ex quo (vt inquit Petrus Cantor) non debent ſuperbire confeſſores, quia ſunt cophini eccleſiæ ſtercorarij, ſtercora ſua & aliorum extra eccleſiæ caſtro portantes: non ſicut iumentum putreſcens in ſtercore ſuo, vel vppupa in eodem nidificans, ſed ſicut animal domini, de quo Pſalm. Diuertit ab oneribus dorſum eius, manus eius in cophino ſeruierunt. Et propterea frequenter ſe lauare debet ſacerdos, qui tantas immundicias neceſſe habet tractare. Membrum bene ſanum, membro infirmo ſubuenire ſolet, & materiam morbi ad ſe attrahẽdo purgare, vel alleuiare membrum morbidũ conſueuit: ſicut pro epatę vel capite læſis cruentatur digitus ſanus, & ſic attrahit materiam morbi, ſic ſacerdos ſanus mente infirmos peccatores ad ſe attrahendo purgare & alleuiare ſolet. Sed multi ſoliciti ſunt alios curare & abſtinentias iniungere, de ſe non curantes: ſimiles medicis, qui abſtinentiam iniungunt infirmis, & ipſi infirmati cuſtodire non curant. De quibus Luc. 4. Medice cura teipſum. Sexto incumbit ei ſcire de ipſa ſatisfactione, ſcilicet quæ dieta, & quæ medicina debet eſſe pęnitentis. Sicut enim ſubditus vicem gerit ſpiritualis ægroti, ſic ſacerdos ſpiritualis medici. Et ſicut materialis Phyſicus accedẽs ad ægrotum primò mulcet eum verbis, & compatitur ei, blanditur, & ſalutem pollicetur, vt æger confidentius detegat morbi quantitatem: deinde quærit de circunſtantijs morbi, puta de tempore morbi, & occaſione, quibus cognitis ſecundum morbi quantitatẽ, dietam magis aut minus extenuat: quoſdam cibos vetat, alios imperat: ſic ſpiritualis medicus, dum ad eum accedit ſpiritualis ægrotus, debet eum blandimentis allicere, vt facilius morbum detegat, quo detecto, melius concludat ſatisfactionis medicinam, & occaſionem peccati perquirat, & originem & cauſam, vt ſi quis fornicationis reus ſit, quærere debet vtrum mouerit cõcupiſcentiam uel motus fuerit ab ea. Grauius enim peccat qui mouet, quàm qui mouetur ab ea. Caueat propterea qui ſibi cæcum & peruerſum eligit ſacerdotem. Iudas pęnitens iuit ad Phariſeos, relinquens Apoſtolos, & nihil auxilij iuenit, niſi augmẽtum

Sacerdotes debẽt eſſe mũdi a ſordibus cũ ctis.

Confeſſoris electio qualis eſſe debeat.

tum deſperationis: non ſic ſi ad fratres iuiſſet, qui orauerunt pro ſocru Simonis, & pro Chananea poſt Chriſtum clamante. Tales enim debent eligi in confeſſores, qui ſciunt compati infirmitatibus. Sapientes enim medici animarum oleum habent, & vinum Samaritani. vbera matris in principio, vt alliciāt infirmos, ne forte nimis confundantur, in fine verò verba patris aliquantulum increpando duros & rebelles, & aſperitatem pęnitentiæ tamquam vinum pūgitiuum vulneribus infundendo. Sed modo pauci tales inueniuntur medici. Non enim intromitteret ſe de cura filiæ regis, niſi medicus expertus. Modo ferè ſunt omnes imperiti, contra doctrinam Gregorij in paſtorali. Nulla, inquit, ars doceri pręſumitur, niſi prius intenta me ditatione diſcatur. In alijs enim artibus neceſſitātur prius artes diſcere, quàm ex eis viuant: quia niſi eas prius diſcant, ex eis viuere non poſſent, quia tamquā imperiti derelinquerentur, & a nemine conducerentur. Sed in arte officiorum eccleſiaſticorū cum ſit ars natura nobiliſſima, & exercitio periculoſiſſima, a paucis dicitur antequam exerceatur. Et huius cauſa eſt, quia prędicta conditio in alijs artibus, requiſita, in iſta moderno tempore non quæritur, quia inſufficientia in iſta arte nec artificem repellit, quia inſufficientem quærunt: nec ad hoc habent oculum, vt ſit prælatus qui eſt ſufficientior, ſed qui prodigalior, vel qui propinquior eſt: nec ſacerdos qui purior, ſed qui meliori foro conduci poteſt, nec confeſſor qui veracior, ſed qui facilior. Et hæc eſt cauſa quare plures inſufficientes & ignorantes ſe intromittunt plus in iſta arte, quàm in aliqua alia arte mundi. Et fortè credunt non ita eſſe magnum periculum eſſe ignorātem in iſta arte, ſicut in alijs: ſed oppoſitum videbunt quando ignorans ignorabitur, dicente dño Oſeę 4. Quia tu ſcientiā repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Quartum officiū, eſt officium obſtetricis. Primò educendo de corde peccatū, vt poſtea pariat nouū hominem. Iob 26. Obſtetricante manu

A Sacerdos. Sacerdos geris officiū obſtetricis.

Dei eductus eſt coluber tortuoſus, id eſt diabolus, iuxta conſuetudinem quarundam nationum, in quibus mulier primò parit monſtrum, ſcilicet bufonem, & poſtea puerum. Hebrææ enim mulieres obſtetricandi habent ſcientiam. Exo. 1. Hę mulieręs intelliguntur confeſſores. Primò, propter familiaritatem, per quām ſecretiſſima abſconditiſſimorum peccatorum eiſdem creduntur & reuelātur: ſicut obſtetricibus mulieres parientes ea quæ maximè erubeſcunt & maximè abſcondita eſſe volunt, detegunt & committunt. Secundò, propter ſuauitatem contrectandi & educendi partum tenellum. Non enim debent eos durè tractare. Talem ſe dicebat Paulus obſtetricē. Gal. 5. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. & Rom. 5. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere. Sciat ergo ſacerdos partum nouum educere tenerrimum, ne dura obſtetricatione ſuffocet ipſum. Secundò, pannis eū molliſſimis & ſuauiſsimis inuoluere ſtudeat & calore ſuaui & muliebri confoueat. Pharaonis eſt gladium parare parientibus, vt interficiantur partus earum maſculi: & Draco. Apoca. 12. Iraſcitur mulieri parturienti, veneno triſtitiæ, & dentibus nimium mordacis increpationis, & duræ obiurgationis armatus. Diabolicum enim eſt non lætari, cum vides huiuſmodi mortuos ſuſcitari. Solus enim diabolus, & qui ſunt eius, non lætantur. Pannis veteribus & mollibus circūuoluendi ſunt cubiti Hieremiæ. Et funiculis pęnitentiæ & confeſsionis, extrahendus eſt Hieremias de lacu. Hiere. 30. Hæc enim ſubmittenda ſunt ad Hieremiam, ſcilicet conſolationes, & diuinę miſericordię promiſsiones, quibus ante confeſsionem præueniendus eſt, & exhortandus pęnitens. Vnde in lib. de dono timoris. Quidam piratæ exiſtentes in periculo tempeſtatis, vouerunt ꝙ ſi euaderent confiterentur, liberatis eis cum magiſter cuidam eremite confiteretur, & ipſe eum durè increpans mitteret ad Papam, turbatus contra eum

interfecit eum, & ſimiliter fecit ſecundo, tertius autem eũ benignè alloquens, & tractans iniunxit hoc ſolum, ꝙ quando videret aliquem mortuum, iuuaret eum ſi poſſet poni in terra & cogitaret de morte. Quod cum feciſſet frequenter & deuotè, cœpit cogitare ſtatum ſuum, & fugiens ad eremum, mortuus eſt in magna pœnitentia. Tertiò, propter muliebris benignitatis, & compaſſionis dulcedinem. Tota ergo vigilantia ſtudendum eſt confeſſoribus, vt cautiſſima ſit eorum ſuauitas, ſuauiſſimaque cautela in educendis horendiſſimorum peccatorum monſtris in lucem confeſſionis, & præcipue ignominioſæ paſſionis in peccatis extraordinarijs carnis, & in his quæ maximè confiteri erubeſcunt. Quintum officium eſt amantiſſimi patris. Sic enim excipiendus eſt pœnitens a confeſſore, vt ab amantiſſimo patre filius rediuiuus, hoc eſt toto gaudio & congratulatione, toto applauſu & feſtiuitate. Sic enim illum recipit pater miſericordiarum, ut legitur Luc. 15. de filio ꝓdigo reuertẽte. Nec debet eſſe auarus in condonando, & compatiendo, vbi Deus eſt largus. Bern. Duo ſunt in Deo naturalis manſuetudinis argumenra, ꝙ & patienrer expectat delinquentes, & clementer recipit pœnitenres. vnde pius pater primò eum excipit gaudens. Secundò induit eum melioribus veſtimentis. In quo non eſt auarus ſed largus. Tertiò, vnica videtur eſſe ſolicitudo patris de feſtinanda inuentione filij perditi, & ſuſcitatione mortui. Nihil increpationis, nihil obiurgationis ibi fuiſſe recolat ſacerdos, recolat quomodo ſub typo paſtoris cẽteſimam ouem proprijs humeris: & ſub typo mulieris drachmam perditam quærentis de ſe voluit intelligi: & cum eam inuenit omnes vicinos & amicos ad hoc vt ſibi congaudeant, & inuentionem ouis perditæ cum ipſo feſtiuent, inuitat. Cum ergo ſacerdos huius patris & paſtoris & mulieris vices gerat: non ſine plauſu & feſtiuitate ouem illam inueniet, & ſi amicus es, aut vicinus huius paſtoris aut mulieris: congratulari iuberis. Et non eſt

A Sacerdos. Sacerdos in cõfeſſione exercet officium amantiſſimi patris.

dubium quin de ouibus, & drachmis materialibus perditis id faceret, ſi ſuę eſſent commendatæ fidei. Secundò, quomodo non gauderet ſacerdos ad tantum diuinę boniraris miraculum, quod maius eſt Deo, quàm creare cęlum & terram (vt dicit Augu.) cui applaudit tota curia cęleſtis. Non ergo ſe exhibeat triſtem pœnitenti cui tota cęleſtis arridet militia. Tertiò, ſciat ſacerdos ſe illius eſſe vicarium iudicis, qui ut reis parceret, ſubijt mortem atque patibulum. quàm ergo libenter, & quàm iucundè percit, & ſine opprobrio, qui pro eis ſtoluit approbria ſuſtinere? Præterea quomodo triſtitia & vultus ſui auſteritate clauderet eis oſtiũ ſaluris, quos dñs iubet intrare, immo cõpellit intrare, & pulſantibus promittit apertionẽ, qui dat omnibus affluenter, & non improperat? Si ergo ſacerdos ſeruus illius eſt miſſus ad compellendum intrare, quomodo eos ſua auſteritate diuertet? Quarto ſi medicum ſe gerit, vbi eſt conſolatio, vbi familiaritas, quę debet eſſe in labijs & facie medicantis? Si denres eius arma & ſagittæ, & lingua gladius acutus ad occidendum & trucidandum veniſſe ſe cognoſcat ſacerdos, non ad medendum. Sed dices o ſacerdos, te ignem & ferrum adhibere, vt vſtiones & inciſiones, & cauteria facias huic ægrotanti. Reſpondeo, prius agnoſcas ægritudinem. Febris ferro & igne non curatur, nec oculus. An velis oculum incidere vel vrere, & febriciranrem cauteriare vt ſanetur? Quod ſi chirurgicum te vis exhibere, non expedit ægrotanti, donec aperta ſint tibi vulnera. Noli fugare a te ægrotum, ſed talẽ te ei exhibe, vt vitam per te quærat: & te non vt mortem fugiat. Sextum eſt officium matris, munuſculis paruulo blandientis, ipſumque conſolantis, & trahentis ad bona. de quo Oſeæ 2. Lactabo eum, & adducam in ſolirudine. & Eſa. 65. Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandietur vobis. Quomodo ſi marer blandiatur filio, ita & ego conſolabor vos. Et propter hoc confitens nullatenus timere debet confeſſorem, qui vices matris gerit, quin ei reuelet occulta ſua. Errat enim

Sacerdos debet eſſe lætus & blandus erga pœnitentem.

enim qui pulicem timet, & in futuro iudicio contra Leonem ſecurus eſt.

Sermo 24. de pœnitentia. & de confeſſione 18.

B Talētū. Talenta a Deo nobis credita, exempla naturaliū rerū a nobis multiplicāda ſunt.

QVi talentum ſcientiæ creditum eſt illam per doctrinam i alijs multiplicare tenetur. Cui verò vitæ ſanctitas, & laudabilium morum honeſtas, ipſam velut ſigillum,& velut formam viuendi aliorum,per exemplorum rectitudinis euidentiam, quodāmodo ſigillare,& formare debet. Iuxta quod legitur Philip. 3.Obſeruate eos qui ita ambulant,ſicut habetis formam noſtram. & 1.Pet.vlt. Forma facti gregis ex animo.Horum autem exemplum euidens in naturis inuenitur. Vnaquæque enim arbor fructifera,& in ſeipſa proficiens ſemen dilatat, & prouehit & ſemen quod ex ea oritur, in alijs naturam ſuam multiplicat, & in omnibus generantibus vis generatiua eſt ad multiplicandum indiuidua ſpeciei ſuę, quaſi quodam artificio negociationis ad lucrum,& in hoc etiam ipſa talenta tamquam ſemina ſpiritualia ſunt, & nos bono vſu eorum patres & matres nominamur ipſorum,in quibus illa multiplicauerimus. 1.Cor.3. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui. Ex talento igitur ſibi credito ſacerdotes debent per pœnitentiæ ſacramentum generare,& multiplicare filios Dei. Quod ſi in hoc difficultatem inueniant ſicut parturientes pariendo filios Dei,& Sanctorum opem poſtulant: ſic in partu ſi difficultas inueniatur Deum requirant, & beatam Virginem , quam ſalutabimus, dicentes. Aue.

C Sacerdos. Officiū ſacerdotis ē ſanctificare populū.

In hoc ſermone dicemus ſubſequenter de ſeptimo & vltimo ſacerdotis officio. Septimum igitur ſacerdotis officiū, eſt officium ſanctificationis,ex quo officio ad abſolutionem & benedictionem ipſius & diuini nominis inuocationē vincula peccatorum diſrumpuntur in cordibus pœnitentium: maculæ abſterguntur,gratiæ infunduntur, & remiſſiones peccatorum gehennalium de diuinæ largitatis munificentia tribuuntur.Propter quod maximè congruit,vt ſanctus ſit & immaculatus,cuius miniſterio pœnitentes ſanctificantur. Grego.Munda debet eſſe manus, quæ alienas ſordes diluere curat. Malus enim ſacerdos officium iſtud exercere non poteſt abſque peccato. Sicut enim bonus ſacerdos vocatur Angelus bonus.Malach.2. Sic malus ſacerdos vocari poteſt Angelus malus,qa ſicut diabolus in omni tempore ſuo licèt etiam in ſe bono,vt quia credit Deo, vel quia ad Dei iuſſum de corpore ægreditur obſeſſo,quia hoc totum facit cum murmure & aio malo, ſic ſacerdos malus in omni ſuo miniſterio peccat,vtputa miſſam celebrando,& ſacramenta miniſtrando. Et ideo ſacerdos ſæpe lauare ſe debet, quia vix officium iſtud (vt inquit Guil. Pariſ.) ſine periculo agitur. Vix.n. mundis manibus contrectantur immundiciæ,& vix tumores ſanioſi, & vulnera ſanguinolenta præmuntur abſque pollutione manuum. Periclitatur autem ſacerdos in hoc multipliciter.Primò,in iudicio diſcernendo inter lepram & lepram,& conſulendo pœnitenti,maxime in materiam reſtitutionū, votorū, & caſuum matrimonij.Si.n.magna volumina inuertuntur ad conſultandū caſus emergentes in foro exteriori iudiciali, & vix in multis inuenitur nodus materiæ, quid poteſt ſacerdos qui non ſolum exteriora,ſed ēt interiora cognoſcit iudicare & conſulere? Iudicibus & prædicatoribus ſolum dedit ea iudicare,quę exterius manifeſta occurrunt:ac ſi ſolū dimidiam Dei iuſtitiam habeāt. Sacerdos autem de omnibus de quibus Deus iudicare poteſt habet iudicium.Si ergo iudices tot voluminibus eruditi,vix poſſunt litigijs finem imponere,quid faciet ſacerdos qui pauca vidit in tanto iudicandi diſcrimine:& ideo vt ſacerdos ſit cautus auditor in auditione confeſſionis, multa debet prudenter agere. Primò, debet Deum oratione, & ſuimet iudicio prçuenire. Pſalm.87. Mane oratio mea præueniet te,ideſt in mane & in initio conuerſionis peccatorum,oratio confeſſoris debet prçuenire Deū, quęrendo

D Cōfeſſio. Tria pericula cōfeſſoris ī cōfeſſiones audiendo.

ab eo auxilium ad ſubleuandũ aſinũ peccatoris: & hoc mõ ſi leuauerit ſacerdos oculos ſuos ad mõtes, vnde veniet ei auxiliũ, & quærat tantũmodo quæ Christi Ieſu ſunt, nõ quæ mũdi, nõ quæ pecuniæ, aut lucri: præſumendum eſt, & ita credendum, ꝙ vnctio docebit eum de omnibus, immo quæ principaliter ſolẽt quærere mali curati, & ſacerdotes, & religioſi, ſcilicet lucrum, teſte Euangelio eis etiam nolentibus occurret. Ait enim ille qui mentiri non poteſt. Primũ quærite Regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quod ſi difficultatem caſus inuenerit, tunc beni gnè poterit dicere confitenti, caſus iſte difficilis eſt, tractabo de eo cum ſapientibus neminem reuelando, & tunc dicam tibi reuertenti ad me infra certum tempus, quid agere debeas. Nec debet conſulens aut conſulto, cito dare reſpõſum, ſed benè & maturè omnes circunſtantias caſus conſiderare, quia de periculo animæ vtriuſq; agitur. Vnde Guil. Pariſien. lib. de pœnitentia. In his quæ dubitat ſacerdos cum ſapientibus conſilium habeat, vel ad ſuperiores remittat. Debet enim eſſe mediocriter litteratus, alioquin confeſſiones audire non præſumat, niſi nouerit ſeparare precioſum a vili, aut inter dexteram & ſiniſtram diſcernere. Ars enim ſalutis animarum eſt ars artium. Oportet enim quòd ſciat inſtruere pœnitentem, & inquirere de fide eius, de articulis eius, de moribus, de operibus miſericordiæ, de decem mandatis Dei, de virtutibus & vitijs, de ſeptem peccatis, & eorum ſpeciebus, de carnalib. & ſpiritualibus peccatis. Sciat peccata ignorãtibus detegere, & ea quæ obliuioni tradita ſunt, ad memoriam reducere. Sciat fodere parietem, vt videat abominationes maiores, & inſtar venefici incantantis, ſapienter eijciat aſpidẽ de cauerna, vt obſtetricante manu ſapientiæ, educatur coluber tortuoſus, vt videat mirabilia in profundo, ideſt in cordis peccatoris abyſſo. In interrogando autem primum cauere debet, ne ſcitu tinium ſuum incipiat, donec peccator ex ore ſuo ea quæ nouerit confiteatur.

A Cõfeſſo. De his q̃ confeſſor agere debet circa difficultates emergentes.

B Cõfeſſo. De modo interrogandi pœnitentes in confeſſione.

Melius enim eſt quòd ore ſuo confeſſionem ſpontanea voluntate faciat, quàm ex ore alieno. Scriptum eſt enim. Cum petes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius, vt pignus auferas: & ille proferet tibi quod habuit. Debet enim dicere ſacerdos confitenti. Amice dic quod ſcis, & poſtea adiuuabo te. Secundò, ſi ex ore ſuo quæcumque nouerit dixerit pœnitens, tunc ſacerdos conſiderare habet ſtatum & qualitatem, & conditionem confitentis, & tunc poterit aliqua perſcrutari quibus huiuſmodi perſonæ ſolent obligari. Sicut dicitur Eccleſi 37. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum iniuſto de iuſtitia, & cum muliere, de his quę emulatur: cum timido, de bello: cum negociatore, de fraude: cum emptore de venditione, &c. Aliter enim ſecularis, aliter religioſus interrogandus eſt, aliter mercator, aliter operarius diurnus, aliter iuuenis, aliter ſenex. Tertiò, quòd interrogando verba pietatis, compaſſionis, & infirmitatis, & blãditiarum, ſiue benignitatis exhibeat confitenti. Capiendis enim auibus (inquit Guil.) ſimilitudo ſonitus ſui, aut garritus prętenditur. Sic infirmo verba benignitatis, & compaſſionis effigia, & conformia exhibe. Configura ei vocem tuam ſi vis vt ad paratam tendiculam veniat. Illaqueandis auibus, & capiendis piſcibus eſcula coram eis ponuntur, quę eos attrahant, non coram eis expauentaculum erigitur, quod eos terreat, nec ibi vir tenens baculum ſtatuitur, qui aues abigat. Latratu canum & inclamatione non capiuntur latrones, ſed potius admonentur vt fugiant, aut vlulatu lupino oues aut agni. Liberare latronem videtur, qui ei præclamauerit. Qui enim ſic durè increpãt confitentes, quid aliud faciunt, quàm eos inſtruere vt fugiant? & eis quaſi gallinis Chriſti velut militũ roſtro, voce & plumis exteriori, ſcilicet conuerſatione ſe exhibent. Oſculari enim debet filius rediuiuus cum mortuus fuerat & reuixit: ſicut & fecit pater cęleſtis, cadens ſuper collum eius. Portam enim te debes exhibere, non mu-

murum, vt per te pœnitens introeat. Hęc Guil. Pſal. Diligit dominus portas Sion, idcſt eos qui ſe faciunt portas, vt peccatores intrent in Sion, idcſt in contemplationem ſui, & Dei, vt ſunt confeſſores & prædicatores: & hoc ſuper omnia tabernacula Iacob, idcſt ſuper prælatos, qui non ſtant ſuper oues, ſicut tabernacula mobilia ſunt, & contra oues claudunt oſtium miſericordiæ, & boni exempli, & doctrinæ vbi deberent ſe facere oſtium, vt ſui intrarent. Sacerdos nempè videns iumentum fratris ſui in foueam cecidiſſe, ſecundum mandatum legis, tenetur ipſum ſubleuare. Dicunt aucupes lib. de aucupio. c. de pituita, ꝙ pituita procedit in auibus prędacibus ex comeſtione putridæ carnis non lotę. Curatur autem lotione aquæ roſaceæ & vnctione olei amygdalorum. Sic in anima nobili taciturnitas peccati cauſatur ex putredine horrendi peccati maxime luxuriæ. Curatur autem dulcibus & lenibus verbis, & non obiurgationibus. Quartò habet ſacerdos prudenter & cautè interrogare pœnitentem. Similis enim eſt peccator heritio, qui ſe ſuis ſpinis inuoluens, vix poteſt euolui, niſi per aquam diſcretionis & iudicij. Guil. Pariſ. lib. de paſſione domini. Nulla fera, aut piſcis, aut auicula de manibus tenentis facilius effugit, aut elabitur, quàm miſera corda peccantium, aut pœnitentium de manibus Dei, & conſilio confeſſorum. Nihil enim humano corde fugacius, nihil oneris & iugi impatientius, nihil ad cuſtodiẽdum aut recludendum difficilius. Quicquid enim ſenſu vel cogitatione occurrerit, illud ad ſe trahit, & alijs abripit. ideo caute ducendum. Nam nulla deſideratior Deo preda, quàm peccatorum. Ideo qui ſua auſteritate & indiſcretione Deo eam auferunt, toti curiæ cęleſti gaudium auferunt, peccatori vitã & ſalutem, Deo gloriam & laudem, in ipſos peccatores homicide, in Deum impij, & in Angelos inimici. Hæc Guil. In vitis patrum legitur de quodam iuuene tentato ſtimulis luxuriæ, qui paratus propter hoc eremum deſerere, cucurrit ad ſenem quendam ſed inexpertum, & in confeſſione ſibi aperuit tentationis ſuæ modum. quem abhorrens ſenex, durè increpauit eum dicens, nihil ſibi tale vnquam contigiſſe, & ꝙ illa tentatio ex eius defectu procedebat. Tunc quaſi deſperatus ab eo recedens iuuenis, obuium habuit alium ſenem prudentem & expertum. Qui iuuenem videns triſtẽ, cauſam triſtitiæ eius requiſiuit, qui ei narrans caſum ſuum, inſuper & prioris ſenis aſperum reſponſum, deſperatum ſe eſſe confeſſus eſt. Quem ſenex blando conſolatus duxit eum ad illum immiſericordem ſenem ad eius cellam, orans cum iuuene flexis genibus dominum, vt ad ipſum dirigeret dęmonem qui iuuenem monachum tentabat, & tunc eis apparuit paruulus ethiops, igneas ſagittas contra feneſtram ſenis dirigens. Qui ſenex protinus exiliens, quaſi furibundus hac illacque diſcurrebat. Quem protinus arguens venerandus ſenex ait. Quomodo tu durè increpaſti iuuenem iſtum ſuper tentatione grandi, quam aſſiduè patitur, & tu unam illam vix vna hora ſuſtinere potuiſti? Aliorum itaque huius exemplo diſce misereri. Et dato quòd peccator ſit omnia dicere paratus, nihilominus ei datus eſt ſacerdos ad examinandum iudicium eius, ne ignorantia iuris aut facti ſemitas iudicij peruertat. Eſt enim officium unum iuriſdictionis ſacerdotalis inſtruere claue ſcientiæ peccatorem. Quintò, caueat prudenter confeſſor ne primum directè interroget grandia peccata & vilia, ſed quaſi circumeundo de leuibus, quæ quaſi nihil reputantur primum interroget, quæ ad grandia perducunt, ne nimio pudore affectus peccator, cum primum de vilibus interrogatur claudat os. Via reſolutionis procedere debet pœnitens a maioribus delictis ad minora, & hoc deſtruendo congeriem peccatorum, econtrario ſacerdos a minoribus ad maiora ædificando & inſtruendo pœnitentem, & hæc eſt via compoſitionis. Sicut enim non niſi circumeundo montium abrupta ſcauduntur, ſic nec niſi diſcreto circuitu ſacerdotis pec-

Cõfeſſor miſericorditer tractare debet pœnitentẽ.

Sacerdotis et pœnitentis in peccatis recẽſendis munus.

catorum congeries & aceruus perpenditur. Si enim voluerit de peccato carnis interrogare, debet primum de peccato gulæ inueſtigare ſi nimium carnem ſuam nutrierit, & ſi ſic, ſi aliquos ex hoc carnis ſtimulos ſenſerit, & ſi ſic, ſi in eis delectatus ſit, deinde ſi conſenſerit, dein de ſi in opus exarſerit. Aut ſi fuerit vxor, vtrum virum ſuum ſemper bene dilexerit, & nunquam cum eo rixata ſit. Si non vlterius non inueſtiget. Si ſic tunc inueſtiget ſi in tali odio perſeuerans ad alium virum habuerit concupiſcẽtiam, deinde ſi conſenſum, & ſic conſequenter. Aut ſi ſit adoleſcentula, ſi aliquando in choreis cantauerit, & ſaltauerit, ſi in eis carmina turpia cecinerit, ſi in eis delectata ſit, ſi ſic chorizando aliquem concupierit, ſi conſenſerit, & de conſenſu in opus peruenerit. Et conſequenter de conſuetudine interrogandum eſt. Debet enim prudens chirurgicus attingere vulnus vſque in profundum, & quanto profundius eſt vulnus, tanto curatur difficilius. Prouerb. 18. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Oſeæ. 9. Profundè peccauerunt. incipit vtique vulnus a mala cogitatione, quaſi in ſuperficie: deindè profundatur in moroſa delectatione: ſed profundius efficitur in conſenſu & mala operatione: profundiſſimum eſt in mala conſuetudine & deſperatione. Vnde neceſſe eſt vt vſque ad profundum attingat medicina confeſſionis, & ponatur ſecuris ad radicem arboris, vt ſit confeſſio omnium vniuerſalis. Particulari enim ſudore non ſanatur infirmus, ſed vniuerſali: vt non loquatur partim azotice, partim iudaice. Et ſi dicatur, quòd non licet ſacerdoti interrogare penitentem, quia ſcriptum eſt Deute. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam tibi debet, non ingredieris domum: nec pignus auferes, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit, id eſt vt quidam prædicauit, non ingredieris conſcientiam peccatoris, vt eijcias peccatum quo obligata eſt anima eius diabolo. Dicitur ꝙ ſi domus, id eſt conſcientia proximi habet priuata bona, quæ non expedit alij reuelare, non debet ea ab eo ſcrutari, ne inde glorians efferatur ex illis bonis in vanam gloriam. Secus eſt ſi proximus habeat domum plenam latronibus volentibus eum interficere, tunc illi debet aperire promptè qui venit vt illos latrones profugos faciat. Sextò, ſic diſcrete interroget, vt enormia peccata nõ doceat, quorum deſiderium, & tentationem afferat ipſa eorum notitia. Cuiuſmodi ſunt quædã peccata carnis, quæ nec in toto corpore ſcripturę ſacrę expſsè leguntur inhibita. Cuius hanc inquit Guil. puto eſſe cauſam, quia Deus nunquam voluit ea aſcendere in cogitationibus hominũ, propter abominabilem fœditatem ſuam. Noluit ergo dominus ſua prohibitione vel leuem dare occaſionem infirmitati humanæ talia cogitandi. Ex quo ſequitur, ꝙ interrogare non debet ſacerdos de ſodomia, quæ ab Apoſtolo dicitur paſſio ignominiæ, quaſi non digna nomine. Non enim eſt aliquis qui ipſum vitium audeat nominare in prædicatione. Vnde ſuper illud Gen. 18. Deſcendam & videbo. Greg. Magna enormitas criminis, quæ ſcientem omnia dubitare coegit. Vnde quidã ſancti dicũt, ꝙ ipſo nomine peccati aer inficitur, & intantũ vile eſt, quòd diabolus ipſum erubeſcat. Ezec. 16. Dabo te in animas odientium te filiarum Paleſtinarum, quæ erubeſcũt ſuper via tua ſcelerata. Tam enim deteſtabile eſt, ꝙ dominus in propria perſona de illo ſe vindicauit, cum eſſet hominis naturam accepturus, & cum eſſet incarnationem promiſſurus Abrae Gen. 19. Pluit ergo dominus ſuper Sodomã, &c. Propter quod ſic peccantes, non reputantur a Deo eſſe homines. Eſa. 33. Proiecit ciuitates illas quinque, non reputauit homines. Septimò, ſic cautè interroget, vt ad minutas peccatorum & minutas circumſtantias non cito deſcendat, quia vt inquit Petrus Cãtor, deſcendenté vſq; ad indiuidua peccatorũ, iubet Chriſtus quieſcere: ne peccati incogniti inqſitio det peccandi occaſioné. Qui nimis emũgit, elicit ſanguinẽ. Nitimur .n. in vetitum, cupimus ſemperque negatum.

Diſcretio maximè neceſſaria eſt ſacerdoti.

negatum. Vnde de lege veteri dicitur. Lex ſubintrauit,vt abundaret delictum. Rom.5.Quia per legis traditionem quędam peccata innotuerunt, vnde magis homines in ea exarſerunt. Ceſſet igitur nimia inquiſitio. Verbi gratia. Si quis confitetur ſe aliquam cognouiſſe, non quærat vtrum eam ante an retro cognouerit. Sunt enim eloquia confeſſoris eloquia domini. Eloquia autem domini caſta. Hęc Petrus Cantor. Si tamen confeſſus fuerit aliquod enorme vitium in generali: poteſt eum ſolicitè monere, vt magis particulariter horrorem illius detegat dicendo; quomodo hoc peccatum perpetraſti, non deſcendendo ad modos alias forſan ſibi cōfeſſos. Octauò, cū cōfeſſus fuerit enormia peccata, & omnia quæ habuerit in corde ſuo euomerit, vel dixiſſe ſe profeſſus fuerit, eum conſoletur & inſtruat: moneatque ꝙ gratias agat de tanta cordis euacuatione & tanti pꝛiculi euaſione, & quomodo fecit bonā dietam, & ꝙ ſine dubio niſi Deus contuliſſet ſibi gratiam, non potuiſſet tantum virus euomere: & interim eum etiam mediocriter increpare; ꝙ in tanta mala in Dei dedecus lapſus eſt. Sic tamen fiat obiurgatio inquit Guil. Pariſ. vt careat contumelia, & ſupercilio arrogantiæ & indignationis. Sic enim feriendus eſt vetus homo, vt non lædatur nouus. Sic enim ſe habent vetus homo & nouus, vt homo & ſerpens ipſum hominem arreptum circūuolens. Dum igitur lapides in ſerpentem iaciuntur, aduertatur, ne ſerpens de lęſione ipſius hominis adiuuetur, & ita verbo Dei quaſi gladio vel lapide ſerpens feriatur: ne homo cuius liberatio quæritur, vulneretur. Ad mortificandum igitur veterem hominem & corripiendum, poteſt prudens confeſſor inducere quęcumque timore cōfigunt veterem hominem, vtpotè oſtendēdo pericula inferni, & iudiciorū Dei, & mortes eorum qui præuēti ſunt & in ſimilibus lapſi ſunt. Valent etiā ad hoc quęcūque amore viuificant, vt ſunt clementia Dei, quæ eū expectat ad miſericordiā: dona quæ ei contulit tā temporalia quàm ſpiritualia, & beneficia redemptionis noſtræ. quibus (licèt meruiſſet) non priuauit eum. Tertiò, ad hoc inducere poteſt quęcumque pudore confundunt, vt oſtendendo vilitatē peccati ſui, & confuſionem quam hēbit in iudicio Dei. Quartò, quæcumque ſancta indignatione inflammant, vt oſtendere quomodo peccatū eſt inimicus Dei, qui eſt ſuus benefactor, laqueus diaboli ſeruus eius: & qūo nullius valoris ē quādiu eſt in huiuſmodi peccato, & qūo ſeruit & ſeruiēdo omnia perdit, tam naturalia q̄ tēporalia & etiā ſpiritualia gratiæ, & gloriæ: vt ex tanta perditione indignetur, contra peccatum. Quintò, quęcumque triſtitia ſalutari exaſperant, vel ſancto deſiderio ſtimulant dicendo ei. Tu paulo ante dignus eras ſocietate dęmonum, & ęternitate pęnarum, tu nunc dignus effectus ex Dei miſericordia, & virtuoſiſſimo opere quod feciſti, ſocietate Dei & Angelorum, & omniū Sanctorum & Sanctarum. Tu omnia bona quęcumque feceras perdideras, nunc omnia reddita ſunt tibi. Sextò, valent ad hoc quęcunq; ſuauitate medicinali reficiūt, vel efficacia ſua confortant: dicendo ei antequam huc veniſſes plenum erat cor tuum triſtitia & tremore, nunc aūt ſentis interius gaudiū, quod nulli bono mūdi æquipollet, nec pro omnibus mundi bonis velle deberes, vt tantum facinus non reuelaſſes. Tu es filius meus in Chriſto, ego te amo ſicut filium meum vterinum. De cętero ſi quid occurrat conſcientiæ tuæ, accede ad me ſicut ad patrem, ſicut ad diligentem te. Hæc.n. ſunt quæ veterē hominē mortificant & torquent, & nouū viuificant, nutriunt, confortant, & adiuuant. Sic enim more illius veri Samaritani infundat ſacerdos in vulneribus ſauciati, vinum obiurgationis, ꝙ non deſit oleum conſolationis. de pęn. & re. Sacerdos ſit diſcretus & cautus ut more periti medici ſuperinfundat vinum, & oleum vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatorum circunſtantias & peccatoris, quibus prudēter intelligat quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere. Nono debet ſacerdos

A Cōfeſſio. Qūo confeſſor debet conſolari cōfitentem poſtquā confeſſus eſt.

Cōfeſſor qūo commonere dēat pœnitētem.

dos

dos inquirere a confitente, ſi ſit paratus emendare in melius vitam ſuam, & de cętero abſtinere a peccatis, & cauere à recidiuo. Maledictus eſt enim omnis qui reædificauerit hierico. Ioſuæ 5. Et præceptum eſt Loth non ſolum ut exiret de Sodomis, ſed de omni circa regione. Secundò, moneat eum, vt vitet omnes peccandi occaſiones, vt ſpectacula, choreas, tabernas, & mala conſortia.

B

Fornicatio. Frequēs coitus maximè cum nō ſua eſt periculoſus.

Non eſt tamen voto obligandus de emendatione facienda, neque promiſſione, ne poſtea recidiuans, fractionem voti incurrat, & addat peccatum peccato. Exigitur enim & ſufficit ſolius propoſiti firmitas. Tertio cum moneat principaliter circa peccata quibus maximè inclinatus eſt. & circa ea det bona monita & remedia: maximè contra peccata luxuriæ & fornicationis, ſi paratus eſt emendari dicens ei. Amice uelles eſſe leproſus, reſpondebit non pro toto mundo. Quomodo ergo (inquiet) ita fuiſti fatuus hæc agere? quia naturale eſt, quòd qui cognouit mulierem cum qua leproſus rem habuit, efficitur leproſus, unde plures facti ſunt leproſi & cognoui plurimos. Dicūt enim medici, ꝙ mulier habet intra ſe pelliculam & foſſiculas in matrice, quæ retinēt in ſe illam maſſam corruptam, & reſiſtunt ne inficiat totum corpus eius. Sed inter omnes partes corporis membrum virgæ tenerrimum eſt. Ideo contingens illam maſſam corruptā facile inficitur, & conſequenter totum. Si te timor Dei non reducat ab illo vitio, ſaltem timor tuæ perditionis & infectionis corporalis.

Luxuriæ detrimēta.

Secundò, multi coitus abbreuiant hominis vitam, vt dicunt medici, & Philoſo. in libro de morte & vita. Supereffuſa multa ſemina ſeneſcunt, & ſequitur, ꝙ ſemen amplius deſiccat ſubiectū, & hoc dicit. Pſal. 5. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Tertiò, accidit ex nimio coitu debilitatio tanta capitis, ꝙ inſani, vel quaſi alienati ſunt. Ratio eſt, quia ſperma quod eſt deciſum a cerebro pro maiori parte ſecundum Hyppocratem, per nimium coitū tollitur, & conſequenter quaſi ex quadā violentia nutrimentum & fomentum eius. Ideo de neceſſitate ſequitur eius debilitatio, & ex conſequenti ſenſuum, qui ibi ſunt debilitati alienatio. Recitat Guil. Pariſ. de quodam ſcholari, qui propè paſca venit ad quendam confeſſorem Pariſius, & coram multis ſcholaribus aſſiſtentibus clamauit. Domine pro Deo audiatis me in confeſsione. Reſpondit confeſſor, non poſſum præ multitudine, & quia te nunquam audiui. Reſpondit alius, domine pro Deo audiatis me, quia tantam debilitatem capitis patior, ꝙ fere inſanior: & cōſilium quæſiui a medicis, nec aliquid profuit, vnde non credo, ꝙ poſſim peruenire uſque ad domum meam priuſquam inſaniam: Securior autem eſſem ſi bene confeſſus eſſem. Tunc cępit confiteri de maxima incontinentia quam exercebat die ac nocte, & dixit ꝙ in mane cum tota nocte iacuerat cū quadam muliere, ideo doluit caput. Reſpondit confeſſor, non eſt mirum ſi ignorantes medici cauſam morbi, non curauerunt te, ad ſimilitudinem mulieris de qua in euangelio ꝙ patiebatur fluxum ſanguinis, & totam ſubſtantiam ſuam expenderat in medicis, quam dominus curauit. Tunc cognoſcens ſuum errorem, petijt remedium. Ad quod confeſſor. Amice equus iuuenis debilitatus & macilentus qui bene cuſtoditur in ſtabulo, cito conualeſcit & reſumit vires ſuas, ſed equus antiquus nequaquam. Tu iuuenis es, de cętero caueas, & ſis quietus in camera tua, & deſiſtas ab hac incontinentia, & dominus per gratiam ſuam te ſanabit: quod & factum eſt, & ſic ex coitu frequenti cum muliere totius corporis debilitatio ſequitur. Nam Hyppocrates dicit, ꝙ a cerebro deſcendit ſperma per quaſdam venas, quibus abſciſis non ſpermatizat homo. Galenus dicit, ꝙ ab epate originaliter, & a cerebro pro maiori parte: & ſic ex nimio coitu fit deperditio in omnibus membris, etiam eius quod neceſſarium eſt ad nutriendū, & maximè in duobus membris principalibus, vnde citius moritur homo luxurioſus. Nec mirum. Nam olla poſita ad ignem ſi plena ſit aqua, tamē ex ebullitione continua paulatim conſumitur.

Sic

Sic luxurioſus humorem ſuum natura-
lem effundit, ardens igne luxuriæ. Et ſic
conſequenter de alijs uitijs dici poteſt.

A Abſolutio. Qño ſacerdotis eſt abſoluere peccatorem.

Decimò, iudicio pœnitentiæ abſoluat ſa
cerdos pęnitentem, ſi paratus eſt emen-
dari. Sacerdoti enim dicitur. Eſa. 42. De-
di te in lucem gentium, vt educeres vin
ctum de concluſione qua concludit ad-
uerſus eum inimicus in conſiſtorio di-
uino, de domo carceris peccati ſedentes
in tenebris peccatorum. Sole enim præ-
ſente, fugantur tenebræ, & a facie lucis
fugatur noctua. Propter quod non eſt
mirum ſi peruerſi & incorrigibiles qui a
malo agendo ceſſare non intendunt, cõ-
feſſionem & confeſſorem odiunt. quia
Ioan. 3. Qui malè agit, odit lucem, & nõ
venit ad lucem, vt non arguantur opera
eius, non venit ad lucem .i. Deum illu-
minantem. Pſal. 138. Tenebræ non ob-
ſcurabuntur a te, quia peccata non ob-
ſcurantur a Deo qui ea nouit, nec ad lu-
cem, id eſt confeſſorem, qui tenet lumẽ
diſcretionis & ſcientiæ vt cognoſcat &
iudicet de omnibus malis operibus pec-
catorum. Qui autem facit ueritatem. i.
de ſe veritatem dicit, venit ad lucem, vt
manifeſtentur opera eius, quia in Deo
ſunt facta. Gloſ. Cùm diſplicent mala
ſua & accuſat, non ſibi ignoſcit, non ſibi
parcit, ſed venit ad lucem, & incipit age
re cum Deo, qui mala accuſat, quia ini-
tium boni eſt accuſatio mali. Ex quo ap-
paret ſignum eſſe boni uiri, qui ſe vltro
accuſat in confeſſione. Si verò non ſit pa
ratus emendari, non abſoluat eum. Altiſ
ſiod. in 4. Sicut in lege qui leproſus iudi-
dicabatur a ſacerdote, eijciebatur extra
caſtra, qui vero mundus a ſacerdote reci
piebatur intra caſtra, ſic in noua, confitẽ-
tem in quo videt ſacerdos ſigna immun
diciæ, eijcere debet quantum in ſe eſt a
ſacramentorum communione, ne in-
dignè ad ea accedat, & in quo videt ſi-
gna mundiciæ, hunc ad communicatio-
nem recipit. Vnde Petrus Cantor. Non
debemus abſoluere aut ligare incorrigi-
biles, & impœnitentes. Per Ezechielem
enim dictum eſt. Mortificabant animas
quæ non moriuntur, & viuificabant ani
mas quæ non viuunt. Sed illis debemus
conſulere, vt bona qua poſſunt agere in-
deſinenter agant, & maximè opera miſe
ricordiæ ſi forte aliquando reſipiſcant,
erepti a laqueo diaboli a quo tenẽtur ca
ptiui. Vnde de Lazaro ſuſcitato domi-
nus dicit. Soluite eum, & ſinite abire. Sol
uunt enim iam uiuentem, quem magi-
ſter ſuſcitauit mortuum. Si enim diſcipu
li Lazarum mortuum ſoluerent, fœtorẽ
magis oſtenderent quàm virtutem. Ex
quo oſtenditur ꝙ non debemus illos per
paſtoralem auctoritatem ſoluere, quos
auctorem noſtrum cognoſcimus nõ per
gratiam viuificare. Hæc Petrus Cantor.
Sunt enim quidam, qui nec confitentur,
nec relinquunt peccata, & iſti ſunt peſ-
ſimi. Sunt qui confitentur, nec relin-
quunt, & iſti non ſunt ita mali. Per con-
feſſionem enim vacuam & inanem ali-
quando peruenitur ad ſolidam confeſ-
ſionem, quia ſicut baptiſmus Ioannis
præparatorius erat ad baptiſmum Chri-
ſti, & ille præceſſit ad aſſuefactionẽ, iſte
vero ſecutus eſt ad emundationem, ſic
confeſſio qualiſcumque & alia opera de
genere bonorum, præparatoria ſunt ad
veram confeſſionem, & plenam peccato
rum remiſſionem. Vndecimò, ipſum pę
nitentem aliqua pęnitentia aſtringat, eo
ꝙ commutat æternam pęnam in tempo
ralem. Exodi. 13. Primogenitum aſini
mutabis oue, id eſt primordia uitæ præ-
cedentis, innocentia ſubſequentis. Duo-
decimò, debet confeſſor laudare Deum
poſtquam pęnitentem dimiſit, propter
duo. Primò, propter ſalutem pęnitentis
attribuendo Deo gloriam dicens. Can-
temus domino, glorioſe enim honorifi-
catus eſt, equum id eſt ueterem homi-
nem, & aſcenſorem, id eſt diabolũ, pro-
iecit in mare amariſſimarum lachryma-
rum & contritionis. Fortitudo mea &
laus mea dominus, qui factus eſt mihi
in ſalutem .i. adiutorium ad ſaluandum
pęnitentem. Secundò, periclitatur con-
feſſor in timore quando audit maiores
aut potentiores ſe, quibus timet diſplice
re, vel eos increpando, vel eorum vitia
ſecundum circumſtantias interrogan-
do, vel eis condignam ſatiſfactionem
iniungendo, ne vel perdant lucrum aut

E Cõfeſſio. Periculũ imminet cõfeſſori, quãdo ꝑ magnitudine virorũ quos audit parcit eis, nec audet dicere quicquam.

fauores

ſauores eorum. Confeſſor autem non debet parcere confitenti, ſed debet planè veritatem dicere, & ſemper cogitet, ꝙ in loco & iudicio illo maior eſt omni homine, quia locum Dei tenet in terris. Non enim debet eis parcere propter lucrum temporale, ne lucrum perdat æternum, nec gratiam confitentis quærat, ne Dei gratiam perdat. Sciens ꝙ melius eſt filium ad horam contriſtare, & eum videre lachrymari ad correctionem, quàm eum nolle contriſtare ad ſuſpendium: & melius eſt ægro, vel vulnerato, ꝙ ſentiat dolorem ad veram curationem, quàm ꝙ ficte curetur ſine dolore ad tempus, & poſtea ſentiat dolorem ad mortem. Talis poſtmodum ſciet medico qui ei pepercit malas grates. Sic iſti quibus modo parcitur, quando audient triſtem ſententiam in iudicio, poterunt ſuper ſuos confeſſores dicere capita agitantes. Maledicti uos, qui noluiſtis nos contriſtare veritatem dicendo. Non enim debet, niſi audax miles intromittere ſe de bello ſpirituali. Audita enim confeſſione, tranſire debet de porta in portam, ſicut fecit Moyſes. Exodi. 32. Accinctus gladio verbi Dei, conſecrans manus ſuas in ſanguine propinquorum, vel ſanguineitate, vel familiaritate, vel auctoritate, vel fauore. Tranſire autem de porta in portam eſt inquirere de cauſis & circunſtantijs peccatorum, an caſu, an cum deliberatione, vel alterius ſuggeſtione, uel propria malitia, vel ignorantia hoc factum fuerit, vtrum ſcilicet ex adipe prodeat iniquitas eorum, aut ex macie. i. Vtrum ex abundantia bonorum, vel ex paupertate. Sunt enim qui rapiunt neceſſitate compulſi, ſunt & qui voragine cupiditatis eadem committunt. Vtrum etiam peccatum fuerit in eo ſeminatum an innatum. Nam ſi innatum, grauius iudicabitur. Sic enim iudicauit dominus crimen dæmonis innatum, irremediabile, crimine hominis ſeminato a ſerpente iudicato remediabili. Sic enim natura rerum hoc docet. Grauius enim fætet & efficacius corrumpit aera lutum fecis, quàm lutum platearum. Illud enim vitioſe innatum eſt, iſtud autem ex illi-

Confeſſoris prattica circa pœnitentem.

cidio pluuiarum & puluere ſolo ſuperimpoſito. Tranſire itaque oportet eum per medium caſtrorum nemini parcendo ex amore uel odio. Palponibus enim dictum eſt. Væ uobis cementarij ſubdoli linientes parietem abſque temperamento. Ezechiæ. 23. Tertiò, periclitari poteſt confeſſor in cōcupiſcentia, vt pote quando audit mulieres maximè cum confitentur de peccatis carnalibus. Tūc enim ſtupa eſt iuxta ignem, & periculum grande eſt ne aliquo modo accendatur. Vnde & 4. dialogorum legitur de quodam curato nomine Vrſino, qui dum laboraret in extremis, & mulier quędam ad eū ſolatij & ſubſidij cauſa appropinquaret, clamauit dicens. Diſcede mulier tolle paleam, adhuc igniculus viget. Ad quod periculum euitandum, primò debet ſacerdos in loco patenti ecclesię nō in abſcondito confeſſionem audire. Richardus de ſancto Victore. Thamar cū habitu meretritio, anima cum peccato bene ad biuium venit, quando ad confeſſionem palam accedit. Quam animā Chriſtus ſicut Iudas prægnantem facit quando illi poſt confeſſionem peccati, dona ſancti ſpiritus infundit. Vnde ſcriptum eſt. In medio eccleſiæ aperuit os eius, & non in angulo, & ſequitur, & impleuit eum dominus ſpiritus ſapientię & intellectus. Secundo confeſſor faciem confitentis maximè mulierum nullatenus debet aſpicere. Dicitur enim Abacuch. 1. Facies earum ventus vrens, qui inſpicientes quandoque calore noxio facit febricitari. Vnde dicitur. Non licet intueri, qđ nō licet concupiſci, ne ſis de numero ſacerdotum qui Suſannam lauantem ſe reſpexerunt. Se enim Suſanna lauat, cum mulier ſacerdoti peccata manifeſtat. Habet enim mulier naturam gorgonis, cuius caput inſpicientes vertebantur in lapides, quia ſpectantes mulieris faciem ſicut lapides ſui efficiuntur impotentes.

C Cōfeſſio. Non debet confeſſor ad vultū reſpicere confitentis.

Sermo 25. de pœnitentia, et de confeſſione 19.

Forma qua proceditur in curia miſericordię a ſtylo, curię iuſtitiæ differt in quatuor.

D Miſericordia.

Quō differt ſtylus procedendi in curia iuſtitiæ, & in curia miſericordiæ Dei.

quatuor. Primò, quia in hac curia creditur reo narranti factum ſuum: nec adducitur aliquis aduocatus, q illud ſuppleat dato ſemiplenè tantum narrauerit illud. Non adducitur etiam teſtis, qui probet contrarium eius, quod reus dixerit. Vnde hic non habet locum illud. Io. 8. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. In curia vero iuſtitiæ, nec creditur reo narranti, niſi adducantur teſtes, & ei vt plurimum cõtradicitur, & neceſſe eſt eſſe aduocatum, qui pro eo loquatur. Secundò, quia in hoc iudicio iudex, ſiue arbiter ponitur familiaris Deo: cum tamẽ cauſa de qua fit ibi iudicium, ſit inter Deum & peccatorem. Perſona enim media inter ambas partes diſtricto iure, debet eſſe iudex, ſicut in die iudicij Chriſtus iudex erit, qui filius Dei eſt, & filius hominis, & homini quaſi ſimili gradu attinẽs. Io. 5. Pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio, & hac de cauſa ſe forſan vocat Chriſtus filium hominis, vbi loquitur de aduentu ſuo ad iudicium Luc. 12 Eſtote parati, quia qua hora nõ putatis, ne boni terreantur cũ cogitãt ſe iudicandos a filio Dei, cũ ſciant eundem filium hõis. Sed ex miſericordia Dei eſt, ꝙ in iudicio cõfeſſionis, ipſe iudex eſt hõ purus & peccator, ſicut cõfitens. Ideo videtur eſſe impletum in hoc iudicio quod deſiderabat. Iob. 16. Dicẽs vtinã ſic iudicaretur uir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. Et uere illud iudicium debet eſſe deſiderabile peccatori, quia in curia iuſtitiæ licet aliquis reus ſit, tamen ex quo non eſt confeſſus, vel conuictus, adhuc poteſt defendi, ſed poſtquam confeſſus eſt non eſt locus defenſioni. Poeta. Non eſt confesſi cauſa tuenda rei. Sed in curia miſericordiæ, ſcilicet in foro pœnitentiæ, quanto aliquis apertius culpam ſuam confitetur, tanto citius abſoluitur. 1. Io. 1. Si confiteamur peccata noſtra fidelis & iuſtus eſt Deus, vt remittat. Eſa. 1. Redimetur Syon in iudicio. ſ. confesſionis, vbi in alio foro ſuſpenderetur. Tertiò, quia in iudicio iſto non feruntur niſi ſententiæ abſolutionis quantumcumque reus ſit, qui peccata ſua confitetur. Pro eo enim ſentẽtia feretur, ſi mandatis eccleſiæ ſtare uoluerit. Quartò, in hoc ꝙ ille qui uenit ad hoc iudicium cũ dignus eſſet patibulo, remuneratur Regno æterno, ad quod iungitur gratia ſuſcepto in ſacramento. Et licet peccator totam culpam habeat, & Deo poteſtate ſit inferior, tamen in hoc iudicio emit Deus pacem Regno cęlorum loco peccati. Peſſimus eſt qui talem pacem recuſat, quam pacem meritis Mariæ requiramus dicentes. Aue.

Primò dicemus qualiter in proceſſu miſericordię ſe habeat Deus ad peccatorem. Secundò, qualiter in eodem proceſſu ſe debeat habere peccator ad Deum. Pro primò, ſciendum ꝙ in iudicio & in curia miſericordiæ tres habet peccator aduerſarios: Deum, conſcientiam, & diabolum. Cum diabolo nulla pax componi poteſt, cum Deo faciliter, & cum conſcientia: ideo ſi cum eis compoſuerimus, de diabolo nihil timere habemus. Contra hos itaque aduerſarios dedit ipſe dominus peccatori ſacramentum pęnitentiæ. Secundum enim leges pauperi dari ſolet aduocatus: ideo dedit nobis dominus ſapientisſimum & eloquentisſimum aduocatum, ſcilicet linguam in confesſione. Eſa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſcientia ſuſtentare eum qui lapſus eſt in peccatum. ſ. verbo allegationis in confeſſione. Et licet aduocatus iſte ſit ſapientiſſimus, tamen hos habet aduerſarios iam nominatos, quorum vnus ſine altero nihil poteſt facere. Ideo compoſito cum vno. ſ. cum conſcientia, triumphat peccator de alijs. Eſa. 58. Creaui fructum labiorum pacem. Et ratio eſt, quia conſcientia eſt quaſi cuſtos omnium inſtrumentorum diaboli, ideo facta pace cum ea, proijcit & delet omnia huiuſmodi inſtrumenta, quibus deletis, diabolus nõ habet quid contra nos dicat. Propter quod optimum eſt cum iſto aduerſario componere. Tum quia per hoc de diabolo pœnitens triumphat: tum quia in curia Dei ei maxime creditur, & ei ſentẽtia ferenda cõmittitur. ideo Mat. 5.

A Aduerſarius. De tribus aduerſarijs quos habet peccator cõtra ſe.

Eſto

Eſto conſentiens aduerſario tuo, dum es in via.ſ. præſenti, non expectando vſque ad introitum curiæ iudicis, quia nõ poteſt ibi fieri bona pax. A mortuo enim quaſi nihil perit confeſſio. Eccleſia. Vita quippè eſt dies pacis, in morte verò litigij dies quantum fuerit de iure procedẽdum, ne forte tradat te aduerſarius tuus iudici.ſ. Deo, & iudex miniſtro.ſ. diabolo, & in carcerem.ſ. inferni mittaris. Amen dico tibi, nõ exibis inde, donec reddas uſque ad nouiſſimum quadrantem. Et quia nihil habes, nec temporalia quia ea dimiſiſti, nec ſpiritualia, quia per peccatum his priuatus es: ideo cum non poteris vnquam reddere, ibi perpetuo iuſto remanebis. Dominus autem contra peccatorem triplicem format quærimoniã. Primam format ex contemptu ſuæ benignitatis. Quaſi diceret: Ecce peccatorẽ conſeruo: & tamen me offendere nõ ceſſat, dicens. Eſa. 27. Die ac nocte ſeruo eã .ſ. animam, indignatio non eſt mihi: & ibi loquitur dominus quaſi vir ad mulierem, cuius adulterium ſuſtinere ſolitus eſt ſponſus: & quaſi amiſſo felle non iraſcitur, ſed adhuc ſperat ꝙ peccator cum eo faciat pacem, dicens illud quod ibidem ſtatim ſequitur: faciet mihi pacẽ, pacẽ faciet mihi. Et Eſa. 16. Audite qui portamini a meo vtero, nunquid vſque ad ſenectam, & vſque ad canos ego portabo vos? Quaſi diceret. Non portat mater filium ſuum vſquequo ſit ſenex, & canos habeat, & ego porto vos in vtero patientiæ meæ, nec vultis venire ad pacem cum ſitis ſenes & inueterati peccatis: & tamen peccator quacumq; dulcedine pulſatus, aut manſuetudine, non vult cum Deo componere pacem, nec ad eum per confeſſionem venire, quem offendit. Rogat peccatorem Deus, vt pacem cum eo faciat, quem toties impugnauit. Rogat cum mater Dei, & totus cetus Apoſtolicus, & omnes Sancti, dicentes illud. 2. Cor. 5. Obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo, & tamen miſer auertit auditum. Quis non iuſtam quærimoniam Dei aduerſus eum iudicaret? Quomodo poteſt ſeruus Regis qui filiam eius animam.ſ. interfecit, pacem negare ſi Rex eam inſtanter per ſe, vel amicos ſuos poſtularet? Certè Heſter 1. Iuſta eſt Regis indignatio. Pacificet igitur eam peccator primò eijciendo de caſtro cordis ea quæ pacem turbant.ſ. peccata. Pſal. 37. Non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Eſa. 48. Non eſt pax impijs dicit dominus. Hæc autem per confeſſionem eijciuntur. 2. Mach. 14. Quamdiu ſupereſt Iudas.i. quamdiu differt homo confiteri, impoſſibile eſt pacem eſſe negocijs. Quod ſi noluerit cum Deo componere pacem, ſaltem inducias. Mallet enim dominus inducias quàm bellum. Quod ſi uoluerit facere pacem, vel inducias, tortus flammis perpetuis aliquando clamabit quærens inducias, & non exaudietur. Neſcit enim quid pendet ante oculos ſuos, forſitan claua vel malleus mortis. Neſcit enim quid craſtina dies pariat tibi, Paradiſum, vel infernum. Vigilate itaque peccatores, quia neſcitis qñ fur.i. mors venturus ſit, ſiue in prima vigilia, ſiue in ſecunda, ſiue in tertia, ſiue in quarta.ſ. in adoleſcentia, iuuentute, virili ætate, vel ſenectute. Delicatus.n. dominus quærit, vt des ei panem delicatum pueritiæ, vinum iuuentutis, vel ſi non feceris, ſaltem reliquias poſtulat vitæ tuæ in quibus eſuriens reficiatur, quibus reliquijs ſicut pauperculus gaudebit. Dicat quæ miſer peccator, reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Bonum enim eſt poſt hanc quærimoniam, & Deum iudicantem præuenire, & hac præuentione diabolum aduerſariũ ſuum ſupplantare. Cum quis offendit dominũ ſuum, optimum conſilium eſt, ꝙ procidat ad pedes eius, antequam ab eo exeat aliquod mandatum irreuocabile: quod non fecit Amã, ideo ſuſpenſus eſt. Conſilium ſæpe bonum eſt, vt qui iniuriam fecit, feſtinet aduerſarium ſuum præuenire, vt cauſa ſua apud iudicem melioris fiat conditionis. Sic præueniendus eſt clamore confeſſionis diabolus, qui eſt accuſator fratrum: & non expectare, ꝙ clamet contra nos. Præueni, inquit. Pſ. 118. In maturitate & clamaui, & hoc iuſtum eſt, quoniam ipſe præuenit nos ex charita-

B Quærimonia. De tribus quærimonijs quas format Deus cõtra peccatorem.

Vigilare debet hõ in hac vita.

ritate ſua iuſtificando nos. Pſal. 28. Domine præueniſti cum in benedictionibus dulcedinis. 1. Io. 4. In hoc ē charitas non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Ideo nos oportet præuenire, eum clamando pro peccatis noſtris miſericordiam, & gratias agendo de benigna expectatione eius. Sap. 16. Oportet præuenire ſolem ad orationem. Præuenit enim nos, vt nos iuſtificet & amet: præueniamus eum clamore confeſſionis, ne nos condemnet. Secundam querimoniam format dominus contra peccatorem, quærens ſe ſpoliatum eſſe iure ſuo, dicens illud Zach. 11. Si bonū eſt in oculis veſtris, appendite mercedē meam, pro qua laboraui in cruce vſque ad mortem. Nunc autem ſpoliauerunt me ſeipſis & omnibus bonis. Peto igitur in integrū ſecundum iura reſtitui. Alioquin cum Michea propheta. 1. cap. Super hoc plangam & vlulabo, & vadam ſpoliatus & nudus. Ablata enim Deo per peccatum quatuor ſunt, quæ tenetur ſpoliator reſtituere, vt dicit Guil. Pariſ. lib. de pę. Primum eſt, ꝙ toto tempore peccati fraudauit Deum debito ſeruitio & cultu. Nihil enim Deo gratum fecit toto tempore, quo hoſtis eius fuit. Ideo iactura illa temporis cum facultas fuerit reſtituenda eſt. Secundò, Deum toto tempore aſſumptæ negociationis lucris fraudauit. Tenebatur enim in toto illo tempore in talentis naturæ & gratiæ & fortunæ negociari, & multiplicare ea non ſolum alijs, ſed ſibi, & nihil horum fecit, ſed magis talenta ſuffodit. Tertiò, proximi auxilio, quo medio tempore deſtituti ſunt viui & mortui, quos operibus ſuis & orationibus adiuuare tenebatur. Illo autem toto tempore nihil habuerunt auxilij. In quo maximè notantur eccleſiaſtici, quia beneficia eccleſiaſtica redemptiones ſunt animarum. Talis igitur conuerſatio peccatoris poſt conuerſionem debet eſſe, ut redimat prętеritam iacturam, & ſe gratū exhibeat Deo ratione expectationis: & de eo ꝙ eduxit eum de lacu miſerię &

C Reſtitutio. De reſtituēdo in integrū Deū ſpoliatum.

Peccator cōuerſus quid agere dēat.

de luto fecis, & de ſpurio fecit hæredem & filium, dicens illud. Pſal. 103. Benedic anima mea domino, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Et iterū. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiā. Calix enim menſura certa eſt aliquorū bonorum operum. Quartò, ſi quos diaboli laqueo irretiuit, ſi quos deiecit in peccatum, & diabolo tradidit, vt ad liberationem & reparationem eorum inuigilet, & ſicut diabolo militauit, ſic cōtra eum militare ſtudeat, & eripere ei quoſcumque poterit, quaſi exhæredationem diaboli iurauerit, & ei nec vnā glebam terrę relinquere diſpoſuerit, & quaſi ei bellum inexorabile & capitale indixerit. Hoc eſt ſalutare ſacrificium oculis Dei gratiſſimum. In proceſſu ergo pęnitentis neceſſe eſt, vt ſpoliatus Deus reſtituatur in integrum. Et ideo quia pęnitens Deum ſpoliauit ſeipſo & alijs, & alieno domino ſe mancipauit contra domini ſui uoluntatem, neceſſe eſt vt dominum mittat in plenam ſui poſſeſsionem, quod fieri non poteſt, niſi per plenā dilectionē. Amor .n. vinculū eſt, quo ſolo, vere & integre nos tenet & poſſidet Deus. Timor enim non verè & integrè poſſidere nos facit. Neq; enim cor noſtrum poſſidet Deus timore. Sic igitur amor Dei amorem vitiorum abſorbeat, vt maior ignis minorem vincat, vt amore eius omnia vitia præterita deſerat, vt malit ipſis omnibus carere, quā Deo: & ponderare debet quantūm vellet facere pro amicitia Dei adipiſcenda, vel conſeruanda. Huius autem amoris inflammationem operatur. Primò cogitare, quomodo Deus ipſum tandiu pertulit hoſtem, & tamen nunc reuertētem in amplexus recipit & oſculat, & quem prius hoſtem habuerat, adoptat in filium. Si hoc conſideretur non dubium quin hoc, vel modicum igniculū amoris in corde peccatoris accendat. Secundò, penſare debet quæ ſit ei de reconciliatione ſua ad Deum, de recuperata gratia & amore Dei, de totius cęleſtis curiæ amicitia, de ſpe hæreditatis æternæ, ad quam per gratiam compunctionis reſpi-

A Amor. Multa q̄ inflammare poſſunt cor peccatoris ad amorem Dei.

reſpirauit lætitia. Tertiò, penſare debet gratiam & amorem clementiſſimi patris, quæ gratis tam indigno reddita eſt. Quartò, penſare debet, ut ſciat ſi in ſe ſit amor Dei, ſi in propoſito habeat amorẽ illum ſtudioſe ſeruare, & de cętero cor ſuum cuſtodire, vt nihil in eo inueniatur, quod Dei oculos offendat. Quintò, penſare debet quid antea erat, lampas. ſ. extincta, & fœtens in naribus totius curię cęleſtis, ſepulcrum patens, vbi animam ſuam mortuam ex ſeparatione Dei qui eſt animę uita: vermes uitiorum comedebant, vbi ſanguiſugę rodebant, & ciniſes impatientię, & muſcæ grauisſima diuerſi generis, ideſt variæ cogitationis affectum ſuum magna importunitate pungentes, ſtimulabant & vlcerabant, & canes infernales dilacerabant. Nunc vero quod canes & porci ſeu corui infernales abſumpſerant, Deus gratis reparauit ad integrum, & de ſepulcro omni ſpurcitia pleno, templum fecit habitationis ſuæ, & diuitiarum ſpiritualium gazophilatium, & de volutabro omniũ vitiorum, ortum voluptatis reformauit, ad inſtar paradiſi omnium virtutum voluptate plantatum. Hæc Guil. Sed quia dictum eſt, ꝙ nõ timore, ſed amore Deus nos amplectitur & poſſidet: an ergo illi qui timore gehennę ad confeſſionem accedunt, virtute confeſsionis, & etiam ipſo Deo priuentur? Reſpondit de Halis in 4. Primò, ꝙ ſecundum magiſtrum ſenten. in 4. frequentius pęnitentia oritur ex timore, quàm ex amore. Ratio huius eſt, quia vita æterna, vt in pluribus, incognita eſt, quia eam nec oculus vidit, nec auris audiuit. Eſa. 44. & 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ Dei ſunt, & maximè incognita eſt in mortali degentibus. Non. n. guſtare poſſunt illam dulcedinem. Hier. 31. Omnis homo qui comederit vuam acerbã obſtupeſcent dentes eius. Ideo paucos peccatores prouocat ad pœnitentiam amor vitæ æternæ: plures timor gehennę. Secunda ratio, quia ſtatus peccatoris proximus eſt inferno, immo conſcientia ſua eſt infernus interior. i. infra animam exiſtens nocte & die eum torquens ex conſcientię remorſu: & alijs pluribus. Apoc. 2. Infernus ſequebatur eum ſcilicet peccatorem. Ideo non eſt mirum ſi propter torquentem intus infernum. i. conſcientiam malam, plus timore eorum quæ ſentit, quàm eorum quæ non apprehendit, pęniteat. Tertia ratio, quia in inferno erit priuatio omnium delectabiliũ quæ ſunt hic. Iob. 27. Diues cum dormierit nihil ſecum auferet. Peccator autẽ maximè cognoſcit delectabilia vitæ huius, & per conſequens eorum priuationem, quàm triſtabilis ſit, & ſic infernum quodammodo cognoſcere poteſt. Priuatio enim cognoſcitur per habitum. Ideo nil mirum ſi magis timore pęnę mouetur, quàm mercedis amore. Dicitur ſecũdò, ꝙ dominus primò prędicando pęnitentiam, non comminatus eſt pęnam, ſed promiſit gloriam dicens. Pœnitentiam agite. Appropinquabit enim &c. Ratio huius eſt, quia vtilius eſt & magis meritoriũ declinare a malo ex amore, quàm ex timore. Chriſtus autem & Ioannes prędicauerunt pęnitentiam vtiliorem. Prędicauit tamen dominus poſtea pœnitentiam illam Iudæis cum comminatione pęnæ dicens. Niſi pęnitentiã egeritis, omnes ſimul peribitis, ad oſtendendũ ꝙ etiam illa vtilis eſt & receptibilis. Tertiam querimoniam facit dominus, quòd cum fuerit ſpoliatus, & poſtea in poſſeſſionem poſitus non quietè tamen poſſidet, ſed inquietatur in poſſeſſione ſua varijs tentationibus, & uario recidiuo. Ideo maximè cauere debet pœnitens ne moleſtetur Deus in ſua poſſeſſione, et facere, vt Deus in eo quieſcat vt in ſua hæreditate. Eſt autem prima inquietatio paruulorum Babyloniorum uagitus & ululatus, qui Deum in homine quieſcere non ſinunt. Hi ſunt primi motus concupiſcentiarum & odiorum noſtrorum. Hi ſtatim allidendi ſunt ad petram. Primum, tenendi ſunt ne procedant vlterius. deinde allidendi ad petram Chriſtum per inuocationem ipſius, vel memoriam paſsionis, vel timore, vel amore ipſius reijciendi. Secundò abijciendæ ſunt ciniſes Aegyptiæ, & muſcæ diuerſi generis, qua circunuolitãtes in corde

B Cōfeſſio. An illi qui timore gehennæ accedunt ad confeſſionem debitè confiteãtur.

Timore pœnæ potius quã amore, pœnitentia agatur a multis.

C Cogitatio. Quõ varijs cogitationibus dominus inquietatur i poſſeſſione cordis noſtri.

de

de pœnitentis, Deum in ipſo quieſcere non ſinunt. Hæ ſunt immundarum cogi tationum phantaſiæ. de quibus quidam ait. In curſu tot phantaſmatum, turbatur cordis ſabbatum. Hæ ſunt muſcæ morientes, quæ perdunt ſuauitatem vnguenti. i. deuotionem orationis, qua velut ſalubri vnctione reficiuntur. Putas vbi eſt muſcarum incurſatio, quenquam quieſcere poſſe? Hæ ſunt aues quas a ſacrificio Abraam abigebat. Gene. 15. Hæ improbæ in vnguentum orationis ſe immergentes ſacrificium ſpiritus contribulati aliquando inquinare conantur, & deuotionem & odorem ſuauitatis perdere. Harum improbitatem plerunque inuiti & renitentes patimur: & tunc nō omnino obſunt, ſed patientiam & fortitudinem noſtram exercent. Magnum. n. eſt tantam muſcarum multitudinē vincere, & contra eas præliari. Vnde & viri Sancti ab huiuſmodi cinifibus moleſtātur. Hæc eſt plaga cinificum quæ non legitur curata. Exo. 8. Plaga verò muſcarum grauiſſimarum diuerſi generis, curata legitur. Ex quo datur itelligi, ꝙ muſca grauiſſima non ſine aculeo punctionis, & inquinamento delectationis eſt, vnde neceſſe habuit curari. Curata autē legitur virtute orationis Moyſi, vt docere mus, virtute orationis inquinantes cogitationes abigere. Iſte ſunt cogitationes, ad quas aſſueti propter malam inclinationem aſſiduò pungunt, & inquināt conſcientiam vſque ad conſenſum. In ſecunda parte videndum eſt de officijs pœnitentis. Vnde quinque officia gerit pœnitens in iudicio confeſſionis. Primū officium iudicis, vt ſit ipſe ſui, & ſuæ cōſcientiæ iudex. Oſeæ 2. Iudicate matrē veſtram. Tribunal vero vel ſolium, eſt ratio. Prouerb. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicabit populum ſuum, ideſt hō qui vtitur ratione iudicabit peccata ſua, q̄ ſunt populus peccatoris. Accuſatrix eſt cogitatio eiuſdem. Rom. 2. Cogitationum accuſantium in die quo iudicabit Deus occulta cordium. Teſtis eſt conſcientia. Roma. 2. Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum. Imperator huius iudicij Deus eſt qui dicit. Mich. 6. Indicabo tibi o homo quid ſit bonum, & quid Deus requirat a te. Vtique facere iudicium, & iuſtitiam. Et hoc ideo, quia homo faciendo de ſe iudicium, honorificat Deum. Pſalm. Honor Regis iudicium diligit, iudicium, ſcilicet pœnitentiæ. Turpe eſt Regi cum in Regno ſuo de malefactoribus negligitur iuſtitia. Iudith 2. Non mortui qui ſunt in inferno dabunt honorem & iuſtificationem Deo, ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine peccatorum, ſcilicet per contritionem, & incedit curua, & in infimis, ſcilicet in confeſſione ſe humiliando. Terra enim corporis noſtri nobis data eſt, vt iuſtitiam de ea faciamus. Imperatrix vero eſt voluntas hominis, quæ ſecundum Sanctos in Regno animæ eſt regina. Concilium huic aſſiſtens iudicio, eſt omnium virtutum concilium. In concilio enim omnium virtutum iudicandus eſt qui confitetur. Optimè quippè iudicat caſtitas luxuriam, & ſola ferè nouit quam rea quanque digna damnatione ſit, & ſic de alijs virtutibus. Luxuria enim luxuriam iudicare non poteſt, quia par in parem non habet imperium. Erubeſcat propterea lubricus ſacerdos, eum luxuria pollutum audit pœnitentem. Carnifex eſt ipſe timor Dei. de quo Pſalm. 118. Confige timore tuo carnes meas. Carnifices exteriores ſunt membra corporis exteriora, quæ iſtud iudicium debitæ executioni mandant. Sanguis autem qui exit de ſic iudicato peccatore, poſſunt dici lachrymæ. Amos 5. Reuelabitur quaſi aqua iudicium. & Pſalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Lex autem ſecundum quam profertur iudicium eſt. Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Eſa. 42. & Prouerb. 28. Qui confeſſus fuerit peccata ſua, miſericordiam conſequetur. Ideo quando homo deliquit, & petit ius curię, & ꝙ fiat ei ſecundum legem Principis, non debet ei denegari. Lex autē q̄ ſtatuit eſt, vt habeat miſericordiam ſi petat. Qn̄. n. vocauit Matthęū q̄ magnus peccator erat, dixit. Diſcite quid eſt miſericordiā volo, & in hoc

D Cōfeſſio. Quinq; officia pœnitentis in cōfeſſione.

Iudex quo efficitur pœnitēs in confeſſione.

hoc ē curialitas Dei qui talē legē dedit, vt qui contra ſe allegat miſericordiam habeat. Ideo dicat illud. Pſ. 118. In lege tua miſerere mei, & Pſal. 24. Dulcis & rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Sententia vero finalis eſt abſolutio peccatoris. Eſa. 4. Abluit dñs ſordes filiarū Syon, in ſpiritu iudicij. Et mirabile eſt ꝙ homo refugit hunc honorem, & hanc curialitatem ſibi a Deo collatam. Magna curialitas fit homini, quando de ſuo fore facto dicitur ſibi, ſis iudex ego ponam me ſuper te. Sic Deus conſtituit hominem ſuper ſe iudicē, & ſi de ſeipſo iuſtitiā fecerit, non a Deo vlterius iudicabitur iudicio condēnationis. Pſ. 36. Nec damnabit eum cum iudicabitur illi. ſ. pęnitenti a confeſſore dicente, abſoluo te. Pſal. Feci iudicium & iuſtitiam, ideo non tradas me calūniantibus me. Qui.n. reſurget, & eleuabitur in hoc iudicio, releuabitur in ſecundo Apoc. 20. Beatus qui habet partē in reſurrectione prima. Propterea, impij qui non reſurgunt in iudicio primo, nec reſurgent in conſilio iuſtorum, ſed magis eorum conſilio damnabuntur.

Pœnitēs officium gerit procuratoris.

Secundò, pęnitens officium debet gerere procuratoris, cuius eſt manu tenere prouētus regis, & eorum perquirere punitionem, qui Regnum Regis turbant. Abſtulit ergo peccator qđ erat Dei, ſeipſum ergo reſtituat. Expulit eū a Regno ſuo. Nam Regnū Dei intra vos eſt, & diabolum eius poſſeſſorē inſtituit. Duo enim groſſi ſimul eſſe non poſſunt. Eſa. 28. Anguſtum eſt ſtratum eius, ſcilicet cor hominis, ita vt alter decidat. Vno enim exeunte, alius ingreditur, quia ſimul eſſe non poſſunt. Diabolus groſſus eſt per ſuperbiam, Deus per potentiam, & pallium breue. ſ. charitatis, vel amoris mali inflammatis, vtrūque operire non poſſunt.

Teſtis officium gerit pœnitens.

Tertiò gerit officium teſtis, vt teſtetur in cauſa dñi ſui contra ſe, antequam veniat dies magnę aſſiſiæ. Tunc.n. non ſolū teſtabitur cōtra ſe, ſed etiam omnia aduerſus peccatorem conſurgent. Pſal. Ab altitudine diei timebo. Teſtis aūt debet eſſe contra ſe, quia fur eſt & latro, auferens ſeipſum a vero domino ſuo. Producatur ergo contra latronem teſtimonium coram iudice. Cum aūt latrones diſcooperti ſunt, & noti, nec poſſunt latere, nunquam amplius redeunt, timent.n. ſuſpendi. Sic peccata ſpoliantia animam, ſi per confeſſionem detegantur, fugiunt magis. Poſtquā .n. Heliſeus oſtendit Regi Iſrael latrūculos Syrię ſemel & bis, non auſi ſunt vltra redire. 4. Regum 6.

Aduocati officiū facit pœnitens.

Quartò, gerit officiū aduocati. In confeſſione enim narratur cauſa domini ſui quomodo læſus eſt. Narrari autem debet fideliter læſura eius, & oſtendi iactura eius. Si.n. in iudicijs corporalibus tenentur homines reos prodere, & hoc maximè pro pace & proſperitate temporali, quanto magis nos non ad ſupplicia, ſed ad medicamenta & ſalutem. Nec ſolum debet narrare læſuras, ſed procurare quantum poteſt emendam & ſatisfactionem condignam.

Iuſtitiæ diuinæ ē executor pœnitēs.

Quintò, debet eſſe executor diuinæ iuſtitiæ. In peccatore pœnitente (inquit Guil. Pariſ.) duo ſunt, natura quam dominus condidit, & culpa quam de ſuo miſer adinuenit, & infelici coniunctione operi Dei commiſcuit. In cōfeſſione vero pęnitens totum quod ſuū eſt proprio iudicio damnat, & morti & perditioni adiudicat, & gladio pęnitudinis ferit: & ſic eſt executor iuſtitiæ, & vt ita dicamus, de tota regione ſiue prouincia ſua ſeu ditione liberi arbitrij, maleficos omnes exterminat & affligit. Iſti autem malefici quinque ſunt. Malæ cogitationes, malæ affectiones, malæ locutiones, malæ operationes, & malæ conſuetudines. Et melius eſt ꝙ ipſe ſe puniat ad arbitrium ſui, q̃ iudicis. Quis enim dubitat minus longe iuſtitiari & puniri minus iuſto ſub ſe coram ſe & a ſe, quàm ſub alio, coram alio, & ab alio? De qua iuſtitia dicitur in Pſal. 118. Feci iudicium in confeſſione, & iuſtitiam in ſatisfactione & executione, propterea non tradas me calumniantibus me, ſcilicet dæmonibus executoribus diuinæ iuſtitiæ. Præterea, vbi non fit de latronibus iuſtitia, ibi abundant latrones, nec dormiret homo ſecurus in domo ſua ſciens ibi eſſe centum latrones, neſciens quan-

quando iugularetur. Quot autem carnales cogitationes, aut affectiones, tot ibi latrones. Qui etiam ſub prætextu pietatis ut eſt carnalis affectio, aliquando ſe immiſcent inter bona opera. Iob 1. Affuit inter filios Dei & Sathan. Si autem latronem penes te malefactorem habes, nonne prætori exhibere teneris? Quod ſi latibulum ei præbueris, nonne latrocinij reus eris, qui domum tuam ſpeluncam latronum feciſti? Sed dices, per memetipſum puniam eum in foro meo. Si bene agis noli declinare lucem, noli declinare teſtem, & adiutorem tuæ bonæ actionis, ſcilicet ſacerdotem, ne tibi ſimul & latroni videaris quærere latibulum. Noli eſſe theſaurarius & arcarius diaboli, qui debes eſſe templum ſpiritusſancti. Vel latrones huius terræ ſunt quinque ſenſus noſtri qui in cruce pœnitentię ſuſpenduntur, quando a malo vſu cohibentur. Mat. 6. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & proijce abs te. Viſus itaque delectatur in vanis, propterea fluat in lachrymis, guſtus delectatur in cibis, propterea affligatur in ieiunijs, & ſic de alijs. Et hoc eſt quod dicitur Ioſuæ 10. Aperite os ſpeluncę, & producite quinque reges, ideſt quinque ſenſus, qui latitant in ſpelunca ſua, dum peccata ſua occultant & non confitentur. Sed quinque patibulis ſuſpenduntur, dum ſecundum uniuſcuiuſque tranſgreſſionem puniuntur.

Latrões noſtri q ſint.

Sermo 26. de pœnitentia, & de ſatisfactione primus.

A

Satisfactio.

Quo ſatisfactio dicitur fructus procedẽs ex radice cõtritionis, & trũco, & ramis cõfeſſionis.

IVbet beatus Ioannes Baptiſta in principio prędicationis ſuę facere dignos fructus pœnitentiæ. Fructus autem ex arbore naſcitur, cuius radix eſt in terra: truncus & rami in aere. Sic fructus ſatisfactionis ex arbore pœnitentiæ naſcitur, cuius radix eſt contritio, quæ eſt in corde occulta, ſicut radix ex qua dependet tota ſubſtantia fructus, ſic ex contritione præcipua vtilitas ſatisfactionis. Truncus verò & rami eſt confeſſio, non latens, ſed patens in aere coram ſacerdote: cuius trũcus ſunt congeries peccatorum, & rami circunſtantiæ eorum, ex quibus duobus procedit fructus ſatisfactionis. Quam ſi quis debitè compleuerit, primò, libro vite aſcribitur. Eſa. 4. Sanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in uita in Hieruſalem. Si abluerit dominus ſordes filiorum Syon in ſpiritu iudicij, & in ſpiritu ardoris. Per hanc alieni a domino, fiunt de confraternia eius per ſolutionem iſtorum triũ denariorum contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis. Oſeæ 6. Viuificabit nos poſt duos dies, & tertia die ſuſcitabit nos. Deũ. n. quaſi immutat pœnitentia, & eius ſententias quaſi annihilat. Vnde & Petrus dixit crucifixoribus Chriſti. Pœnitentiam agite, vt deleantur peccata veſtra. Eſt enim dominus ſicut Balliuus qui rei miſertus, ſuſpendit eum ad cingulum, & parcit ei ne ſuſpendatur ad patibulum. Sed multi potius videntur eligere ſuſpendi ad patibulum gehẽnæ, quàm ad cingulum pęnitentiæ: cum tamen Rex gloriæ eo cinctus eſt, cum pro nobis, non pro ſe ſatisfecit in cruce. Eſa. 11. Erit iuſtitia cingulum lumborũ eius. Quantus igitur honor erit peccatori cingi cingulo Regis glorię? Satisfactio enim opus eſt iuſtitiæ, quam vt perficeret dominus, cinxit eũ Maria in vtero ſuo cingulo humanitatis, quod in memoriam noſtri nunquam dimiſit. Quam ſalutabimus dicentes. Aue.

B

Fructus. Quare præcipimur facere dignos fructus pœnitẽtiæ.

Non ſine cauſa Ioannes præcepit ut fructum pęnitentiæ faciamus, quia Mat. 3. Omnis arbor quæ non fecerit fructũ bonum excidetur, & in ignem mittetur. Vt quid eam coleret multis expenſis agricola, ſi ſibi condignum fructum non redderet? Vt quid hominem nutriret Deus, & ſi inde nihil ſibi fructus afferret? Homo prudens illud non permitteret. Propterea de arbore fici dicit in parabola dominus fici ad eius cuſtodem vt eam ſuccideret, ideſt ad Angelum cuſtodem prouintiæ ad quem ſpectat exequi diuina iudicia. Ne ergo ſuccidamur, faciamus vt præcipit Ioannes. Facite, inquit, dignos fructus pœnitentiæ eundo iter trium dierum, in ſolitudine huius ſeculi, vt dicamus illud

C *Fructus. De tribus cõditionibus fructus pœnitentiæ.*

ſępe repetitum, ibimus viam trium dierum in ſolitudine. Dicunt medici quòd contraria contrarijs curantur. Cum ergo per fructum primæ præuaricationis perdita ſit natura, neceſſe eſt per fructum ſatisfactionis ipſam curari. Et quia fructus præuaricationis & peccati tres habuit conditiones. Vna eſt ꝙ erat pulcher viſu. Secunda quòd ad veſcendum ſuauis. Tertia quòd induxit mortem: ſic ſuo modo fructus iſte ſi ſit dignus Deo præſentari, debet eſſe pulcher viſu. Secundò, ad veſcendum ſuauis, & tertio ex oppoſito debet eſſe inductiuus vitæ. Non enim vult vita in conſpectu ſuo quid mortiferum præſentari. Primò igitur fructus ſatisfactionis debet eſſe pulcher viſu. Tria autem faciunt fructum eſſe viſu delectabilem: quando eſt groſſus, quando eſt integer, & quando bene coloratus. Groſſus dicitur fructus ſatisfactionis, quando non parua pęnitentia, ſed grandis aſſumitur. Magna enim debet eſſe claua qua Gigas occiditur, ideſt peccatum vel diabolus. Stultus eſſet, qui vellet Gigantem baculo arundineo quo vix muſca occideretur interimere. Dicit enim Bon. in 4. diſt. 16. In expoſitione quòd differt dicere bonum fructum, & dignum fructum pœnitentiæ, quia bonus fructus poteſt dici omne bonum opus ſi ſit perfectum ſecundum quòd competit ſtatui. Dignus autem fructus non ſolum dicit bonum opus prout competit ſtatui, ſed vt competit merito peccati, quia qui plus peccauit, neceſſe eſt ampliora pati. Et ideo ſtultus eſt qui credit ſatisfacere Deo & ei dignum fructum pœnitentiæ offerre, qui paruam ſibi aſſumit pœnitentiam. Pſalm. 37. Putruerunt & corruptę ſunt cicatrices meæ. Cicatrices ſunt reliquiæ peccati, quæ ſunt duplices. Quædam ſunt pronitas & inclinatio ad peccatum conſimile, relicta ex peccato etiam dimiſſo, quæ quidem pronitas facile reducit morbum priſtinum, niſi adhibeatur diligens cautela. Ideo ſubditur, a facie inſipientiæ meæ. Secundæ reliquiæ ſunt macula & deformitas pec-

D *Cicatrix. De duplicibus reliquijs ĩ cicatricibus peccatorũ.*

cati, quæ tanto eſt deformior, quanto magis continuatur. Dicit enim Philoſo. lib. de problemati. ꝙ in ſenibus corpora nigriora ſunt quàm in iuuenibus, & cicatrices nigriores. Hoc autem prouenit ex ſtultitia ſua, quæ quadruplex inuenitur. Prima, quia morbo ſuo remedium propitium reſpuunt. Et hæc eſt maxima inſipientia infirmari vſque ad mortem, & nolle remedium certum & facile ſuſcipere. Tales ſunt ſicut equus vmbratilis, qui propter vmbram crucis, vel arboris, pauet & retrocedit, & cadit in foueam, & ſe & dominum ſuum occidit. Timent enim pœnam tẽporalem quæ non eſt niſi umbra cruciatus purgatorij, & eam vitantes & ſuæ concupiſcentię ſatisfacere volentes, pręcipitantur in foueam inferni. Iob 6. Qui timet pruinam, irruet ſuper eũ nix. Cryſoſtom. Peius eſt pœnitentiam ſpernere, quàm monita diuina deſpicere. Peius eſt Dei offensã ſatisfactione nolle placare, quàm peccando Dei bonitatem offendere. Hinc & dictum eſt per Pſal. 73. Populus inſipiens incitauit nomen tuum. Luc. 13. Niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Quod autem hoc ſit peius patet ex imminenti periculo perpetuæ auerſionis a Deo. Amos 1. Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quarto non conuertã. Super quo Iſidorus. Et recitatur de pęn. & remiſ. diſt. 1. Super tribus iuxta tropologiã hoc poſſumus dicere. Primum peccatũ eſt qua mala ſunt cogitaſſe. Secundũ eſt cogitationibus acquieuiſſe peruerſis. Tertiũ quod mente decreueris opere complere. Quartũ nolle agere poſt peccatum pœnitentiam, & ſuo ſibi cõplacere delicto. Talibus nihilominus prudens confeſſor debet quod in ſe eſt facere, monẽdo eos vt ab orationibus, ieiunijs, & eleemoſynis nõ deſiſtãt, ſi forte aliqñ eos reſpiciat Deus. Secũda inſipiẽtia eſt, qñ benè volunt pęnitere, ſed tñ differũt, & qñque etiã vſque ad finẽ vitę: & hæc magna eſt inſipiẽtia. Primò, qa ſic morbus difficilius curatr. Valerius lib. 9. Nullũ vitiũ ibi finit, vbi oritur. i. nõ ſtat, ſed ſemp ꝑ in pei⁹ ꝓcedit: qa peccatũ quod ꝑ pęnitentiã deletũ nõ fuerit,

A *Stultitia. De quadruplici inſipientia in cicatricibus peccati curandis.*

Pœnitẽtiam differre vſque in finẽ vitæ eſt magna inſipientia.

fuerit, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Philoſo.lib. de problematibus dicit, ꝙ in capite cito ulcera ſanantur, quæ autē in tibijs vix, quia humiditas terreſtris grauis ſurſum exiſtens, ſemper deorſum tendit, & ideo inferiora multum replentur ſuperfluitate. Deut.28. Percutiat te Deus vlcere peſſimo in genibus, ita vt ſanari nequeas. In capite eſt vulnus, quando homo incipit peccare, in pedibus quando vſque verſus finem vitæ cōtinuat: & tunc non eſt mirabile ſi differat medicinam pœnitentiæ accipere, quia quamdiu homo vixerit, tanto in eo colligitur maior vitiorum ſuperfluitas. Secundò, quia ſibi ipſi ſpondet quod ſuum non eſt dare. Spondet enim ſibi diē craſtinam ad pœnitendum, quæ ſua non eſt ad reddendum. Tales autem licet quandoque aliquam pœnitentiam admittant, illā tamen nec diligēter peragunt, nec reuerēter, nec deuotē, quia vel illam negligunt & obliuioni tradunt, vel de illa iocando irreuerenter loquuntur, in reditu de confeſſione ſocijs dicētes, vel quòd magnam habent pœnitentiam, vel ꝙ paruam. Si magnam habent, dicūt ꝙ volunt illam iuxta ſe proijcere. Sed ſciāt ꝙ illam proijciendo Deum & animam propriam proijciunt, & quam hic proijciunt, alibi colligent cum augmento, quando pro die quem hic agere deberēt alibi agent annum. Iuxta illud Ezech.3. Diem pro anno dedi tibi. Conſiderando ergo finem uideant quis de illa proiectione damnificatur. Si paruam habent, cogitant vel dicunt. Quis dimitteret facere quod appetit pro tam modico? Sed ſi pro tam modica pœnitentia ceſſare nolunt pœnitentiam portabunt æternam, in qua pœnitentiam agent cum illis de quibus Apoca.9. Scribitur. Non egerūt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque a veneficijs, neque a fornicatione ſua, neque a furtis ſuis, & ad modum illius cui nulla quercus ſyluę placebat, vt in ea pro ſuis criminibus ſuſpenderetur, tandem ſuſpendio adijcientur æterno. Tertia inſipientia eſt dum aſſumunt ſibi remedium, ſed non ſufficiens. Culpa enim genuit pœnam, & neceſſe eſt ꝙ per filiam mater occidatur, & Goliath ſuo interficiatur gladio. Iſti autem ſibi aſſumunt paruū cultellum ad perforandam armatam nequitiam. & ſtulti poſt naufragium, currunt ad paruam tabulam, vt per eam ſaluentur, cum tamen deberent ad maiorem recurrere. A talibus neceſſe eſt, vt ſacerdos quærat, ſicut dominus a cæco dum eis imponit pœnitentiam. Quid vis vt faciam tibi? Exemplum de illo a quo quærebat ſacerdos ſi bene ieiunaret, reſpondit, quòd nunquam didicerat illud. Si oraret, reſpondit, quòd neſciebat Pater noſter. Si eleemoſynam faceret, reſpondit, quòd nihil haberet. Quid ergo faciam tibi? Reſpondit quòd bene peregrinaretur, ſed quòd non multum longe, & ſic oportuit ſacerdotem imponere ei tale emplaſtrum pro infirmitate, quam gerebat in uentre, & ſubtus per luxuriam & gulam. Sed non debent pœnitentes velle quòd parua eis imponatur pœnitentia. Si enim ante mentis oculos ducerent, quantum eſſet hic pati ignem terrenum per vnum diem, & pœnam illius diei compararent ad æternam, vel ſaltem ad longam quam in purgatorio ſi illuc venire poterunt, patientur, in quo totum ſupplebunt quod hic minus factum eſt: non eligerent hic paruam facere, ſicut faciunt nonnulli vulpinam facientes confesſionem, quia ad modum vulpis, quæ antequam confiteretur ſacerdoti auem portaſſe legitur, confeſſoribus ſuis quando confiteri volunt blande loquuntur, aliqua dantes, uel promittentes, vt faciliorem & minus iuſtam imponant eis pœnitentiam. Sed ſi pœnam alterius ſeculi guſtaſſent, mallent hic centum dies pœnitentiæ ſuſtinere, quàm vnum in alio ſeculo. Exemplum de languido, qui elegerat duos dies in purgatorio. Ideo Hierem.26. Bonas facite vias veſtras, & pœnitebit dominum mali quod cogitauit aduerſum uos, ſcilicet in alio ſeculo. Quarta inſipientia eſt eorum, qui remedium ſibi ſufficiens adhibent, ſed non perſeuerant immo ſtatum reijciunt, facientes de

Pœnitentia parua non eſt quærenda a pœnitentibus in hoc mūdo.

pęnitentia, ſicut de capa pluuiali, quæ tempore pluuioſo accipitur, & in tempore placido deponitur. Multi enim in aduerſitate pęnitētiam arripiunt, quam in proſperitate deponunt. Sic Pharao flagellatus emendam promittebat, ceſſante plaga peior fiebat. Iſti conſuunt ſaccum ad longos punctos, quia vnum pũctum faciunt in vna quadrageſima, & alium mittunt in aliam. Cum enim dominus per tribulationes eis terribiliter loquitur, ad eum currunt per pœnitentiam. Pſal. 49 Deus deorum dominus locutus eſt, & vocauit terram .i. terrenos. Sed cum ceſſat ſic loqui, ceſſant & pęnitere. Sunt vt Piratæ qui pęnitentiã tẽpe tẽpeſtatis accipiunt, ſed dum aduenit ſerenitas reijciunt. Secundò, ad hoc ꝙ ſit viſu pulcher, requiritur ꝙ fructus ſit integer non vermiculoſus interius, hoc eſt ꝙ recta intentione fiat: vt non faciat homo pœnitentiam mercatorum; qui pro terrenis lucris multa aſpera tolerant, nec pœnitentiam infirmorum, qui pro ſalute corporis ieiunant: nec pęnitentiam vanæ glorioſorum, vt militũ in tyrocinijs, qui multos pro gloria ſuſtinent ictus: nec hypocritarum, qui exterminant facies ſuas: nec mulierum põpaticarũ, q̃ multa tolerant ꝓ ornatu veſtium: nec beſtiarum, quę ex conſuetudine multa mala tolerant, non pro Deo, ſed ꝓ nutritura, nõ dęmoniorũ: vt quod faciunt non peruerſe faciant. Dęmones multum ieiunant, quia nunquam comedunt: multum vigilant, quia nunquam dormiunt: multum laborant, quia nunquam quieſcunt, ſed ſine charitate. Pęnitens autem per pęnitentiam debet intendere & quærere quatuor: vt Deus honoretur, vt Deus placetur, vt eius gratia conſeruetur, & vt iactura pœnæ ſimul & conſumpti temporis redimatur. Hebræ. 12. Omnis diſciplina in præſenti non v[illegible]tur eſſe gaudij ſed mœroris, poſtea vero fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Pacatiſſimum, id eſt facientem pacem. In contritione enim vbi deletur culpa, pacatus eſt Deus: in confeſſione vbi aliquid pęnę remittitur eſt capacior. Sed ſatiſfactio quæ tota ſoluitur emenda, fructum reddit pacatiſſimum. Tertiò, fructus ſatiſfactionis eſt viſu pulcher, ſi benè Dei gratia ſit coloratus. Opera enim facta in peccato mortali, & ſi bona ſint ex genere: non tamen colorem habent meriti vitæ æternæ. Color enim huius fructus exterior eſt diuina acceptatio, quæ dat operi pulchritudinem, & eam dignam reddit vita æterna. Valent nihilominus ſecundum Guil. Pariſ. ad ſex opera ſatiſfactoria in peccato mortali. Primum vtile eſt, quòd talia opera ſunt appropinquatio & acceſſus ad viam vitæ, & quaſi reuerſio ad ipſam. Quemadmodum ſi quis aberrauit a uia ſua, & ad ipſam reuertitur quærendo, non agit cęptum iter, ſed ad aliud quodammodo tendit. Sic pœnitens per huiuſmodi opera in peccato mortali facta non vadit ad vitam, ſed ad viam vitæ: & ſi perſeueret in eis, reuertitur. Ideo primus fructus talium, eſt reuerſio ad viam vitæ. Secundus fructus eſt diminutio tentationum. Nemo dubitat quin ieiunia, & afflictiones, & omnes bonæ exercitationes licet in mortali fiant, tentationes ipſas diminuant & virtute & numero: ita vt pauciores ſint & debiliores, & hoc ineſt eis ex ipſa ſua natura & contrarietate ad tentationes & vitia. Tertius fructus eſt reſtrictio poteſtatis diabolicæ. Minus enim in eos poteſt, qui vtcumque rebellant contra eum, quàm in eos qui omnino cedentes, pacificè eum ſuper ſe regnare permittunt. Certantibus autem contra diabolum & vitia, neceſſe eſt adiutorem eſſe Deum, ne poſſunt totaliter reſiſtere ſine Deo. Vnde & Greg. in 3. dialogorum recitat de quodam Iudæo qui intrans Phanum idolorum in ciuitate Fundana ſe ſignauit ſigno crucis, propter quod diaboli illic conciliantes, non potuerunt in ipſum exercere malignitatem ſuam, dicẽtes ꝙ eſſet vas uacuum, ſed ſignatum. Quartus fructus eſt confortatio virium, ſeu inualeſcentia ipſarum. Omnis enim virtus ipſo vſu & exercitio moderato & debito confortatur & inualeſcit. Abuſione vero ſui & ocio immoderato debilitatur, & tandem

Satisfactio vera quo fieri debeat.

A

Opus. Opera facta ĩ peccato mortali ad ſex ſunt vtilia.

Crucis ſigni poteſtas magna.

dem deficit. Tantum enim poteſt quis quieſcere, ꝙ in eo virtus greſſibilis deficiet: & eouſque ceſſare a viſu, ꝙ omnino efficiatur cęcus: tantum etiam circa virtutem verſari, ꝙ habilitatem quandam ſibi acquiret faciendi bona, & declinandi mala. Nam iter ſæpius viſitatũ, facilius pertranſitũr. Exemplum ad hoc de quodam milite, qui monitus vt pacẽ cum Deo faceret, & non peccaret: noluit, ſed bene inducias ad menſem annuit: & in illis inducijs ſic bonis habilitatus eſt, ꝙ poſtea ceſſans a peccato, pacem cum Deo inijt. Quintus fructus eſt præparatio ad gratiam, ſicut aratio & rigatio, præparatio ſunt ad ſeminis exortum: & remollitio cerę ad ſcripturã & ſigillationẽ: & non ſolum ad gratiam ſed & ad bona temporalia percipienda, ſcilicet fertilitatem, ſanitatem, diuitias, & huiuſmodi, quia nullum bonum manet irremuneratum. Sicut dicit Auguſtinus: ꝙ bona Romanorũ moralia meruerunt obtinere monarchiam. Sextus fructus eſt impetratio gratiæ gratum facientis. Talia enim opera cum inarſerint deſiderio reuertendi ad dominum, & inualuerint cõſuetudine, & impinguerint deuotione, meritoria efficiuntur ipſius gratiæ. Meritoria inquam ex congruo diuinæ largitatis & clementię, non ex condigno noſtræ iuſtitiæ. Congruit autem diuitijs & largitati diuinæ bonitatis ſic pulſantibus aperire, ſic pœnitentibus dare, ſic ſe quærentibus oſtendere. Hæc Guil. Sed præter iſtos eſt ſeptimus fructus, ſcilicet, quòd quis in peccato mortali, de peccatis ritè confeſſis, & de quibus ritè abſolutus eſt, pęnitentias iniũctas adimplendo ſatisfacit. In ſatisfactione enim duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſa debiti ſolutio, & ipſe modus ſoluendi, ita vt per datum ſiue factum fiat ſolutio debiti, & per modũ ſoluendi placeat ſolutio, ut per modum ſoluendi intelligatur ipſa pœnitentis exiſtentia in peccato & extra charitatem, quæ dum ſoluit non placet Deo, placet tamen ipſa ſolutio ad acquitationem debiti. Si enim per aliquem fiat extra charitatem ſolutio debiti, putà pęnæ taxatæ a ſacerdote, ſicut eſſet ieiunare per annum & huiuſmodi: tunc de rigore non exigitur ꝙ iterato reddat, cum charitatem & gratiam adeptus fuerit: licet pœnitentia taliter facta non ſit vitæ æternæ meritoria. Cum enim eſt in peccato & pęnitentiam facit: ſoluit quidem debitum, ſed modus ſoluendi non placet ad vitæ æternæ meritum, placet tamen ad acquitationem & deobligationem. Et quòd non teneatur iterare poſt adeptam charitatẽ, patet quia ſi quis pro loco & tempore parentes honorat, & ſit extra charitatem, nihilominus ſatisfacit pro præcepto illo: licet modus ſatisfaciẽdi non placeat Deo. Item ſi quis mihi debeat centum marcas quantumcũque ſit inimicus meus, & eas mihi offerat: ego eas accipiam, nec plus tenetur ad hoc poſtquam mihi reconciliatus eſt. Cum ergo in infinitum multo maior ſit Dei miſericordia quàm hominis, illud idem de Dei miſericordia præſumendũ eſt. Præterea ſi oporteret in charitate ſatisfacere, cum nullus certus ſit, an amore, an odio dignus ſit ſemper eſſet in dubio, ergo ſemper eſſet debitor ſatisfactionis, & per conſequens ſi dediſſet centum marcas Deo ex pęnitentia iniuncta, adhuc teneretur alias dare. Item arguit Scotus diſt. 15. 4. Si poſt lapſum & ante pęnitentiam nouam nõ exequatur quis ſatisfactionem priſtinam ſibi impoſitam, peccat mortaliter nouo peccato; ergo ſi exequatur, bene facit; quia actum obedientiæ facit. Sed non facit actum obedientiæ niſi inquantum illud eſt ſibi impoſitũ tanquã pars ſatisfactionis, ergo in peccato exiſtens ſatisfacit.

A Satisfactio. Exiſtens in peccato mortali poteſt ſatisfacere de peccato ſuo.

Sermo 27. de pœnitentia, & de ſatisfactione 2.

B Satisfactio. Satisfactio, eſt de iure naturali & diuino.

VTrum peccator teneatur Deo ſatiſfacere iure naturali & diuino? Videtur ꝙ nõ, quia cum ſatisfactio ſit opus iuſtitiæ, peccator nõ poteſt ad æqualitatem offenſæ reparare delictum, igitur nõ tenetur. Ad quod dicitur primò, ꝙ iure diuino tenetur ſatisfacere. Vnde Deut. 25. ſm menſuram delicti, erit & plagarũ

modus. Hinc & ab exordio mundi tribus primus peccantibus grauem impoſuit ſatisfactionem. Peccauerunt enim Serpens, Eua, & Adam. Serpens in tribus peccauit, quia inuidus, quia mentitus, quia decepit. Quia inuidus audiuit, ſuper pectus tuum gradieris, & non exaltaberis. Quia mentitus audiuit, terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ: & vſum vocis amiſit, & venenum in ore habuit. Quia mulierem decepit, audiuit, ipſa cōteret caput tuum: & ſic ei data eſt pœna pro peccato, ſed inutilis. Eua autem maximè in duobus peccauit. Superbiuit.n. ideo pro pęnitētia iniuncta, audiuit. Sub viri poteſtate eris. Secundò, fructum vetitum comedit: ideo in fructu proprio punita eſt cum dictum eſt ei. In dolore paries filios. In qua maledictione non eſt dominus miſericordiæ oblitus. Quod .n. dixit paries fuit miſericordiæ, ſed ꝙ in dolore, fuit iuſtitiæ. Vir autem maximè in vno peccauit, quia fructum vetitū comedit. Ideo pro ſatisfactione dictum eſt ei. In ſudore vultus tui, &c. Et ſic lege diuina ſatisfactionem Deus inſtituit. Sed ꝙ de lege naturæ ſatisfactio pro peccato fieri debeat: tria oſtendunt, quæ naſcuntur ex peccato, vilitas, ſcilicet & vermis rodens, & reprehenſio conſequens. De prima Rom. 8. De peccato dānauit peccatum, quia de peccato vilitas oritur, quæ nauſeam peccati cauſat. De ſecūdo dicitur Iob 17. Soror meà vermibus, q͂a conſcientia quæ videtur eſſe ſoror peccatoris, data eſt vermibus & ſcrupulis conſcientiæ rodentibus eam. Sicut enim homo diu ſtare non poteſt, quin afficiatur & vexetur pediculis & pulicibus: ſic difficile eſt hominem diu ſtare ſine conſcientię ſcrupulis agitantibus animā eius, qui ſunt quædam pęnalitates torquentes animam tam iuſti, quàm peccatoris. De quibus Iob 17. Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meū: & hęc diſſipatio ꝓcedit vel ex miſericordia Dei illuminantis hominem vt cognoſcat quid bene & quid male, vel ex conſilio probi viri talem ſcrupulum diſſipantis. De tertiò ſcribitur Ioa. 16. Spiritus ſanctus arguet mundū de peccato, quia ab ipſo mundo accipit vnde mundū arguat, & proprio gladio interimat. Quod ſæpe fit in publicis exhortationibus, vbi ſalubriter omnes percutiuntur. Priuatæ vero obiurgationes & familiares, verecundas, mentes & teneras plerūque frangunt: maximè ſi duræ & auſteræ fuerint, vt docet Grego. ſuper Ezechielem. Et ſic iſtę pęnalitates naturaliter conſequuntur peccatū. Quod ſi peccator voluerit de neceſſitate facere virtutē, de huiuſmodi partim ſatisfacere poterit. Dicitur tertio ꝙ & ſi peccator ad condignum ſatisfacere non poſſit iuſtitiæ Dei, ex miſericordia tñ eius acceptatur: q͂ñ ex mala libertate qua ſeipſum vulnerauit, ſeipſum repercutere ſciat, & ſuo vulneri medeatur. Quam quidē miſericordiam a Deo impetremus auxilio glorioſæ virginis, quam ſalutemus dicentes. Aue.

Conſequenter ad præcedentem ſermonem ſecundò requiritur, ꝙ fructus ille ſatisfactionis ad hoc quòd ſit dignus Deo præſentari, ſit eius guſtui delectabilis. Ad quod tria requiruntur. Primò ꝙ fructus ille ſit maturus, maturitas autē diſcretionem ſignificat. Oportet enim ꝙ diſcretè ſumatur pęnitentia. Nam ſicut in proceſſione poſt cereum fertur crux, ſic crucem pęnitentię ſemper antecedere debet lumen diſcretionis. Sic ergo videamus ne ſumamus pęnitentiam nimium nobis aſperam: ne ſic corpus & ſpiritum debilitemus, vt poſtea cęteris bonis operibus vacare nō poſſimus. Dedit.n. nobis Deus terram proprij corporis, ſex, ſcilicet pedū terrę ad iuſtizandū. Miſer eſt qui tam modicam terrā iuſtizare neſcit. Niſi.n. iuſtizauerimus eā, Deus qui tenet altam iuſtitiam accipiet inde vindictam. Nec tñ inde habemus iuſtitiam altam. Hoc.n. ſibi ſoli pertinet qui cū occiderit corpus, animam poteſt mittere in gehennam. Ideo talis debet eſſe iuſtitia, ne corpus occidat & animā. Prę terea pœnitentia eſt armatura qua habemus contra carnem & dæmonem pugnare. Stultus eſt aūt qui arma nimis pō deroſa ſibi aſſumit, qui. ſ. nimis ſe affligit, vt inde ad opera bona exercere ſe non poſſit

C Satisfactio. Fructus ſatisfactionis debet eſſe ſenſui delectabilis.

poſſit

D *Locuſta. Q̃uo q̃dã excutiũtur vt locuſtæ.*

poſſit. Ait enim Dauid, excuſſus ſum ſicut locuſtæ, & quaſi hoc gloſſans ſubdit. Genua mea ĩfirmata ſunt a ieiunio, quaſi dicens. Virtus bene operandi ore nimia abſtinentia in membris meis deficit. Et ſignanter dicit ꝙ excuſſus eſt ſicut locuſtæ, quia ortolanus fatuus plantis ſuis florentibus vel fructificantibus videns locuſtas & brucos in eis inſidentes, vt eos abijciat, quandoque ipſas plãtas ita violenter excutit, vt pro locuſtis flores & fructus excutiat. Sic ſtulti ortolani in eccleſia, ideſt nouiter bene agẽtes, volentes motus carnis & tentationum inſultus per indiſcretas pęnitentias expellere: gratiam, & ſancta deſideria, & bona opera a ſe expellunt, labentes in propriã accidiam, vel aliorũ ſcandalum. Sic ergo diſcretè affligatur caro, ꝙ non ſuperbiat. ſic nutriatur, ꝙ non deficiat. Et hoc fiat per aſſuefactionem. vt quod primò videtur importabile, pro ceſſu temporis fiat leue. Propter quod beatus Hieronymus ſe fatetur carnem ſuam ita ieiunijs & vigilijs maceraſſe, ꝙ poſtea quàm plurimis bonis operibus inutilis factus eſt. Nam ſicut errare quis poteſt per pęnitentiæ defectum, ita & per exceſſum ſe irrationabiliter affligendo & impotentem reddendo. Sicut ille qui tantum equum ſuum uno die uexat, quòd in craſtino impotens redditur ad laborem; exemplo ſcolarium qui dum habent equum conductitium quem uocant de ſancto Ludouico, ita faciunt vno die ſuccuſſare & currere, ꝙ poſtea per triduum vix poteſt ſe ſuſtinere. Et ſicut ille qui tamdiu arcum ſuum extendi permittit, ꝙ infatuatur, & fortitudinem amittit, vel tantum eũm trahit ꝙ ipſum frangit. Et quia pauci ſunt in comparatione qui tam magnam ſibi pęnitentiam velint arripere: ideo penſata tali diſcretione ad hoc ꝙ fructus videatur immaturus, oportet ꝙ ſponte cadat ab arbore. i. ꝙ pęnitentia illa voluntariè aſſumatur, vt dicat pęnitens confeſſori diſcreto illud Pſal. Paratus ſum & non ſum turbatus. Aug. Ponat ſe pęnitens in iudicio ſacerdotis, ſibi de ſeipſo nihil retinens, vt paratus ſit facere pro reci-

A Satisfactio. Satisfactio eſt voluntariè aſſũpta.

pienda vita animæ, quod paratus eſſet facere pro euitanda corporis mortę: vt ſicut pro modica febre, vel infirmitate abſtinet a vino, ita faciat pro animæ ſalute. Pro conſilio medici abſtinet a carnalibus amplexibus, amputat ſibi crines, & multo tempore ſedet in domo, ſic faciat pro ſalute animæ. Pro lucranda corporis vita abſtinet a gaudio vano, pergẽs extra regionem ſuam ſua & ſuos dimittens, cur non ſic faciet pro animæ ſalute? Sic fecit Regina Heſter. 13. Depoſuit veſtes regias, & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro unguentis uarijs cinere & ſtercore impleuit caput ſuũ, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs, & omnia loca in quibus lætari conſueuerat, impleuit crinium laceratione, & deprecabatur dominum, & hoc quia videbat periculum ſui & ſuorum. Sed poſſet aliquis dicere, q̃uo voluntariè aſſumam quod mihi graue eſt, & naturaliter contra voluntatem meam? Q̃uo poſſum ego immutare naturã meã? Reſpõdetur primò, ꝙ triplex eſt dolor ſiue corporalis afflictio. Quidam eſt dolor homini innatus, vt ſunt miſeriæ ille quas ſuſtinemus ex corruptione naturæ noſtrę per peccatum: ut fames, calor, frigus, infirmitates, mors, & huiuſmodi. Et quando tales pę nę ad honorem Dei ſuſtinentur & patientur: in ſolutionem noſtri debiti com putantur pro peccatis: modicam enim tribulationem ſic acceptam dominus accipit pro magno debito quo homo obligatur in futuro. Vulgo dicitur de creditore, quòd de malo debitore accipit auenam pro frumento. Sunt enim hæ pœnitentiæ iniunctæ a ſummo pœnitentiario: & ſummo Sacerdote ſecundum ordinem Melchiſedech: ideo libentius ſuſtineri dicunt. Sunt etiam medicinæ & potiones amaræ a ſummo medico nobis datæ, vt purgemus a morbo peccati. Propter quod dicebat Iob 5. Beatus homo qui corripitur a domino, & increpationem domini ne reprobes. Ipſe enim vulnerat & medetur, percutit & manus eius ſanabunt. Gloſſa. Percutit in corpore, & ſanat in mente. Hinc Dauid aiebat. Pſ. 37. Ego in flagella

B Satisfactio. De triplici ſatisfactiua afflictione. Dolor triplex.

Tribulationes ſunt medicinæ animæ noſtræ.

gella

gella paratus ſum. Paratus quidem facere de neceſsitate uirtutem. Secunda eſt afflictio ab homine illata, per quã peccator ſatisfacere poteſt, quando ei dicuntur opprobria, uel inferuntur damna ſiue flagella. Mali enim flagellantes bonos, ſunt quaſi pœnitentiarij ſummi põtificis Chriſti, quia per tales iniungit Chriſtus talem pœnitentiam, & plus proficit, quàm a quocumque alio, ſi tamen patienter ſuſtineatur: ſicut apparuit in martyribus. Auguſtinus. Magna eſt purgatio bonorum, abundantia malorũ. Magis enim & multoties prodeſt ſuſtinere iniurias & opprobria a perſecutoribus illata, quàm ieiunium, vel veſtire multis diebus cilicium, vt apparuit in latrone dextro, qui cum Deo gratias ageret in ſua afflictione meruit exaudiri a Deo. Ideo multum proſunt iſte afflictiones ad purgationem peccatorum, niſi per impatientiam fructus perdatur. Ideo. 1. Pe. 3. Quis eſt qui uobis noceat ſi boni emulatores fueritis? Si quid patimini propter iuſtitiam, beati eritis. Gloſſa. Proſunt mali dum nocere volunt. Et Beda ibidem. Si verbera mali inferunt: nobis non nocent, ſed patientiam noſtram exercent. Si quis autem his victus per impatientiam deficit, non ille qui malũ intulit, ſed iſte qui malum pertulit ſibi ipſi nocuit. Licet enim inter omnia metalla aurum ſit nobilius & precioſius, & plumbum vilius, tamen aurum nõ probatur, aut purgatur igne ſine plumbo, quia plumbum ſecum fęces auri attrahit in fornàce. Sic boni per malos purgantur. Ideo ſi quæratur de quo ſeruiũt mali bonis, poteſt dici de eo de quo plũbum ſeruit auro. Ideo Salomon dicit Prouer. 11. Stultus ſeruiet ſapienti. Tertia afflictio qua homo ſatisfacit eſt illa quam voluntariè aſſumit, vt peregrinationes, ieiunia, aſperitas lecti, vel veſtis, &c. Pſal. 118. Voluntariè ſacrificabo tibi. Satisfactio enim eſt ſacrificium iuſtitiæ. Vinum enim quod ſponte eliquatur, melius eſt quàm quod per violentiã torcularis exprimitur. Ideo ſponſa Cantic. 6. Surrexit vt aperirem dilecto. Manus meæ diſtillauerunt myrrhã primam, quæ ſponte ab arbore egreditur, non per aliquam inciſionis violentiam. Propter quod non multum ſatisfactoria eſt pęnitentia multorum incarceratorum & ſuſpenſorum, quia eam inuoluntariè patiuntur. 1. Pe. 3. Nemo veſtrum patiatur, vt fur aut homicida. Sic patiebatur latro ſiniſter: nec etiam piratarum qui timore tempeſtatis pęnitent, ſed ſerenitate reddita inde deteriores fiunt. Talis fuit ſatisfactio Antiochi. Faciunt enim tales & ſibi ſimiles ſicut capti in bello, qui dum liberi ſunt, nihil vellent pro hoſtibus facere: vincti vero faciunt quod uolunt ſed inuiti. Sic multi dum ſani ſunt & fortes, nihil pro Deo facere volunt: dum infirmantur, aut vinculis tribulationum vinciuntur, tunc ſeruiunt ſed non multum voluntariè. Contra quos ad Col. 3. Quodcumque facitis ex animo operamini. Et ſi dicatur, quomodo voluntariè acceptabo illud quod eſt contra naturalem meam inclinationem? Reſpondetur duplicem in homine poni mus voluntatem. vr. in ſenſualitatis, aliam rationis. Obuia.. autem pœna voluntati ſenſualitatis, alioquin iam non eſſet pęnalitas. Voluntas autem rationis acceptat eam quandoque priuatiuè: quod fit dum non remurmurat aduerſus ipſam, ſed tolerat eam propter Deũ, & iſta in purgatorio purgat & ſatisfacit. Hic autem vltra hoc aliqualiter vertitur in meritum, dum ſic acceptatur. Quandoque verò vult poſitiuè, quod fit dum ratio lætanter eam acceptat, ita vt nolit etiam ſi poſſit ea carere. Sicut viatores ſponte pęnitentes in ieiunio, ſacco, & cinere. Sic in ægritudine corporali, ſic in iniuriarum voluntaria & diſcreta perpeſſione, ſic in tentationum ſpiritualium pluſquã dici poteſt inquietudine. Sic verè pęnitentes ſe totos ſupponunt conſilio ſanctorum confeſſorũ, totoſque ſe pęnitentialibus flagellis exponunt, vt de ſymbolo debito, ex taberna diaboli, Deo ſatisfaciant, qui aliud non habent, quod pro debito illo ſoluãt. orantes vt Deus acceptet hanc ſolutionem: ſi etiam aliqua talis afflictio præter iniunctum ſacerdotis contingat.

C Satisfactio. Qũo voluntariè acceptari põt ſatisfactio.

Tun-

Tunſiones enim laterum ſolutiones ſunt improborum pro ſymbolis ſuis, qui cũ nihil habeant vnde ſoluant, tabernario ad beneplacitum ſuum latera tundenda ex ponunt. Sic viri patientes & verè pœnitentes, qui ut Deo de peccatis ſuis ſatisfaciant dicunt Deo illud Micheæ 7. Iram domini portabo, quia peccaui. & illud Abacuch. 3. Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die tribulationis. Magna eſt homini prudentia, vt iram Dei & vin dictam in placationem, & reconciliatio nem eius conuertat: & de ipſa ira Dei pacem ſibi faciat. Ratio autem lætanter acceptandi huiuſmodi pœnitentiam, duplex tangitur in Pſal. 57. Prima ibi. Lætabitur iuſtus cũ viderit vindictam. Gaudet enim ex conſideratione æquitatis & iuſtitiæ, quia ibi eſt æquitas maxima, vt caro quæ traxit & ſubiugauit ſpiritum per delectationem quaſi inimica ſpiritui, econtrario ei ſubijciatur per afflictionem, & ſic de inimico vindicta ſumatur. Sicut carnalis homo multum gaudet de depreſſione inimici, ita ſpiritualis de afflictione carnis, ſicut etiã iudex iuſtus multum gaudet in exercitatione iuſtitię. Ideo Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ: ideſt vtilitatem amaritudinis, in gaudio eius non miſcebitur extraneus: ideſt tam ſingulare gaudium erit, ꝙ illud non partici pabit quicunque extraneus a Regno Dei, ſed ſolis electis proprium eſt. Secun da rō. Lauabit manus ſuas in ſanguine peccatoris. Hoc erit quando vetus homo renouabitur, quod non poteſt aliter fieri quàm in morte & ſanguine pec catoris. Moritur autem peccator cum de peccatore fit iuſtus, & hoc non niſi vetus homo interimatur. Pſal. 103. Deficiant peccatores a terra, & iniqui ita, vt non ſint. In confeſſione autem iudica tur uetus homo morti in ſatisfactione demandatur executioni. Lætatur ergo iuſtus, cum per ſatisfactionem ueterem hominem manibus & operibus bonis interimit. Pſal. 102. Renouabitur, vt aquilæ iuuentus tua. id eſt ſicut aquila renouatur, dum roſtrum eius ad petram

D Satisfactio. Duplex eſt rō lætãter acceptandi ſatisfactionem.

percuſſum frangitur, & poſtea in aqua balneatur. ſic dum in confeſſione ad petram Chriſtum roſtrum peccatoris aperitur, & aqua ſatisfactionis lauatur, reno uatur homo ſicut in infantia. Sic itaque iuſtus lauat manus ſuas in ſanguine pec catoris, ideſt in mortificatione ſui corporis. Martyres uerò in ſanguine agni. Sanguis martyrũ ſanguis erat agni, quia mẽbra vnde fluebat ſanguis ille, mẽbra erãt agni. Sic peccator quãdiu ẽ i peccato ẽ mẽbrum diaboli, ſed dũ mortificatur per confeſſionem & ſatisfactionem, funditur ſanguis diaboli. A quo petebat liberari qui dicebat. Pſal. 50. Libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Et quia multi fructus ſunt, qui maturi ſunt & ſpontè cadunt ex arbore, nec tamen digni ſunt præſentia domini ſui, quia fortè ſunt amari, ideo tertiò requiritur ꝙ ſint dulces & ſuaues guſtui: hinc & amaritudo fructus pœnitentiæ qui eſt ſatisfactio dulcis eſt guſtui Dei, qa quãto aſperior tãto Deo ſuauior: nã quanto aſperior, tanto ex maiori amore & cordis dulcedine pręſumitur procedere. Probatio. n. dilectionis, exhibitio eſt operis: quanto verò feruentior, tãto Deo ſuauior. Fructus qui a parte ardoris ſolis ſunt, dulciores ſunt. Et ita licèt ſit amara & dura exterius, interius tamen ꝑ amore Dei ſuauis eſt. Aug. Omnia ſeua & immania, facilia & prope nulla facit amor. Deus. n. auis eſt nidificans in nido exterius ſpinoſo & hiſpido, interius vero molli & ſuaui. Pſal. 16. Propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias du ras. Super quo Richardus de ſancto Victore duas cauſas aſſignat ſuſceptionis aſperæ pœnitentiæ. Sunt enim, inquit, verba labiorum noſtrorum, & verba labiorum Dei. Verba labiorum noſtrorũ ſunt peccata noſtra. iuxta illud Pſal. 21. Longè a ſalute mea verba delictorum meorum. Quiſquis ergo præteritorum delictorum conſcius ſponte per pœniten tiam ſe affligit, iſte propter verba labiorum ſuorum vias duras cuſtodit. Medicina enim aſpera melius malos humores curat, quam leuis: & malas herbas melius eradicat raſtrum ferreum, quàm ligneum.

A Satisfactio. Quanto durior ſatisfactio cum diſcretione tanto Deo ſuauior.

Labia Dei & labia noſtra qd ſignificent.

lignum. Habet enim peccator multas malas radices concupiſcentiarum extirpandarum ferreo roſtro .i. duro ieiunio. Ait.n.Colo.3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, concupiſcentiam, immunditiam, & libidinem,& auaritiam. Sed verba labiorum Dei præcepta eius ſunt. Qui autem laborat ne præceptum Dei transgrediatur, & vt voluntatẽ Dei impleat, ſuis voluntatibus vim facit: & nunc ꝑ verba labiorum Dei vias duras cuſtodit. Hoc experientia docet. Nam diuites dũ ad paſſum periculoſum perueniũt, poſtpoſito pallufredo ſuauiter ambulante, curſorem durè portantem aſcendunt: plus volentes cum adiutorio duri curſoris periculum euadere hoſtium, quàm planè & ſuauiter ambulando ab hoſtibus detineri. Eſa.41. Equi eorum caro ſuauiter ambulans dum impinguatur, curſor verò dum attenuatur, quia nunquam pinguis equus benè currit. Inſidiatur autem diabolus in ſpelunca ſua, vt rapiat pauperem peccatorem. Curſorem igitur aſcendat. Equus autem melius graditur per viam duram & ſterilẽ quam per prata virentia, mollia, & herboſa, quia in via dura pes equi non arreſtatur, aut figitur ſicut in molli. Inde 1. Regum 6. Vaccæ quibus ſubtracti fuerunt vituli ibant in directum,& nõ declinauerunt, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Sic quibus ſubtractæ ſunt huius ſeculi deliciæ in directum vadũt. Vituli verò laſciuientes vbique pergunt ad damnum.

Sermo 28. de pœnitentia. & de ſatiſfactione 3.

B Anima. Quare medicinam animæ Deus venalem non fecit.

IN ſolitudine animę noſtræ, & non alias iudicare nos debemus, & in illa ſolitudine viam trium dierum agere debemus .ſ. contritionis, confeſſionis, & ſatiſfactionis. Quæ quidem via trium dierum lata non eſt, ſed arcta multum: lata enim uia lutoſa eſt, & maximè quando aquæ exeunt ripas. Tunc enim uadens madidatur & ſordidatur. In uia mundi aquæ deliciarum & diuitiarum totum inundauerunt. Thren.3. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum, dixi perij. Olim diuitiæ erant intra ripam neceſſitatis. Act.2. Diuidebãt omnia, ꝓut vnicuique opus erat. Deliciæ intra ripã ſuſtentationis. 1.Timo.3. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Modo totum eſt extra ripam .i. extra menſuram rationis, vt apparet in ſingulis ſtatibus. Ideo ſciens Deus omnes poſt vanitates iſtas currere, iuxta illud Eccl.1. Vanitas vanitarum, & omnia vanitas: & minus curare de ſanitate animę quam corporis: medicinam animæ non obtulit caram, ſeu venalem, ſciens quòd multi nollent emere, ſed obtulit eã gratis, vt homo non extra ſeipſum, ſed in ſeipſo ageret dietam trium dierum .ſ. pœnitentiæ. Perſona enim tranſiens per põtem ſtrictum, debet aſpectum rectificare, & faciem ſuam conuertere ad pontẽ ne corruat. Omnes volumus ad ciuitatẽ Paradiſi peruenire, quod non poteſt fieri, niſi per pontem pœnitentiæ transeundo, quia quando eſt tanta abundantia aquarum circa ciuitatem, ꝙ non eſt acceſſus ad eam niſi per pontem, oportet diligenter oculum ad pontem conuertere. Modo factum eſt diluuium peccatorum. Oſeæ 4. Maledictum furtum & homicidium inundauerunt. Vnde non eſt tranſitus ad ciuitatem, niſi per pontem pœnitentiæ. Eſt enim pons ſtrictus, quia pons dicitur ſtrictus in quo oportet militem deſcendere de equo equum per frenum ducendo. Eſa.31. Equi eorum caro. In ponte pęnitentiæ oportet de equo deſcendere .i. voluptates carnis delere, & carnem per frenum ſobrietatis ducere, & tenere, & cum hoc ad illum pontem faciem habere per meditationem & conſiderationem, vt dicatur de tali facies eius erant euntis in Hieruſalem. Luc.13. In quo loco quærere oportet dominum cum Maria matre eius, quia in Hieruſalem .i. in loco pacis & conſcientia quieta inuenitur. Ad quam matrem vt pacẽ illam obtinere poſſimus recurremus, dicentes. Aue.

C Pons. Per pontem pœnitentiæ trãſeundum eſt periculũ huius ſeculi.

Quia dictum eſt in ſuperioribus ſermo-

D *Satisfactio. Oportet sacerdotē in satisfactione imponēda oīa in pondere, numero, & mēſura ordinare.*

monibus qualiter ſe debeat habere reus & pœnitens ad ſatisfaciendum pro delictis ſuis, & ad ſatisfactionem ſuſcipiendam a ſacerdote, nunc videndum eſt qualiter ſe debeat habere confeſſor ad imponendam ſatisfactionem peccatori. Pro quo aduertendum eſt, ꝙ ſicut dominus. Sap 11. Omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuit: ſic conſequenter oportet miniſtrum eius omnia diſponere ſuper pœnitentem in numero, pondere, & menſura. In eo enim debet eſſe diſcretio, quæ eſt omnium auriga virtutum in bello ex aduerſo omnium vitiorum. Ex quo neceſſe eſt ꝙ iudicium eius præcedat diſcretio ſicut auriga bigam. Alioquin non eſſet Deo, neque hominibus acceptus. Prou. 14. Acceptus eſt Regi miniſter intelligens. Debet enim planta eius, ſicut dicitur de ſanctis animalibus, eſſe ſicut planta vituli, quæ ſciſſa eſt & mature incedit, vt ſingula peccata & qualitates & complexiones maturæ cōſideret peccatorum. Primo igitur pœnitentia iniungenda eſt in numero. Primo enim debet eſſe compenſatoria. Conſideret numerum peccatorum pœnitentis, vt pro numero peccatorum numerū iniungat ſatisfactionum. Deut 25. Pro menſura delicti erit & plagarum modus. Rom. 6. Humanū dico propter infirmitatem carnis veſtræ, vt ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nūc exhibete ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Mulier cum maxima delectatione concipit, cum grauamine gerit, in fine cum maximo dolore parturit, ita vt non ſit minimum membrum in corpore quod non ſatisfaciat. Sic peccator cōcepit peccatum ex cōcupiſcentia in delectatione, gerit illud in conſcientia in timore tanquam onus grauiſſimum, neceſſe eſt vt parturiat illud cum dolore: vt ſicut membra fuerunt ſocij delectationum & vitiorum, ſint etiam participes tribulationum & pœnitentiæ. Nos tamen ſingulis peccatis neceſſario iniungenda eſt pęnitentia, ſed maiori numero peccatorum, maior imponenda eſt ſatisfactio. Secundò, debet eſſe Dei honoratoria. Debet enim confeſſor iniungendo pœnitentiam ſolerter compenſare Dei contumeliam in peccato pęnitentis (vt dicit Guil. Pariſ.) vt honore contrario expietur: vt ſi peccauit pęnitens in loco glorię deputato vt in eccleſia, iniungendum eſt ei vt ibi Deo repēdat aliquid ad expiationem illius contumeliæ: putà vt flexis genibus vel nudatis ſit ibi tempore aliquo. Similiter ſi ibi peccauerit aliquid infringendo, ꝙ ſimiliter aliquid in recompenſam faciat, puta virream, vel aliquid huiuſmodi. Si circa Euchariſtiam aliquid commiſerit, ꝙ hora qua eleuatur ſpecialem faciat orationem vel aliquid huiuſmodi. Si blaſphemia ex ore ſuo exierit, propter hoc laudes, & benedictiones iniungendæ ſunt. Similiter his qui turpiſſimæ conuerſationis eccleſiam ſcandalizauerunt, & exempla ſuæ perniciei tranſmiſerunt ad alios, ſalubriter illud aboleant: vt bonum nomen Chriſti quod fætere fecerant apud maledicos: ſanctum & venerabile efficiant facti bonus odor ipſius, iuxta quod ſcribitur Eccl. 20. Quam bonum eſt correptum manifeſtare pęnitentiā. Ad hoc enim hortari debet eos prudens confeſſor, vt ſicut fuerunt in ſcandalum per vitam malam, ꝙ de cętero ſint in exemplum per optimæ vitæ honeſtatem. vt quemadmodum olebāt eorum mores in naribus omnium, ita modo redoleant per odoriferos actus virtutū. Tertiò, debet eſſe ſatisfactio iuſtitiatoria quę mortem ipſius ſpiritualem. i. vitæ culpabilis extinctionem efficiat. Iuxta illud Exo. 22. Maleficos non patieris viuere vt ieiunium gulam occidat, & eleemoſyna auaritiam, & oratio ſuperbiam. Non enim quemadmodum de naturalibus latronibus ſola mutilatione interdum ſit iuſtitia, eo ꝙ correctio & emendatio eorum ſperatur, ita & de ſpiritualibus maleficis faciendum eſt. In his enim nulla eſt ſpes emendationis. Ideo de terra cordis & corporis per mortem ipſorum pęnitus auferendi ſunt. Col. 3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. hinc debent peccatores dicere Deo. Propter te, ſ. recuperandum

E *Pœnitentia. Quō iniungēda eſt pœnitentia in numero.*

dũ qui es animę vita, mortificamur tota die, parati ſubire mortẽ iſtam ſpiritualẽ. Sed pauci ſunt qui hãc velint patienter ſuſtinere: immo quantũ poſſunt refugiunt, cõditiones mali ſolutoris induentes, quarum quinque tanguntur præcipuè. Eccl. 29. In tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tedij & murmurationis, & ſi potuerit reddere aduerſabitur, vix ſolidi reddet dimidiũ. Prima ergo cõditio mali ſolutoris, ꝙ quærit dilationẽ, vt coruus qui ſemper dicit cras. Vnde in tempore redditionis poſtulabit tempus. Cum enim videntes tempus aptum ad ſeminandũ vel metendum, non differunt in poſterum: mirabile eſt cum tempus habeant aptum pęnitendi ꝙ differant in craſtinum. Prou. 26. Ne glorieris in craſtinũ, ſcilicet de pęnitentia agenda, ignorans quid ſuperuentura pariat tibi dies. Similes enim ſunt qui differunt pęnitere nobilibus, qui vendunt ſuper terras prouentus & reditus, & quanto magis differunt eos redimere, tanto magis ſe obligant & inuoluunt cum multis vſuris, & in fine perdunt terram ſuam. Poeta. Qui nõ eſt hodię cras minus aptus erit. Secunda conditio, ꝙ malus ſolutor contra creditorem loquitur verba tedii & murmurationis, quando quærit debitũ ſuum. Vnde ſequitur. Loquetur verba murmurationis & tedij. Sic talis contra ſuum confeſſorem, vel prælatum qui eũ admonet pęnitere, reſtituere, aut ſatisfacere, murmurat dicens eum eſſe indiſcretum & ſibi maliuolum: ſicut equus ſcabioſus recalcitrat contra mareſcallũ ſuum, & mordet eum vnde deberet eum diligere quia vult eum ſanare. Pſal. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. Et talis ſi aliquid reddat, non ſponte ſed cum murmure reddit. de quo Pſal. 118. Factus ſum ſicut vter in pruina, qui non reddit aquam niſi cum murmure: licèt ipſam ſine ſtrepitu recipiat. Talis enim bona proximi cito & hilariter rapit & prædatur: ſed non niſi cum maxima triſtitia reſtituit. Tertia conditio ꝙ malus ſolutor defectum ſoluendi creaturæ Dei quæ eſt tempus imponit

A Reddere. Quinq; conditiones mali ſolutoris

& accuſat tempus: dicens ꝙ tempus malum eſt, nec poteſt tunc aliquid lucrari, & propter hoc oportet creditorem expectare. Vnde ſubditur cauſabitur tẽpus. Propter enim duritiam temporis dicunt ſe non poſſe agere pęnitentiam: dicunt tempus eſſe calidum & dies longos propterea non poſſe ieiunare, tempus eſſe carum, propterea non poſſe eleemoſynas largiri: cum tamen propter longitudinẽ dierum, vel cariſtiam temporis non dimittant peccare. Et certè tales nullũ ſibi tempus inueniunt aptum ad pęnitendum, quia omne tempus eis malum eſt: ideo ſemper durabit eis malitia temporis. Iuxta quod ſcriptum eſt de inimicis Dei. Erit tempus eorum in ſecula, ſcilicet æterna, quia in inferno perpetuę mutationi quam tempori peccati attribuunt ſubijcientur. Quarta conditio ꝙ irrationabiliter ſolutionis creditoris cõtradicit. propter quod ſubditur. Si autẽ potuerit reddere aduerſabitur, & hoc multis modis. Primò, quia ita aduerſatur, ꝙ ei nullo modo vult in via vel itinere obuiare. Ideo per vias obliquas, etiã derelinquendo ſuam ſocietatem graditur, ne ei obuiet & (vt communiter dicitur) talis diuertit & declinat a creditore ſuo quaſi ab Anglo. Sic tales cum ſint potentes, ſatisfacere pro delictis non timent, niſi obuiare quadrageſimali tempori, vel alicui magno feſto, in quo oporteat eos reddere rationem villicationis ſuæ, & ſemper tergiuerſantur eis obuiare qui debitum ſatisfactionis pro Deo quærunt ſoluendum. Secundo, quia aduerſatur ei & contra eum placitat, nec vult ei reddere. Si enim debitor ſoluere non poteſt, excuſabilis eſt ſi non ſoluit. Sed quando poteſt ſoluere, & negat debitum, vel differt reddere vltra terminum, tunc dicitur doloſus debitor. Sic iſti aduerſantur, nec ſatisfaciunt cum poſſint. Vnde talibus vt plurimum coguntur condeſcendere confeſſores, & imponere eis pœnitentiam ad nutum, aut diminuere impoſitam, & contentari de eo quod poſſunt habere ab ipſis. Nã, ſicut vulgo dicitur, De malo ſolutore oportet illud accipere quod haberi poteſt:

Pœnitẽs uerè nuquã renuat pœnitentiã ſuſcipe.

teſt: adeo vt quandoque emplaſtrum quod erat ponendum ſuper ventré, quia ſcilicet erat eis iniungendum ieiunium ad macerandum carnem, gulæ & libidini debitam, cogantur ponere ſuper pedes, vel talos, iniungendo ſcilicet eis peregrinationes, & adhuc non ſuſcipient ſi oporteat ire ad loca remota. Iſta autem contradictio, & repugnantia pęnitentis ne ſuſcipiat pęnitentiam quę ſibi imponi deberet, maximè ex diaboli tentatione procedit. Vnde quidam ſacerdos de quadam referebat muliere, quæ ſemper in uoluptatibus & carnalibus delicijs vixerat, & quaſi nihil reputans peccare, omnia peccatorum genera experta fuerat. Cum autem multa abominabilia peccata confiteretur ſacerdoti, nunquam uoluit pęnitentiam a ſacerdote ſuſcipere, eo ꝙ nunquam ieiunare conſueuerat, vel aliquam pęnam corporalem ſuſtinere. Tandem ſacerdos miſeræ compatiens ait. Eſt ne aliquid in mũdo a quo poſſis abſtinere? Quæ reſpondit. Non poſſum abſtinere a uino, vel a carnibus, nec ieiunare, orare, mane ſurgere, aut manibus laborare. Vnum tamen eſt a quo abſtinere facile poſſem. Ita enim abhorreo porros, ꝙ nunquam potui manducare, & vix potui videre. Cui ſacerdos. Sufficit mihi, ex quo aliud a te non poſſum habere, iniungo ergo tibi ne porros in uita tua comedas. Quod illa recepit gaudens. Cum autem rediret ad hoſpitium, tranſiens per forum ubi porri uendebantur, adeo tentata eſt, & tantum habuit appetitum mãducandi porros, ꝙ nullo modo abſtinere potuit: ſed porros emens cum magno appetitu comedit: & ſtatim ad cor rediens reuerſa ad ſacerdotem ait: Domine pro certo ſcio ꝙ diabolus nititur animam meam perdere. Nam poſtquam iniunxiſti mihi, ꝙ abſtinerem a porris: tantam mihi tentationem immiſit, vt porros comederem, ꝙ non potui abſtinere. Nunc autem parata ſum omnem pęnitentiam ſuſtinere, quia ſcio niſi fortiter pugnauero, manus diaboli euadere non poſſe. Et ſic aſſumpta pęnitentia, in bono poſtmodum perſeuerauit. Non.n. lento gradu debet ire qui diabolũ vult fugere. Et maximè ſi talis per pęnitentiam receſſerit a diabolo. Tunc enim uelociore fuga opus eſt, & maiore cautela ad declinandum diaboli Imperium & ſeruitium. quia Io. 8. Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. Exultat quippe tunc dæmon, vt gigas ad currendam viã poſt pęnitentem a ſua captiuitate recedenté: more cuſtodientis carcerem, qui fortiter currit poſt eũ qui a carceribus euaſit: quem ſi iterum ceperit duplicatis funibus & catenis fortioribus ligat & conſtringit. Quinta conditio ꝙ talis nunquam perfecte ſatisfacit, ideo ſubditur vix ſolidi reddet dimidium. Vix enim dimidiam partem pecunię volunt reddere peccatores: cum tamen conſuetudo ſit, ꝙ quanto quis bibit vinum in taberna, tantum de ſymbolo ſoluat. Apoc. 18. Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Quartò, debet eſſe medicatoria & conſumptiua morbi peccati, & reliquiarum ipſius. Si enim luxuria extinguenda eſt, declinandus eſt aſpectus mulierum & earum colloquia, & auertendæ aures a cantilenis amatorijs, & a flatibus, ideſt ſuggeſtionibus, precibus, & tractatibus uenenoſæ turpitudinis. Similiter iniungenda eſt mutatio locorũ, quæ multum prodeſt & ſatisfacit. Vnde cum quidam quãdam ardentiſſimè amaret, tandem ſtulto amore afflictus, remedium quæſiuit: cui ſacerdos peregrinari conſuluit: quo peracto prædictus amor re miſſus eſt. Tunc mulier prædicta admirans ꝙ tam frequenter ſicut ſolebat non rediret ait illi. Nonne tu ille es qui me dilexiſti? Cui ille. Non, quoniam per gratiam iam alius effectus ſum. Similiter declinanda eſt ciborum & potuum ſuperfluitas, quæ carnis luxuriam incendit. Eccl. 38. Altiſſimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Gloſ. de terra, ideſt de carne noſtra. De carne enim ſerpentis quærenda eſt theriaca ad ſanandum venenum, vt ſicut per carnem deliquimus, per carnem ſatisfaciamus. Hæc enim eſt medicina a contrarijs, quia caro declinans ad volu-

B *Satisfactio.* *Satisfactio debet peccata conſumere.*

voluptatem igne carnalis amoris, & ciborũ inflãmatione decoquitur. Oſeę 7. Omnes adulteri quaſi clibanus ſuccenſus a coquente. Itaq; oportet q͂ per ſubtractionem huiuſmodi factam amore Dei ex aduerſo decoquatur: ita q͂ ſi inuenta fuerit ſemicocta, in igne purgatorij proijcietur, ut ad perfectum decoquatur. Si verò tota cruda inuēta fuerit, vt qui de peccatis cum lachrymis ferventibus non pœnituerit: ponent eã dęmones in caldaria inferni, vbi perpetuò bullietur: vermibus & canibus inferni deuoranda. Ideo talibus maximè iniungendum eſt vt mordaces prædicatores aſperrime, acerrimeque peccata ſugillãtes frequenter audiant. Medicina etiam vehementer ad hoc efficax & morbi huiuſmodi conſumptiua eſt cogitatio mortis tam temporalis quàm æternæ. Similiter ægritudines, vulnera, carceres, & vincula: & omne genus tribulationũ, medicamenta ſunt validiſſima. Sic enim poſt plurima nefanda perpetrata redijt Rex Manaſſes ad dominum: & flagellatus quæſiuit eum. Eſa. 28. Tantummodo ſola vexatio dabit intellectum auditui. Sunt. n. qui habent auditum corporalē, ſed intellectum non habent, maximè viri a mundo honorati, qui multa audiũt: ſed ſequentes ſenſualitatem intellectũ omnino dimittunt. Pſal. 48. Homo cum in honore eſſet non intellexit. Hi ſunt qui verbũ Dei audiunt, ſed cum increpatorium eſt aut eis vtile reijciunt, nec poſſunt intelligere vt iuxta illud bene agãt. Pſal. 35. Noluit intelligere, vt bene ageret. Tales ſunt beſtiales beſtialiter viuentes, ad nihil aures ſuas applicantes, niſi ad quod aſinus applicaret, qui nec ad lyram ſaltat, nec ad tonantem fugit buccinam quamuis audiat. Sic aures corporales habebant Iudæi, ſpirituales autem non, quia non intelligebant. Marc. 4. Audientes audiant & non intelligant: nec conuertantur & ſanem eos. Sic diſcipuli nondum habentes intellectum iunctum auditui audierunt a Christo. Adhuc ſine intellectu eſtis. Ideo petebat Pſal. 144. Intellectum da mihi & viuam. Sicut enim cibus in ore nihil proficit maſticatus niſi traijciatur in ſtomacum, & ibidem digeſtus ad ſingula mēbra tranſmittatur, ſic nec correctio, doctrina, aut verbum Dei in auribus peccatoris, niſi ſuo intellectu digeratur, & ad manus, & ad pedes (vt iuxta illud) operationi & ſatisfactioni vacent mittantur, nihil proficit. Quia tamen tribulationes & flagella quę dant intellectum auditui, Deus quandoque per ſe, quandoque per alios exibet pœnitentibus: propter hoc illa non ſunt a confeſſoribus iniungenda, niſi forſan patientia & ipſorum tolerantia, vt ex eis faciãt de neceſſitate virtutem, quia omnis labor & voluntaria afflictio multum conferunt ad conſumptionem & extinctionem vitiorum: & generaliter ſeorſum fieri debent ab impijs & peccata conſiliantibus & procurantibus: & declinare opportunitates & incentiua uitiorum, & cohabitare cum ſanctis viris, & cum eis uacare bonis exercitationibus, multum conferunt ad ſatisfactionem. Cum enim viget peſtilentia in aliquo loco, ſumma medicina eſt fugere locum & peſtilentia percuſſos, & ad ſalubrem aerem & non corruptum accedere.

C Intellectus. Quo intellectus debet cōiungi auditui.

A Satisfactio. Tribulationes in uitè venientes, ſunt iniungendæ pœnitenti.

Sermo. 29. De pœnitentia: & de ſatisfactione. 4.

B Carmen peregrinus. De dupli ci carmine peregrini.

Cum ad ſubleuamen laboris videamus cantum ſiue carmen eſſe ſummum remedium: eo q͂ videmus artifices, operarios, nautas & peregrinos ad ſubleuamen laboris frequenter canere. Ideo quia in peregrinatione horum trium dierum videtur eſſe labor grandis, neceſſe eſt peregrinantem in peregrinando canere, quemadmodum canebat qui dicebat. Pſal. 118. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ. Materia huius carminis duplex eſt. Vna eſt lachrymabilis quæ eſt confeſſio peccati in ſpe venię: ſicut gemit infirmus reuelando infirmitatem medico. Sicut columba habet gemitum pro cantu. Eze. 33. Fili hominis cane carmen lugubre. Sic dicebat Pſal. 6. Laboraui in gemitu meo.

meo,ideſt patienter tuli laborem, dũ cũ gemitu contritionis cantarem canticũ confeſsionis. Eſa.23.Meretrix obliuioni tradita bene cane, vt ſit memoria tui apud Deũ. Sicut boni cantores ſæpe retinentũr de capella regis,& ſunt in memoria regis vltro citroq; pro primis ſuperuenientibus beneficijs qñ benè canũt. Secunda materia eſt in cantu gaudioſo. Hæc eſt confeſſio laudis pro diuinis beneficijs, ſicut cantat a lauda videns ortũ ſolis.Canit enim propter ſibi ortum lumen ſolis. Pſ.Cantabimus & pſallemus virtutes tuas. Aues.n.delectantur in cãtu,maximè qñ fuerint ſatiatæ.Sic ſancti viri quando replentur beneficijs Dei.Sicut viellator modo cantat cum viella, modo voce propria vt lætificet audientes: ſic pęnitens modo cantare debet laudes Dei pro beneficijs,modo propria delicta, quę ſunt clamores & vox propria delinquentis quę libẽter audit Deus.Pſ. 33.Semper laus eius in ore meo. Forma vero huius cantus maximè placet Deo, quando humiliter canitur. Cantus.n. auicularum lætior eſt & magis gratus,q̃ magnorum auium.Sed tamẽ in hoc diſferunt, quia auiculæ cantum incipiunt ab altiori,Chriſtus autem ab humiliori, nec vnquam bonus cantor ab altiori incipit.Sic docet ſpiritualis muſicę doctor Chriſtus. Diſcite,inquit, a me, quia mitis ſum & humilis corde. Efficiens autẽ cauſa huius cantus eſt ipſe pęnitens,cuius vt placeat cãtus, debet eſſe vox mũda non rauca,ideſt affectio munda, quæ facit placere cantum. Non.n placet cãtus leproſorum.Ideo Ezechias Rex.Eſa. 38.orabat pro uoce iſta munda dicens. Domine ſaluum me fac, & pſalmos noſtros cãtabimus cunctis diebus vitæ noſtræ.Secundò,eius debet eſſe vox alta & ſonora,ideſt intentio recta,quæ facit attingere vſq; ad altiſſimum.Pſ.Cantabo dño qui bona tribuit mihi & pſallam, nõ numo propter cupiditatem,nõ mũdo,propter vanam gloriam,nõ carni ꝑꝑ laſciuiam,ſed nomini dñi altiſsimi.Non enim placet ſponſo cantus adulterę,nec nauigantibus cantus ſyrenę. Sed cauſa finalis huius cantus eſt in gratiarũ actione, quando pęnitens conſiderat quomodo magnificè fecit cum eo,donando ſibi gratis &miſericorditer debita.Sicut filij Iſrael cecinerunt cum euaſerunt pericula maris rubri,ideſt damnationis ęternæ.Eſa.12.Cantate domino quoniã magnificè fecit. Et etiam quia per hoc lucratur vitam æternam, ſicut multi pauperes cantando lucrantur uitam ſuam. Abacuch.3.Super excelſa mea.i.ad excelſa cęli quę mea ſunt, per eum qui in me victor fuit tentationum,deducet me victor in pſalmis canẽtem.vbi Tob.vlti. Per omnes vicos cantabitur Alleluia cũ virginum choris, pręcipuè cum beata virgine,quę cęteros excellit in carmine: quam ſalutabimus,dicentes. Aue.

C Carmen peregrinus. De forma efficiente et fine carminis peregrini.

Quia in præcedenti ſermone oſtenſum]eſt de quatuor conditionibus ſatiſfationis, quæ requiruntur ad hoc, vt in numero, iuxta Dei voluntatem ſatisfactio imponatur. Nunc dicendum eſt de quinta:deinde circa eã declarabiť emergens difficultas. Pro primi expeditione dicitur ꝙ quinta conditio ſatiſfactionis eſt, ꝙ ſit ſpontanea & lætabunda: ita ꝙ nihil imponat humeris pęnitentis ipſe ſacerdos, niſi quod voluerit acceptare pęnitens, ne ipſum inuoluat in peccatũ deterius. Ne fortè obliget eũ ad aliquã pęnitentiam, quam ſi non fecerit itetũ tenetur confiteri, vt acceptet medicinã pro peccato, quia ſi eam oblitus fuerit, ſufficit ꝙ ad illum accedat cui confeſſus eſt,& ꝙ ſibi aliam imponat. Si autẽ ad alterum, oportet ꝙ iterum confiteatur,quia non poteſt quis dare medicinã morbo,niſi morbum cognoſcat. Requiritur ergo, ꝙ ille ſpontaneè recipiat ſibi iniunctam pęnitentiam. Et hoc dicit Bona in 4.diſt.16.in expoſitione textus: & hoc(vt dicit)ex duplici conſideratione. Primo ex conſideratione æquitatis, quia ibi eſt æquitas maxima, quia caro quæ traxit ſpiritum, & ſubiugauit per delectationem, & inimica eſt ſpiritui, econtrario ei ſubijciatur per afflictionẽ. & ſic de inimico vindicta ſumatur. Sicut enim carnalis homo multum gaudet in depreſſione inimici ſui, ita ſpũalis de afflictione carnis. Et ſicut iuſtus iudex

D Satisfactio. Satisfactio dẽt ſpõtaneè & cum voluntate libera pænitentis acceptari.

dex multum gaudet in exercitatione iuſtitiæ:ſic & pęnitens gaudere debet. Prouerb. 21. Gaudium eſt iuſto facere iuſtitiam. Propterea Prouerb. 14. Cor quod nouit amaritudinē animæ ſuæ ī gaudio eius non miſcebitur extraneus Ideo pęnitenti pręceptum eſt Eſaiæ 54. Longos fac funiculos tuos. Funiculi præcepta ſunt ſacerdotis in confeſſione, quæ ligant hominem & extrahunt diabolum de homine. Iob 40. Nūquid poteris extrahere Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Lingua diaboli quæ ſibilat & infundit venenum,eſt eius ſuggeſtio,quę reprimitur meditatione diuinorū mādatorum. Præcepta ergo ſacerdotis longa debemus facere, vt ſi iniungat ieiunium vn us diei, debemus ieiuna re duos vel tres vt dicat nobis ille verus Samaritanus quod Luc. 10. Si q̄d ſupererogaueris, omnia reddam tibi. Vnde Cācellarius Gerſon. Satisfactio pro delictis quanto pœnalior & acerbior, tanto cęteris paribus eſt acceptior, & magis quo plus fuerit in eadem de voluntario rationis. Obuiat autem pęna voluntati ſenſualitatis, alioquin iam non eſſet pęnalitas. Voluntas verò rationis acceptatur eam, quandoque priuatiuę, quod fit, qñ non remurmurat aduerſus eā ſed ipſam tolerat, ſicut in purgatorio; Quandoque poſitiuè vult,quod fit dum ratio pęnā lętantur acceptat,ita vt nolit etiā ſi poſsit ea carere:ſicut viatores ſpō te pęnitentes in ieiunio ſacco & cinere, ſicut in ægritudine corporali,ſicut ī iniuriarum voluntaria & diſcreta perpeſſione, ſicut denique in tentationum ſpiritualium pluſquam dici poteſt inquietudine. Habet.n.(vt quidam ait) ipſa tribulatio vocem orationis:vt Lazarus tot linguas habuit quot vulnera hæc Gerſon.

Satiſfactio quāto maior tāto vtilior.

E

Satiſfactio. Multiplex vtilitas ex ſpontanea ſatiſfactione ſuperueniens.

Secunda conſideratio eſt multiplicis vtilitatis ex hac ſpontanea ſatiſfactione prouenientis. Primò, quia eſt tabula per quam quis euadit a naufragio inferni. Ideo ſicut gaudet quis dum de naufragio euadit, ſic ſatiſfaciendo debet gaudere pęnitens. Multi tamen a naufragio nō euadunt,quia relicta magna tabula.i.magna & condigna pęnitentia,ad paruā tabulā currunt,& fructus dignos pęnitentiæ non faciunt. Fit aūt hæc tabula pęnitentiæ ex arbore cuius radix eſt contritio,ſtipes confeſſio. Ex qua rami prodeūt & diuidūtur,dū ſigillatim peccata in cōfeſſione dicuntur. Minores rami circūſtātiæ peccati, flos propoſitum ſatiſfaciēdi, ex quo procedunt digni pęnitentiæ fructus,quos nunquā faciunt impij diuites, qui nihil cogitāt neque de Paradiſo,neque de inferno. Eſa. 8 Dictū eſt Acham. Pete tibi ſignum a domino Deo tuo in profundū inferni ſiue in excelſum ſupra: qui dixit,non petā,quia nolunt impij cogitare de profundo inferni,neque de gloria in excelſo,quia nolunt per pœnas terreri,neq; per pręmia mulceri. Iob 1. Pellē pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima ſua,pellē ſcabioſam pro pelle glorioſa,pellē terrenitatis, pro pelle ęternitatis. Alioquin turbabūtur pelles terræ Madiam, quæ interpretatur ex iudicio. Niſi.n.pelles noſtrę in pręſenti per ſatiſfactionem a peccati ſcabie mūdentur,ex iudicio Dei a vermibus gehēnæ turbabuntur. Aſinus quia quandoq; ſtimulabatur, melius mori q̄ viuere eligēs,pmiſit ſe citius mori q̄ currere: quo mortuo de pelle eius fiebat tympanum, & per vicos continue verberabatur, & peius fiebat eius pelli q̄ prius. Sic plerique vitijs reſiſtendo nolunt modicā pati afflictionem, & eligunt magis mori per culpā, q̄ viuere per gratiā. Sed de pellibus talium fiet tympanū in inferno:vbi continuè a dæmonibus percutientur, & ibi de alieno corio fiet a dæmonibus larga corrigia. Secūda vtilitas,quia renouat hominē. Pſ. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, quæ roſtrū ad lapidē confringens nouū induit. Sic duritiā cordis ad lapidē Chriſtū cōfringit duritiā pęnitētię induens,nouū induit hominē. Propter quod ſpiritualia damna reparantur, & reuiuiſcūt opa bona pterita. Leui. 25. Si attenuatus fr̄ tuus vēdiderit poſſeſſiū culā ſuā, propinquus eius pōt redimere q̄d ille vēdiderat. Si aūt nō habuit pximū, & ipſe pciū ad redimendū potuerit inuenire, cōputabūtur fructus ex eo t pe quo vēdidit, & q̄d reliquū ē reddat emptori,

Satiſfactio hominē renouat.

ꝑtori,ſicq; recipiet poſſeſſionē ſuā. Qđ exponit Altiſſio.dicens.Frater attenuatus vendit poſſeſſionem virtutum diabolo,quādo peccat mortaliter.Propinquus eius redimit, quando ad exhortationem ſacerdotis, vel alicuius boni viri corrigitur,qui peccauerat,& reſtituitur ei poſſeſſio virtutum,& computantur fructus ex eo tempore quo vendidit.i.peccauit. Et ſic bona opera quæ fecit ex quo peccauit vſque ad deſtructionem peccati & inſtitutionem charitatis computantur ei ad ſatisfactionem. Hęc Altiſſiodo.in ſumma. Tertia vtilitas,ꝙ per ſpontaneā ſatisfactionem fit homo in poſterū prōptus & habilis ad ſatisfaciendum, & ad opera meritoria. Mula.n.quæ de ſtabulo educitur ſæpe claudicat, ſed cū videt ſe elongatam fortiter currit. Sic caro cū de peccato educitur, pœnitentiæ ſæpe aduerſatur, ſed cum iam elōgatur a ſua voluntate ſenſualitatis, currit ad bona opera.Et ſicut caro inſulſa putreſcit,aqua non mota limum trahit, ferrum rubiginem, veſtis tineam, terra inculta malas herbas germinat,ſic homo non exercitatus ad pœnitentiam. Et ſicut ferrum amittit rubiginem per ignem, limam, & exercitium ſiue vſum: ſic rubigo peccati per ignem contritionis,limam confeſſionis, & vſum pœnitentiæ & operationis. Et ſicut in furfure ſeruatur acus,& cultellus ſine rubigine:ſic puritas in aſperitate pęnitentiæ. Et ideo peccator non debet recuſare onus pęnitētiæ: ſicut nec miles in periculo belli recuſat onus armorum : nec peregrinus in via onus loculorum vel baculi,nec equus onus quadrigæ.Mat.11. Tollite iugum meum ſuper vos, iugum enim meum ſuaue eſt. Licet enim pennæ auium ſint parū graues, faciunt tamen volatilia cacumina montium tranſcendere. Sic onus pęnitentiæ ſi patienter illud portaueris, ſuper pennas ventorum ad conſortiū beatorum te faciet conuolare.Sis ergo pullus Chriſti, expectans donec per opera ſatisfactionis plenè fueris pennatus, vt voles ad celū. Quarta vtilitas,ꝙ ſatisfactio ditat hominem Deo,& bonis eius. Prou.20.Malum malum eſt dicit omnis

Satisfactio habilitat pœnitentē.

Satisfactio ditat pœnitentē.

emptor, & cum receſſerit gloriabitur. Cum enim emit quis merces a venditore,& ab eo quęrit quantum comparabit eas,poſtquam venditor poſuit precium, dicit emptor hoc eſſe malū forum. Sed poſtea quam comparauit & videt quid in fardello mercium continetur, cū recedit gloriatur ſe diuitem eſſe, benedicens horam qua poſuit denarium ad cōparandum eam. Sic qui hic pęnitentiam egerit pro Regno cęlorum. Multi tamē nec prædicatione,diuinis terroribus,aut promiſſis vnquam volunt pęnitentiam agere. De quibus Saluator.Mat.11.Cecinimus vobis,& non ſaltaſtis,lamentauimus & non planxiſtis.i.prædicauimus vobis gaudia paradiſi, & pęnas inferni. Videant ne incidant in pęnam quā quidam molitor ſuis ſaccis indidit. Nam cum plures haberet coram ſe ſaccos plenos tritico ad molendum, cœpit coram ſaccis fiſtula canere. Cum autem ad ſonitum non ſaltarent,aut chorizarēt ſacci,dixit ad eos molitor.Saltate & chorizate ſi volueritis,quia ſiue ſic,ſiue non, vos tamen notam, ſiue notulam carminis inde ſinguli ſoluetis.Sic iſti ſi non ſaltent ad pęnitentiam propter præmiū, aut pęnæ periculum, velint nolint,in futurum ſoluent in inferno,vel in purgatorio notam peccati per pœnitentiam non deleti. Et quia dictum eſt in tertia vtilitate, ꝙ per ſpontaneam ſatisfactionē fit homo promptus & habilis ad ſatisfaciēdum.Quæritur vtrum quis pro alio poſſit ſatisfacere? Et videtur ꝙ non, quia quis per hoc non efficitur promptius ad ſatisfaciendum,immo econuerſo.Secundò, quia nemo poteſt mereri vitam æternam,nec demereri pęnam æternam : ergo nec pro alio temporale bonum.Tertio,nemo poteſt pro alio conteri,aut cōfiteri,ergo nec ſatisfacere.In oppoſitum arguitur, quia celebrans miſſam pro alio,ſatisfacit ꝓ alio.Rñſio.Dr̄ primò,ſm̄ Richar. in 4.diſt.20. Quod ſatisfactio propter duo fieri ſolet. Primò,vt ſit q̄dā emenda pro peccato. Secundo modo,vt ſit medicamentum contra ſequelas peccati, quæ ſunt inclinatio ad peccandum & recidiuandum. Quo ſuppoſito,dr̄ ſecundò

A Satisfacere.

Vtrū vnus poſſit pro alio ſatisfacere.

cundò ſecundum Durandum in 4.diſt. 20.Quod nullus poteſt ſatisfacere pro alio, loquendo de ſatisfactione ſecundo modo. Probatur, quia pęna non præſtat remedium contra recidiuum, niſi quia diſponit hominem ad melius reſiſtendum occaſionibus recidiui. Sed ex hoc ꝙ vnus pro alio ſuſtinet pęnã, ille alius, in nullo melius diſponitur. Ex ieiunio enim vnius non maceratur caro alterius ad melius reſiſtendum concupiſcentijs carnis, nec per eleemoſynam & orationem vnius, alter ad bona ſimilia aſſueſcit. Quilibet enim benè vel malè diſponitur actu proprio non alieno, niſi fortè per accidens, inquantum aliquis per bona opera quæ facit pro alio poteſt ſibi mereri de cõgruo augmentum gratiæ, qua facilius aſſueſcit ab bonum operandum, & malum vitandũm. Sed hæc ſubuentio non eſt per modum ſatisfactionis, ſed meriti. Et ideo ſacerdotes iniungentes pęnitentiam, minimè aut rarò debent iniungere pęnitentibus vt faciant dicere miſſas. Tum propter lucrum turpe quod inde expectant ſacerdotes. Tum ſecundò, quia hæc medicina non diſponit eos ad inclinationem oppoſitam vitij ad quod inclinatur de per ſe, & ſic de per ſe non præſeruat a recidiuo, ad quod maximè debet intendere ſacerdos iniungens pęnitentiam. Sed ſi pęna conſideretur, vt eſt ſolutio debiti & emenda quędam: tunc dicitur tertiò, ꝙ ſi ſatisfactio quam quis pro alio facit procedat ex auctoritate ſacerdotis imponentis illam pœnitentiam, certum eſt ꝙ vnus pro alio poteſt ſatisfacere, ſiue ille ſit potens ad ſatiſfaciendum, ſiue non, quia nullus tenetur ad pęnitentiam ſibi iniunctam niſi ſm modũ quo eſt ſibi impoſita: ergo ſi imponens determinet ꝙ fiat per illũ qui peccauit vel per aliũ, liberatus eſt a pęnitentia q facit ꝑ aliũ, ſiue illud ſit ieiuniũ, vel peregrinatio, vel aliquid huiuſmodi. Si autem ſit impotens ad faciendum eam. alius poteſt pro eo facere, quia nec Deus, nec miniſter eius intendunt aliquem obligare ad illud quod eſt ſibi impoſſibile. Vnde aliquo modo poſſumus quæ per amicos

Miſſæ nõ ſunt iniungẽdæ pœnitentibus, aut raro.

poſſumus. Dicitur quarto ꝙ ſi eſt potens facere eam, & vult per alium facere ſine licentia ſacerdotis pœnitentiã imponentis: tunc non liberatur, quia iuſtè in iudicio Dei eſt condemnatus, nec de ſententia iudicis qui damnatus eſt poteſt aliquid immutare, niſi de voluntate iudicis expreſſa vel præſumpta. Præſumpta dr̃, quando caſus neceſſitatis incurritur: & reddit eum impotentem ad faciendum pœnitentiam ſibi iniunctam: immo ille, qui ſola voluntate ſua pœnitentiam ſibi iniunctam per alterum fieri facit: niſi in caſibus prædictis, eſt temerarius contemptor iudicij pęnitentiæ. Nec pęnitentia ſic per alium facta, credenda eſt Deo eſſe accepta ad liberationem ipſius, quãdo iudicium ſacerdotis qui eſt in abſolutione Vicarius Chriſti, tam temerariè contemnitur. Qui enim amiſit Deũ per peccatum, debet eum ſolicitè quærere, non ſolum ore confitendo, ſed etiam manibus.i.operibus ſatisfaciendo. Pſalm.76. Deum exquiſiui manibus meis nocte .i. in aduerſitate contra eum volentem me punire, niſi me punirem: & non ſum deceptus. Qui ignem vult quærere, digito quærit. Sic qui pacẽ cum Deo, quærat operibus. Qui.n. in alio & non in ſeipſo mereri voluit, iuſtũ eſt, ꝙ in alio & nõ in ſeipſo ꝓmietur & remuneretur: & q per procuratorem ſatisfacit, per procuratorẽ habeat paradiſum. Vnde legitur de quodam qui quoties de confeſſioue redibat triſtem vultum facere conſueuerat, nec vxoris recipere voluit cõſolationem dicens. Quomodo vultum hilarem facere poſſem cũ me per confeſſorem meũ tot ieiunijs oneratũ cogito? Cui illa promittere ſolebat ꝙ totũ pro illo ieiunare vellet, q ſic cõfortatus comedere & bibere & bonũ vultũ facere ſolebat. Sed Deus illũ retrahere volẽs ab hoc errore, ei per viſionẽ oſtẽdit, ꝙ ipſe cũ vxore ſua partẽ appropinquabat cęli, & ꝙ Petrus cęli ianitor vxorẽ eius manu capiẽs ipsã introduxit, ipſum uerò intrare volentẽ & nitentẽ repulit dicẽs, qa hęc pro te pęnitẽtiã egit, hæc ꝓ te mercedẽ accipiet. Qua viſione admonitus, deinceps propriam egit pęnitentiã, intelligens ꝙ vnuſquiſq; pro-

propriam mercedem recipiet ſecundum proprium laborẽ 1.Cor.3. Dicitur quintò, ꝙ in caſu in quo de voluntate ſacerdotis quis per alium ſatisfaceret, videtur ꝙ per eam non tantum ſoluatur de pœna peccato debita, quàm ſi fieret per illũ qui deliquit, quia pęna per pœnã compẽſatur: ſed magis pęnale eſt illud quod quis facit per ſeipſum, quàm quod fit ꝑ alterum, ergo plus recompẽſatur de pęna debita, qñ ille qui peccauit facit pœnitentiam iniunctam per ſeipſum, quàm qñ fit per alterũ. Et ideo ſecundũ Bon. debet ſacerdos cõmutans iſtam pęnam in maiorem cõmutare. Charitas tñ ſatisfacientis pro alio intantum poſſet excedere charitatem illius pro quo ſatiſfacit, ꝙ non oporteret ipſum ad ſatisfaciendum pro alio ſoluere pęnam maiorem, quàm alius ſoluiſſet pro ſeipſo, quia opus tãto magis eſt ſatisfactorium, quãto ex maiori amore Dei procedit. Quia tamẽ iſtud vix cognoſci poteſt, tutius eſt dare maiorem talibus pęnitentiam. Sextò dicitur, ꝙ vnus pro alio non meretur pręmium ſubſtantiale, nec pro altero demeretur damnationem. quia. 2.Cor.5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis prout geſſit ſiue bonũ ſiue malum. Pſ.61. Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Nec eſt ſimile de merito præmij æterni, & merito ſolutionis pœnæ: quia præmiũ vitæ æternæ menſuratur ſm quantitatem charitatis, & actuũ voluntatis, interiorum elicitorum ex charitate, quæ nullus homo purus vnquã potuit alicui de condigno mereri propter excellentiam amicitię diuinę: ſed ſolutio pœnæ non eſt res tanti precij: ideo conceſſum eſt ꝙ vnus pro alio pęnam ſoluere poſſit. Sicut ſi homo alicui inimicus deberet tali inimico centũ ſolidos, tunc alius poſſet illud debitum ſoluere, qui tamẽ non poſſet ipſum amicum facere, vel eius amicitiam augere. Septimò dicitur, ſecundum Duran. in 4. diſt. 20. ꝙ non eſt ſimile de contritione, confeſſione, & ſatisfactione, quia contritio ordinatur ad dimiſſionem culpæ, q̃ pertinet ad diſpoſitionem interioris hominis, & quia vnus non diſponitur ex actu alterius, ideo vnus non põt pro alio conteri. Similiter confeſſio ordinatur ad abſolutionem, per quã gratia datur vel augetur ipſi confitenti. ideo cõfeſſio ab vno facta non valet alteri. Sed ſatisfactio ordinatur ad ſolutionem pęnæ debitæ q̃ vnus pro alio põt in certis caſibus ſoluere. ideo vnus ꝑ alio põt ſatisfacere.

Sermo 30. de pœnitentia, & de ſatiſfactione 5.

MVlti mercatores multas dietas faciunt vt lucrifaciant, & pecuniam augeant, & benè ſit eis ad tempus. Tres dietas, contritionis videlicet, confeſſionis, & ſatisfactionis faciat mercator cęli: & ad diuitias perueniet æternas & infinitas. Sed quia in tertia dieta labor eſt, multi ſicut populus Iſrael pro labore itineris murmurant, & in Aegyptum vnde exierant. i. ad priſtinam vitam redire volunt. Ad quã deſperationẽ quatuor videntur inducere. Primò, immenſitas laboris, contra quod Salomon Prouer. 24. Si deſperaueris in die anguſtiæ lapſus, imminuetur fortitudo tua. Sed non debemus hoc timere, quia dominus laborem nobiſcum ſuſtinet. Suſtinete, inquit, mecũ. Mat. 26. Secundum eſt, propria debilitas, quæ terret ne quicquam arduum aggrediatur. Sed hoc non debemus timere, quia debiles & claudi compelluntur intrare in Regnum cęlorũ. Luc. 14. Tertium vero eſt, hoſtium reſiſtentium nobis crudelitas & fortitudo. Vnde Num. 13. Exploratores terræ promiſſionis nũtiauerunt filijs Iſrael ſe ibi vidiſſe gigantes de ſtirpe Enach. reſpectu quorum filij Iſrael quaſi locuſtæ reputabantur, & tunc ex deſperatione murmurauerunt, quorum magnam partem deleuit dominus, & proſtrata ſunt eorum cadauera in deſerto, nec ingreſſi ſunt terram promiſſionis. Sed hoc timere non debemus, q̃a dñs dabit agnis lupos. i. mitibus crudeles, locuſtis gigãtes. i. paruulis & humilibus dęmonũ fortitudinẽ debellare. Mat. 10. Ecce ego mitto vos ſicut agnos in-

A Satisfactio. Quæ ſũt rationes deſperãdi a debita ſatiſfactione, & q̃ remedia.

ter lupos. Ideo Apoſtoli lupos tam viſibiles quàm inuiſibiles, tam tyrannos q̃ dæmones vicerunt. Quartum eſt propria immunditia, propter quam multi nobilem curiam intrare formidant. Sed hoc nos non terreat, quia Act. 11. Reptilia & animalia immunda in diſco Petri in cœlum rapiuntur. In hoc prælio fœminæ vt Agnes & Lucia & deſpecti, infirmi, & debiles vincere ſolent. Iudicū 7. Panis non triticeus, ſed ſubcineritius ſubuertit caſtra Madian, quia dominus dat viliſſimis & humilimis caſtra dæmonum ſuperare, quia quanto quis humilior, tanto Deo altior efficitur. Vnde Iudith 14. c. Quando mortuo Holoferne egreſſi ſunt filij Iſrael, dixerunt Aſſyrij. Egreſſi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt nos prouocare ad prælium, & tamē victi ſunt Aſſyrij. Sic nos qui ſumus parui mures murilegos dæmones virtute Chriſti, & virginis Mariæ expugnabimus, quam ſalutabimus, dicentes. Aue.

Humilitatis vis

B

Satisfactio. Sacerdos debet imponere pœnitentiam in pondere.

Secundo debet ſacerdos pęnitentiam imponere in pondere, quia ſecundū pondus & grauitatem peccati, debet pœnitentia ponderari. Neque enim æqua eſt ponderatio leuis pœnitentia, & grauis culpa. Prouerb. 11. Statera doloſa abominatio eſt apud Deum. Ideo labor ſatiſfactionis iniungendus eſt. propterea Pſ. 6. Laboraui in gemitu meo. i. in geminato luctu contritionis. ſ. & confeſſionis. Sed labor eſt in ſatisfactione qui neceſſarius eſt confitenti, quia peccatum totaliter calorem animæ extinguit, ſed ꝑ contritionem excitatus per ſatisfactionis laborem confortatur, quia ſicut dicunt medici. Si benè conſideraueris nihil calorem vehementius incendit, quā labor & motus. Sic calor vitalis animæ ſummè eſt neceſſarius animæ volenti curari, quia (ſicut dicit Auicenna) calor q eſt interius reſiſtit calori extrinſeco, intantum ꝙ venena calida nihil refrenar, aut expellit, aut eorum ſubſtantiam corrumpit, niſi calor innatus. Ideo in curatione veneni maximum eſt confortatio caloris innati. Sic in propoſito venena ex quibus anima inficitur, ſunt calida vt plurimum ex igne prauæ concupiſcentiæ procedentia. Sed amor Dei eſt quaſi calor innatus, quia Deum naturaliter debemus diligere: ergo deſtructio & illorum conſumptio non fit niſi per hunc calorem confortatiuum, quem labor ſatisfactionis maximè confortat. Iob 7. Noctes laborioſas enumeraui mihi. Hierony. ad Paulinum. Putridæ carnes ferro curantur & cauterijs, venena ſerpentina curantur antidoto, & quod ſatis dolet maiori dolore expellitur, & ſic dolor culpæ dolore pœnitentiæ expellendus eſt. Sagax tamen debet eſſe confeſſor ſicut canis venaticus, qui ſtatim feram, ideſt peccatorem ex aſpectu & conſiſtētia forinſeca deprehendat, & ex complexione conuictu, aut auditu, quibus generibus peccatorum implicitus ſit peccator præſagiat circunſpectè interrogando: qui quamuis ſedeat vt iudex, non tamen ſed debet exhibere peccatoribus vt præfectum & carnificem: cum pœna pœnitentialis ſit medicina vulnerati nō vulnera: vt ipſa pœnitentia ſit depoſitio onerum, ideſt iniquitatum quæ ſuper peccatorē ſunt ſicut onus graue. Vtinā attenderent nouū hominem in pęnitente nuper natum cui tam paruulo, & adhuc tam inualido tot onera imponere non formidant. Vix adhuc nato vt ſuper pedes incedere valenti præ teneritudine & infirmitate onera chamelorum & elephantorum imponere non formidant. Stabulum enim eſt prætoriū illud medicinalis curię cuius confeſſor ſtabularius eſt: cui Samaritanus ſuper infirmum iuſſit infundere vinum & oleum, vt ab altero vulnera mitiget, & ſanet ab altero: ab altero vero lætificet. Medicinalis. n. debet eſſe pœna pœnitentialis: & lęta debet eſſe ſuſceptio eius, ne crux portetur in angaria. Quod ſi quid mordacitatis & auſteritatis habere debeat, ipſe tamen confeſſor ſolam debet habere dulcedinem & affabilitatem. ſciens ꝙ miniſter eſt eius, qui eſt ſummè pius, miſericors, affabilis, & benignus. Et ideo tāquam eiuſdem conditionis miniſter in miſericordia, pietate, & benignitate debet eſſe ſuis ſimilibus miſericors, & quaſi in eis prodigus. Circa hoc duo quę-

C

Cōfeſſio. Sagax debet eſſe confeſſor in imponēdo pœnitētiā.

run-

D Satisfacere. Vtrum quis poſſit Deo ſatisfacere.

tuntur. Primò, quæritur vtrum quis poſſit Deo pro peccato ſatisfacere? Et videtur quod non, quia Hiere. 50. dicitur de anima peccatrice, vltionem capite de ea, ſicut fecit facite illi, non parcẽtes iaculis: quia domino peccauit: ergo ad pęnã talionis puniri debet: non igitur poteſt Deo ſatisfacere. Reſponſio. Dicitur primò ſecundum Duran. in 4 diſtin. 15 quod nullus poteſt Deo ſatisfacere de condigno pro quocunq; peccato, eo quod non eſt hõ minus debitor ratione peccati cõmiſſi, quã ratione beneficiorũ acceptorũ: ſed homo non poteſt reddere Deo æquiualens pro acceptis beneficijs. iuxta Philoſophum. 9. Ethicorum. Dijs parentibus & magiſtris æquiualens reddere non poſſumus. Ideo etiam non poteſt homo reddere Deo emendam æqualẽ ſecundum quantitatem offenſæ. Dicitur ſecundo, quod homo ex miſericordia Dei poteſt Deo ſatisfacere eo quod eam acceptat. Pſ. 17. Saluum me fecit quoniam voluit me. Vnde dicimus ei. Dimitte nobis debita noſtra. Luc. 7. Non habentibus vnde redderent donauit vtriſque. Et licèt omnia quę reddimus ſint ab ipſo, nihilominus ea acceptat vt meritoria, & ſatisfactoria quamuis non reddamus ei niſi quod ſuũ eſt. 2. Parali. 29. Quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Ideo dicitur tertiò, quod dẽt hõ facere quod in ſe eſt, de reddẽdo & ſatiſfaciendo, dicendo Deo. Patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Bonus equitator, equũ ſuum calcaribus vrget, pungit, & ſæpe cogit tranſire per loca quæ timet, & ſic timorem eius penitus amouet. Sic debet homo carnem ſuam affligere, vt aggredi magna & ardua non timeat. Sed quidam ſicut auiculæ motibus foliorum arborum terrentur: ad motum aliquantulæ infirmitatis vel pœnalitatis pœnitentiam timent aggredi. Mollis enim & effeminati eſt animi pro ſalute animæ ſuæ nõ poſſe aſpera pati. Si enim (vt inquit Poeta) vt corpus redimas ferrum patieris & ignes, quanto magis vt animam ſerues? Secundò quæritur utrum pro maiori culpa ſit ſemper imponenda maior pœnitentia? Reſpondetur primò, quòd culpa ſemper per pœnam reparatur. Prima enim infirmitas in quam cecidit homo fuit culpa: de hac in aliam quæ eſt pœna & ſæpe contingit quod quando quis de vna infirmitate in aliam cecidit, per ſecundam de prima conualeſcit, & ſecunda terminat primam. Sic non conualeſcit homo de culpa niſi per pœnalitatem. Pſ. 106. Adiuuit pauperem de inopia. Inde Chriſtus non culpam (quia non decebat) ſed pœnalitatem accepit: vt per pœnam nos liberaret a culpa & pœna. Nondum tamen nos liberauit a pęna, ſed reliquit eam vt eſſet medicina culpæ & quaſi infirmitas ſecunda, per quam terminaretur prima. Caput enim Goliæ proprio gladio abſcinditur Golias, culpa, gladius eius pęnalitas. Culpa quippè nos vulnerauit pœnalitate, & ſic pœnalitas culpæ gladius eſt, per quem liberamur a culpa. Et ne quis abhorreret hanc pœnæ medicinam: ipſe medicus Chriſtus prior bibit eam. Vnde Iacobo & Ioannni dixit dominus. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? quaſi dicat. Non poteritis donec prior bibam. Propter quod multi animati ſunt ad bibendum illum calicẽ: vt martyres, & poſtea monachi, & eremitæ, & multi probi viri in omni ſtatu. hunc autem calicem nullus bibit niſi volens. Nõ enim placent Deo coacta ſeruitia. Heſter. 1. Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Dicitur ſecundò ſecundum Durã. diſt. 20. 4. quod in confeſſione pœna taxatur propter duo. ſcilicet propter debitum ſoluẽdum, & ſecundò, propter remedium pręſtandum contra recidiuũ. Quantum ad primum ſemper pro maiori culpa maior eſt imponenda pęnitentia: quia cum pœna ſoluitur inæqualitas iniuſtitiæ commiſſæ per culpam reducitur ad æqualitatem iuſtitiæ per ſolutionem pœnæ. ſed maior inęqualitas iuſtitiæ cõmittitur per maiorem culpam: ergo non reducitur ad æqualitatem iuſtitiæ niſi per maiorem pœnam. Sed ſi conſideretur pœna prout præſtat remedium contra recidiuum & contra ſcandalum quod oritur in plebe, non ſemper imponenda eſt maior pœnitentia pro maiori culpa: ſed quandoque minor, quia tunc

E Satisfactio. Vtrum pro maiori culpa ſit ſemper maior imponẽda pœnitentia.

Calix tribulationis voluntariè eſt bibẽdus.

Pænitẽtia qũo ẽ iniũgenda a ſacerdote.

pęna præſtat remedium contra recidiuũ
& ſcandalum inquantum prohibet pro-
nitatem ad peccandũ. Vbi eſt ergo maior
pronitas ad peccandum, ibi requiritur
maius retractiuum: ſed in eo qui cõmit-
tit culpam minorem, qñque eſt maior
pronitas ad recidiuũ: ſicut in iuuene for-
nicante maior pronitas quàm in ſene: er-
go indiget maiori pęna ipſum retra-
hente quàm ſenex: licet minus peccet,
quia maius incentiuũ habet. Eadẽ ratio
eſt de ſcandalo, quia minus peccatũ quã-
doque eſt magis ſcandaloſum, & magis
trahitur in exemplũ in perſona quæ de-
beret eſſe maioris ædificationis: ſicut in
ſacerdote, quamuis ſit maius peccatum
in priuata perſona, & præcipuè cum non
eſt in cõmunitate quam frequentat tan-
ta pronitas ad hoc peccatum. Et inde
eſt ꝙ Canones quandoq; imponũt maio
rem pęnam pro minori culpa & ecõuer-
ſo. ſicut laico imponitur pęnitentia ſe-
ptẽnis pro homicidio, ſacerdoti vero im-
ponitur pęnitentia decennis pro forni-
catione, licèt homicidium ſit maius for-
nicatione. Secundo debet ſacerdos pon-
derare amorem & zelum Dei quem ha-
bet ad peccatores, & porportionabiliter
zelare ſalutẽ animarum quas audit debi-
tè conſulere & confortare. Nec.n.maius
ſacrificiũ poteſt offerre Deo, nec magis
mereri apud Deũ, quàm tale opus exer-
cendo. Debet etiam ita diſcretè pœni-
tentiã iniungere, ꝙ nihil inde poſſit ap-
parere de cõfeſſionis ſecreto. Talis.n.de-
bet eſſe pęnitentia, vt erga Deũ & proxi
mum peccatum ne uideatur tegat. Vn-

A

Pænitẽtia.

Pænitẽtia ita in iũgatur, vt per eã peccatũ nullo mõ detegatur.

de ſicut in iudicio ſeculari tria ſolẽt fie-
ri in iudicando reum, ſic in foro peniten
tiali ad iudicandum peccatorẽ. Primum
eſt ꝙ delictum in curia publicatur. Sic in
foro pęnitentiali ſecretò per confeſſio-
nem. Pſal.36. Os iuſti meditabitur ſa-
pientiam. Sapientiam meditatur qui cõ-
teritur, & proponit confiteri. Latro.n.ſa-
pienter furtum deponit, & a ſe expellit
antequam iudex eum capiat in poſſeſſio-
ne furti. Pſal.64. Præoccupemus faciem
eius in confeſſione. Sed in confeſſione
lingua eius loquitur iudiciũ. Mat.1. Iu-
das.i. confeſſio genuit Phares.i.diuiſio-
nem & diſtinctionem peccatorum & cir
cunſtantiarum in confeſſione, & Zarã.i.
orientem, quia per confeſſionem pecca-
tor oritur Deo, de Thamar.i.de amaritu
dine cordis. Secundum eſt pro reatu pu-
blicꝙ reus punitur. Sic pro occulto per
pęnitentiæ executionem. Pſal.105. Bea-
ti qui faciunt iudicium & iuſtitiam in
omni tempore. Iudicium in confeſſione,
iuſtitiam in ſatisfactionis opere. Et verè
beati, quia per hoc euadunt pęnas æter-
nas, quia qui hic ſe competenter punit,
non punietur in futuro. In foro.n.ſecula
ri qui mutilatur, communiter non ſu-
ſpenditur. 1.Cor.11. Si noſmetipſos iudi
caremus, non utiq; iudicaremur. Et be-
ne dixit omni tempore, quia licèt de ma
leſactoribus non fiat vindicta in diebus
feſtis, tamen de peccatis omni hora, om-
ni ſtatu, omni tempore vindicta ſumen-
da eſt. Pſal.50. Peccatum meum contra
me eſt ſemper.i.ſemper mihi aduerſatur
deducendo ad nihilum. Pſal.14. Ad nihi
lum deductus eſt in conſpectu eius mali-
gnus. Et tamen vix homo cognoſcit ſe
ſic eſſe depauperatum & annihilatũ per
peccatum. Pſal.72. Ad nihilum redactus
ſum, & neſciui. Et hoc ideo, quia pecca-
tum inducit cæcitatem mentis, ſicut la-
trones ingredientes domum alicuius di-
uitis, ipſius oculos, vel inuoluunt, vel in
tenebras ponunt, ne videat quod ſibi au-
feratur. Vel ſi cognoſcat peccatũ ſuum,
tamen ponit ad dorſum ſuum, vt non vi
deat. Vnde Aug. in homil. Peto domine
vt tu ignoſcas, quia ego agnoſco, & deli-
ctum meum coram me eſt ſemper. non
poſui poſt dorſum quod feci, nõ intueor
alios oblitus mei, non affecto ſtipulã eij-
cere de oculo fratris mei, cum ſit trabs
in oculo meo. Peccatum meum ante me
eſt, non poſt me. Fuit.n. poſt Dauid, qñ
ad eum miſſus eſt propheta, qui de oue
pauperis ſimilitudinẽ propoſuit. Pecca-
tum.n.eius nondum erat coram eo, ſed
poſt dorſum erat. Propheta aũt ad hoc
miſſus abſtulit a dorſo peccatũ, & ante
oculos poſuit, vt videret ſententiã tam
ſeuerã ab ipſo Dauid ẽt in ſe eſſe prola-
tã, & ſic ad ſanandum & ſecandũ vulnus
cordis eius ferramentum fecit Deus de

B

Peccatũ. Qũo hõ per peccatũ depauperatur, & tamẽ hoc ignorat.

lin-

lingua eius. Hæc Aug. Tertium eſt, ꝙ ſæpe reus forbanizatur. In reo aũt peccati oportet ſemper, ꝙ peccatum forbanizetur ab eo. Io. 8. Vade & iam amplius noli peccare. Iſtud eſt fætidus hircus, qui eijciebatur extra caſtra in deſerto. Vnde cum forbanizatus redit, reus eſt mortis, & ſibi deterius eſt quàm ante. Sic qui ad peccatum poſt pęnitentiam & confeſſionem reuertitur. Ideo vel forbanizandũ eſt peccatum, vel totaliter mucrone pęnitentiæ occidendum pro quacunq; hora.

C Satisfactio. Vtrũ pœniteti in articulo mortis dẽat iniungi pœnitentia.

Sed quæritur circa hoc vtrum pęnitenti in articulo mortis debeat ſacerdos aliquam ſatisfactionem iniungere? Et vr̃ ꝙ ſic, quia ſatisfactio maxima medicina eſt animæ. Iuxta illud Mat. 12. Extendit manum ſuam. ſ. ad opera ſatisfactionis, & reſtituta eſt ſanitati. maximè aũt debet dari medicina cũ maximè opus eſt ſanitate, igitur. Reſponſio. Dr̃ primò, ꝙ non eſt ei danda, quia non eſt in ſtatu in quo poſſit pęnitentiã facere exteriorem, ſed interiorem tantum. Debet tamen ſibi ſacerdos pęnam peccato debitam manifeſtare dicendo. Si eſſes ſanus, tantam deberes pęnitentiam facere. Et debet illa intimatio fieri per modum cuiuſdam conſolationis, reducendo ſibi ad memoriam magnitudinem diuinæ miſericordiæ remittentis peccata per ſolam pęnitentiam interiorem, quamuis homo nõ poſſit exteriorem facere. Talis enim pęnæ manifeſtatio excludit deſperationẽ, & promouet pęnitentiam interiorem. Huic concordat quod dicitur. 26. q. 7. & recitat magiſter diſt. 24. Ab infirmis in periculo mortis poſitis, primò inquirenda eſt confesſio peccatorum, non tamen imponenda eſt illis pęnitentia ſed innoteſcenda. Dicitur ſecundò ꝙ monendi ſunt, vt quantum poſſunt mentem ſuam eleuent ad Deum, orando ipſum, & petendo miſericordiam. Iuxta illud. Pſal. 41. Apud me oratio Deo vitæ meæ, ideſt intra me erit oratio ad Deum pro vita animæ meæ. Similiter ꝙ per pauperum eleemoſynas & eorum preces adiuuentur, quando ſeipſos corporaliter adiuuare non poſſunt.

Sermo 31. de pœnitentia, & de ſatiſfactione 6.

D Dies. De triduo creationis mũdi cõparato triduo pœnitẽtiæ.

HVic triduę ſolitudini correſpondere videtur in ſcripturis triduum creationis mundi. Prima dies quando creata eſt lux, deſignat cõtritionem, per quã menti infunditur lux gratię, & aperitur feneſtra in arca cordis, vt intret lumen .i. tollatur obſtaculum conſenſus in peccatum per eius deteſtationem. Secunda dies, quando factum eſt firmamentum, & diuiſę ſunt aquę ab aquis, ſignificat confeſſionem in qua confitens retractat opera ſua, & diſcernit mala a bonis. Tertia dies, quando protulit terra herbam virentem, & lignum pomiferum, ſignificat diuerſa opera ſatisfactionis. Et hoc triduum correſpondet triduo Abraę, quando tertia die venit ad ſacrificij locum. Gen. 22. Similiter triduo Eſaię, qñ iuit per tres dies nudus & diſcalciatus plangendo peccata populi. Eſa. 20. Vnde 1. Regum 11. Saul conſtituit populum in tres partes. Sic debet facere pœnitens cor, ſcilicet ordinans ad contritionem os, & labra ad confeſſionem, manus ad ſatisfactionem. Apoſtema enim peccati quod eſt in corde pungit contritio, ſaniem exprimit confeſſio, & expellit: cataplaſma apponit ſatisfactio. In primò eſt dolor, in ſecundo pudor, ſeu fętor, in tertio labor. Dolore retrahuntur delicati a delicijs, fætore hypocritæ & ſuperbi ab eorum malitijs, labore torpentes & pigri ab otijs. De quibus dicitur. Pſalm. 13. Contritio & infęlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Via pacis pœnitentia eſt, per quam inter ſeruum & dominum pax reformatur.

E Contritio. Q̃uo contritio cõtritione curatur.

Contritio .n. cõtritionẽ conterit, ſicut ardor ardorẽ ſanat & deſtruit: vt patet in digito aliqualiter combuſto, qui ſi apponatur maiori igni, inde leuius ſe habet digitus cõbuſtus, & calor calorẽ educit. Contritio .n. habita de peccatis, deſtruit miſeram cõtritionẽ, q̃ bona deſtruxit. Sed infęlicitate & miſeria plenus eſt peccator vſq; ad os. Iuxta illud Prou. 14. Miſeros facit populos peccatum.

catum. Ideo miſer, qui miſeriam illam confeſſionem non euomit. Via autem pacis inter Deum & hominem eſt fędus initum, in quo propter forefactum tenetur peccator aliquid de ſuo dare Regi: ſicut ſolet fieri inter Principes ſeculi, quando pacis fœdus initur: & hoc eſt ſatisfactio. Vt ergo pacem cum Deo deſideratam habeamus, ad illam quæ viam pacis fecit, dum venit in mundum, orationem conuertamus dicentes. Aue.

A Satisfactio. Sacerdos in mẽſura debet iniungere pœnitentiam.

Quia in præcedentibus ſermonibus dictum eſt quomodo ſacerdos debet pęnitentiam iniungere iuxta numerum peccatorum, & miſericordiæ Dei. Deinde quomodo ponderare habet grauitatem peccatorum, & circunſtantiam eorum. Nunc dicendum eſt qualiter in menſura iniungere habet pęnitentiam illam. Menſura autem ſecundum duo debet attendi. Primò, ſecũdum diſcretionem ſacerdotis. Secundò, ſecundum capacitatem pœnitentis. Primò, igitur debet eſſe ſacerdos cautus & diſcretus in pęnitentijs iniungendis, ne ſe menſuret ad longas vlnas, ſubditos ad breues: & ſic duplicem menſuram habeat. vnam pro ſe, & aliam pro ſubditis. & dicatur ei illud Mat. 23. Alligãt onera grauia & importabilia, digito autem ſuo nolunt ea mouere. Et illud Luc 11. Væ vobis legiſperitis, qui oneratis homines oneribus quæ portare non poſſunt: & ipſi vno digito non tangitis ſarcinas. Propterea non iniungat pęnitentiam grauem, quia nunquam legitur dominus graue iniunxiſſe, ſed bene deteſtationem peccati, & alleuiationem ab eo dicens. Vade & iã amplius noli peccare. Vnde Exodi 22. Non vrgebis fratrem tuum vſuris, ideſt non plus iniunges quàm poſſit ſuſtinere, ne forte contingat iniungenti illud Luc. 12. Dũ moram facit dominus percutit ſeruos & ancillas i. infirmorũ conſcientias nimia auſteritate lædendo. Micheæ 2. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum. i. de domo gratiæ in qua delicioſe viuebant, mulieres. i. infirmos. Legitur in vitis patrum, ꝙ quidam de ſeculo veniens ad eremũ, pro concubina quam in ſeculo reliquerat nimium tentabatur, & cum confiteretur patribus maiora onera operandi, cum eſſet operarius ei imponebant, quæ libenter faciebat: ita ꝙ pro diuerſis oneribus pęnitentiæ ita debilitatus fuit ꝙ ſurgere non ualebat. Quidam autem frater peregrinus veniẽs ad cellam eius, inuenit eum infirmũ: & recumbẽs, quærit & audit cauſas infirmitatis ſuæ: & ꝙ cum magis contra tentationem ſe affligeret, magis ſtimulus creſceret. Cui peregrinus. Reijce hæc onera abs te, & cibum ſumè moderatum tempore ſuo vſque quo recolligas vires tuas, & fac aliquantulum operis Dei, & iacta cogitatum tuum in domino, quoniam tuis laboribus non poteris hanc impugnationem ſuperare. Corpus enim noſtrum eſt ſicut veſtimentum, quod ſi diligenter tractaueris ſtabit, ſi autem neglexeris, putreſcet. Quod ille faciens, paucis poſt diebus liberatus eſt. Vnde Petrus Cantor. Sicut ſi faſcem ſuper humeros adoleſcentis quem non poteſt baiulare poſueris, neceſſe habet vt aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringatur: ſic & homo cui graue pondus pęnitentiæ imponis, aut pęnitentiam reijciet, vel ſuſcipiens dum ſufficere non poteſt, ſcandalizatus amplius peccat. Hæc Petrus. Et ideo diſcretio in ſacerdote ſummopere quærenda eſt. Eſt enim non tantum virtus ſed auriga virtutum. Præcedere ergò debet iudicium diſcretio, ſicut auriga, bigam. Sicut & in proceſſione propè cereũ fertur crux, quia crux pœnitentię debet ſequi, vel eſſe cum lumine diſcretionis. Quis enim aliquando ſine diſcretione tam magnam alteri iniungit pęnitentiã, ꝙ eum ab omni bono propóſito excutit? Solet enim tempore veris contingere, ꝙ ſtultus hortulanus volens deponere brucos & locuſtas a plantis ſuis, tanto impetu & violentia ramos excutit, quòd flores & fructus pro locuſtis eijcit. Sic aliquando motus vitiorum vult aliquis ſine diſcretione excutere per pęnitentiam nimiam, adeo ꝙ bona naturæ & gratiæ perdit, ut poſſit dicere illud. Pſal: 108. Excuſſus ſum ſicut locuſta Et ratio eſt,

B Pœnitentia. Sacerdos grãdem non imponat pœnitẽtiã.

Diſcretio neceſſaria eſt ſacerdoti peccata audiẽtis.

eſt, quia genua mea infirmata ſunt a ieiunio. Secundò debet eſſe ſacerdos ſic diſcretus ut ſecundum varietatem peccatorum imponat varietatem pœnitentiarum. Deut.25. Pro menſura delicti, erit & plagarum modus. Non enim omnibus eadem conueniunt, nec omnibus danda eſt vna reſponſio. Sæpe quod vni nocuit, alteri profuit. In infirmitate cõſimili alia medicina datur calido, alia frigido, alia nobili, alia ruſtico. Non ſanat oculum quod ſanat calcaneum, & quod natura dat pro vita ſerpenti, hoc propinat pro morte homini. Sunt tamen aliqui qui quaſi imperiti medici vno vnguento vel collyrio omniũ oculos volunt ſanare, cum ad varietatem morborum, varietas requiratur medicinarum. Quidam enim ruſticus habens malum in oculo ſuo, quæſiuit a vicino ſuo quomodo ſanaretur, qui ait ꝙ cepe calidum ſemel appoſuit ad conſimilem morbum in pede, & ſanatus eſt, & ita conſuluit ꝙ cepe calidum in oculo ſuo apponeret. Quo facto in craſtino inuenit oculum ſuum pœnitus extinctum. Et ſi quæratur. Nonne ſi pœnitentiam faciam ex propria voluntate, quid ad hoc indigeo ſacerdote imponente? Reſponſio. Dicitur ꝙ ſacrificium iuſtitiæ non debet offerri motu proprio, ſed ex auctoritate iudicis & iudicialis ſententiæ, videlicet ſecundum iudicium & arbitriũ ſacerdotis. Propter quod in veteri lege de hoſtia pro peccato nihil habebat offerens, ſed vnam partem habebat ſacerdos, reſiduum Deo offerebatur. Et hoc rationabiliter, quia (ſecundum Philoſo. libro de problematibus) fætida comedentibus videtur os tætere. ergo qui comederit fætidum, non poterit inter fætidum & non fœtidum iudicare. Sic peccator qui in fœtidis delectatur, bene iudicare de fœtido peccato non poterit. Præterea (vt ait Seneca) perit omne iudicium, cum res tranſierit in affectum. Obſcurat enim affectio nimia oculum rationis, ne quod verum eſt videat, nec ſinit ea conſiderare quæ illi affectioni obuiant, aut contraria ſunt. Vnuſquiſque autem maximè ad ſe afficitur. Et ſecundum Apoſtolum Ephe.5. Nemo carnem ſuam vnquam odio habuit. Et ſic vt plurimum in iudicio ſuo cæcus eſſet: & ſibi nimium indulgens, peccatum ſuũ condigna punitione non mulctaret. Cõtra illud Deut.25. Secundum menſurã delicti, erit & plagarum .i. pœnitentiæ modus. Et illud Apoc.18. Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Vnde Leuit.27. Sacerdos numerum annorum vſque ad iubileum ſupputabit, quia eius arbitrio pœnitentia, tempora pœnitentiæ, & modus diffinientur. Mali enim peccata ſua, vel ignorant eſſe peccata, vel minora quàm ſint exiſtimant. Vnde neceſſe eſt, vt a ſacerdotibus proprio põdere ponderentur. Nulla.n. iuſtitia exigit vt qui alium læſit ſatisfaciat ad voluntatem lædentis ſed læſi. Ideo cum peccauit quis, non pro ſua voluntate, ſed eius qui læſus eſt .ſ. Dei, vel procuratoris eius, qui eſt ſacerdos, ſatisfaciat: Sed circa hoc quæritur ſuppoſito, quòd ſacerdos diſcretè taxat pœnitentiam, vtrum faciens eam ſit a pœna totaliter liberatus? Reſpondetur primò, ꝙ qui ſe obligat ad pœnitentiam faciendam, & eam ſuſcipit, tenetur eam facere. Vnde Ioan.20. Quorum retinueritis retenta ſunt. Pœna enim peccati aliquid eſt peccati, cum ad illud neceſſariò ſequatur. Cum ergo ſacerdos retinet pœnam dimittendo peccatum, ſequitur ꝙ retinetur ei iudicio cœli. Recitat Alphonſus Regem quendam dediſſe clerico ſuo pro munere vnum denarium pro qualibet macula alicuius maculoſi ingredientis vrbem. Ingreſſus eſt quidam monoculus, a quo cum quæreretur denarius & noluiſſet ſoluere, inuentus eſt mancus, & ſic quæſiti ſunt duo denarij. Deinde cum litigaret & haberet capellũ ſuper dorſum, inuẽtus eſt habere gibbũ in dorſo: deinde iterũ cũ tergiuerſaret, & cecidiſſet birrum de capite, inuentus eſt tignoſus. Qui propterea ꝙ noluit primo ſoluere, inuẽtus eſt multa debens, & incarceratus tandem ſoluit vlera requiſitum. Sic qui non vult hic ſoluere denarium pœnitentiæ ad arbitrium

trium

Satisfactiones ſunt dandæ ſecundũ qualitates peccatorum.

C *Pœnitentia. Si pœnitens ſpõte faciat pœnitentiã quid indiget ſacerdote imponẽte eã.*

D *Pœnitentia. Si ſacerdos diſcretè taxet pœnitentiam an faciẽs eã ſit totaliter a pœna liberatus.*

trium Petri, vel eius Vicarij, clauſa ei ianua Regni, in infernum detrudetur. Secundò, dicitur cum Duran. diſt. 20. 4. ꝙ ſi pęna impoſita a ſacerdote non ſit cōdigna pro ſolutione pęnæ debite culpæ, tunc exoluens talem non eſt totaliter liberatus, ſed faciet reſiduum in purgatorio, quia error ſacerdotis, ſeu qualiſcunque indiſpoſitio pęnitentis non debet mutare iuſtitiam diuinam quo ad punitionem peccatoris. Sed ꝙ imponatur pęna non condigna culpæ prouenit, vel ex errore ſacerdotis neſcientis ponderare quantitatem culpæ: vel ſaltem ex eius neſcientia, quia non poteſt eam perfectè cognoſcere, nec contritionem pęnitentis, vel dato ꝙ ſciat, ex induſtria imponit minorem propter conditionem pœnitētis, qui fortè magnitudine pœnæ poſſet a pœnitentia agenda impediri propter debilitatem corporis, vel infirmitatem mentis: & ideo eligit minus damnum, vt maius euitet. ergo propter hoc non debet impediri iuſtitia diuina quin peccator puniatur pœna condigna peccato. Quod eſt intelligendum de pœna, quæ ſoluitur per modum debiti, non autem de illa quæ imponitur ad remedium recidiui, quia in purgatorio ſolum exigitur pęna ad ſoluendum debitum & nō ad præſeruandum recidiuum: cum non maneat vlterius locus, aut tempus peccandi. Si autem pœnitentia iniuncta totaliter omittatur, vel in parte, ſi fiat de voluntate, & auctoritate imponentis pęnitentiam vel impotentia faciendi eam, vel ex alia iuſta cauſa & neceſſaria: tunc omittens eam facere non peccat, faciet tamen eam poſtea in præſenti ſeculo, vel in purgatorio. Si autem omittat eam facere ex ſola voluntate ſua temeraria, non ſolum faciet eam poſtea hic, vel in purgatorio, ſed peccat mortaliter, quia in foro contentioſo non obediens ſentētiæ iudicis reputatur & punitur tanquā contumax: multo magis in foro pœnitētiæ in quo agitur cauſa ſalutis hominis, ſi recipiens pœnitentiam ſibi iniunctam pro ſatisfactione peccatorum cōtemnat eam facere ſola temeritate ductus: debet reputari contumax & contemptor eccleſiaſtici ſacramenti, quod non poteſt eſſe ſine mortali. Dicitur tertiò, ꝙ ſacerdos debet benignè & dulciter tractare pœnitentem. Chriſtus enim dicitur amicū peccatorum, & publicanorū. Mat. 11. Inde & traditori dixit. Amice ad q̄d veniſti? Ideo melius ē ei (ſicut dicit Doctor ſubtilis) dare pœnitentiam leuiorem, quam grauiorem: quia melius eſt eum mittere in purgatorium quàm in infernum, ꝙ ſi dederit ei nimium grauem, debet ab eo tollere ſi requirat. Si autem nolit tollere, debet alteri confiteri, & alium petere qui habeat illam moderari. Sicut tibia fracta per prauū medicum fit torta, & per bonum medicum iterum frangitur, & bene ſanando facit eam rectam. Dicitur quarto, ꝙ ſacerdos nihilominus ſi perpendat pœnitentem eſſe conſuetudinarium & facile recidiuare, non debet ei ita facilem dare pœnitentiam, vt ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat. Quod enim facile ſanatur, non multum cauetur. Exemplum in his qui portant theriacam ad vendendum. Habent enim in pixide ſerpētem, quem (quia certi ſunt de remedio) ad ſe mordendum prouocant, nec expectāt ꝙ ſerpens proprio motu mordeat. Sic multi ſunt quibus dum cito peccata dimittuntur, non horrent inde peccare. Habent enim ſerpētem .i. ſenſualitatem in ſinu. quam Aug. 13. de trini. ſerpēti comparat: illi. ſ. qui primos parentes tentauit, cuius morſus eſt infectio totius hominis: nec expectant ſępe tentationē, ſed præueniunt, quaſi excitantes hunc ſerpentem ad mordendum ſe propter præſumptionem celeris remedij. quia ſecundum Ambroſium facilitas veniæ ꝑbet incentiuum delinquendi. Propterea qui ſunt Romæ, & prope loca in quibus habentur magnæ indulgentiæ, & vbi ſunt magnæ peregrinationes, quia prope ſe remedium habent, cōmuniter ſunt peſſimi. Tertiò conſiderare debet ſacerdos perſonam quam audit, vt conſiderata qualitate, & conditione perſonæ diſcrete corrigat & pœnitentiam iniūgat. Eſt enim coquus domini qui debet moderatè verbum ſuum ſale diſcretionis ſalire,

E
Pœnitentia.
Sacerdos dulciter & benignè tractare debet pœnitentem.

Pœnitētia parua etiā in nōnullis eſt dānoſa.

A
Cōfeſſio.
Cōfeſſor eſt coquus domini.

lire,quia ſi inſulſum miniſtrat, imperitũ ſe coquum probat. Si minus ſimiliter, aut etiam ſi magis. Sic niſi modeſtiã habeat cum peccatore: nõ guſtat dominus opera ſua,nec ſunt ei accepta. Iob 6.c. An poterit inſulſum comedi, quod non eſt ſale conditum? Debet enim ira ſal apponere diſcretè arguendo: vt ita tangat vitia,ꝙ non perſonam. Vnde Apoſtolus Col.4.Omnis ſermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt pro tẽpore & perſonæ qualitate loquantur.

Sal dicũtur ſacerdotes.

Vnde dictum eſt Apoſtolis. Vos eſtis ſal terræ. Non etiam nimis ſalis apponant, ne alligent onera grauia,ſed quanto dulcior eſt cibus plus exigitur ſalis,vt in cõſcientijs dulcibus quæ maiori voluntate pęnitentiam ſuſcipiunt. Piſces enim marini plus requirunt ſalis,quàm aquæ dulcis,quia dulciores ſunt & firmiores. Sic perſonæ deuotę ſũt capaciores ad maiorem diſciplinam ſuſcipiendam. Sed ſunt multi qui, vel auaritia moti, vel timore perterriti, aliter perſonas menſurant, quia magnos viros,vt aduocatos & dominos ad longas vlnas menſurant.

B Pœnitẽtia. Multi, vel propter timorem, vel auaritiã non iniũgũt pœnitentiã ſicut debent.

Vel quia timent eos, vel aliquid ſperant ab eis. Ruſticos verò, & idiotas liberè pungunt. Regnardus enim ſemel audiebat confeſſionem lupi,& audiens ipſum multas oues comediſſe,ſperans ab eo aliquid accipere, dedit ei in pęnitentia dicere vnum Pater noſter. Audiens autem leonem & timens eum ſimiliter fecit. Audiens vero aſinum, multum bene caſtigauit eum. Sic ſimplices onerant,homines vero ſeculi multum oneratos peccatis facile abſoluunt,a quibus timent,vel ſperant aliquid habere.

C Satiſfactio. Qũo debet iniũgi pœnitẽtia cõtra recidiuum.

Quartò, conſiderata perſona,maximè debet ſacerdos parare medicinam contra recidiuum. Primò, vt fugiat pęnitens occaſiones peccandi, vt ſi quis fornicatus fuerit,aut ſe ingurgitauerit, ſaltem aliquo tempore euitet ſocietates cum quibus ſolitus eſt peccare,quia ſecundum præceptum Ioſuæ 5.Si circũciſus es a peccato per confeſſionem,maneas in eodem loco caſtrorum,donec perfectè ſaneris. Quod fiet ſi panem doloris & pœnitentię cum ſilentio extra ſtrepitum manducaueris, ſubtrahendo te a ſpectaculis,conſortijs, & perſonis quę ſunt occaſio peccandi. Similiter quoties occurret tentatio, vel peccandi periculum, aut prius faciat ſignum crucis, vel memoretur paſſionis Chriſti,vel eleuans oculos ad Deum petat auxilium, vel ꝙ prius dicat vnum Aue Maria, vel ꝙ ſuę mortis memoretur,vel ſi acriter tẽtetur de luxuria quã ſe dicit non poſſe vitare, ꝙ ſe pungat vrticis vel ſentibus,ſicut fecit beatus Benedictus.

Tẽtationis remedia.

Et tunc credendum eſt dominũ ei propitiari & facere prouentum in tentatione. Ecc.11. Malitia vnius horę facit obliuionem luxurię maximę:& ita multis alijs modis prudens ſacerdos & animę medicus futuro peccati morbo poterit obuiare. Hierony. Profeſſis pœnitẽtiam periculoſa eſt pręteritarum voluptatum recordatio. Caro enim tenerrime nutrita ad pręteritas illecebras aſpirat,ſpiritumque eductum de Sodomis.i. de peccatis retro aſpicere, etiam in Aegyptum & ad alia, & pepones Pharaonis hortando redire compellit. Quod ne fiat abſcondas cum Rachele idola Labã ſub fimo.i.ſub ſtramentis pœnitentię. Et non ſolum peccata, ſed etiã memoriam,vt cum Iacob omnia philateria idolorum fractorum ſub therebynto cõfodias.i.omnem circunſtantiam & occaſionem peccati per memoriam crucis dominicę teipſum mactando ſepelias: ne occaſione aliqua recidiuum patiaris pp hoc ſepelias Aegyptium ſub ſabulo .i. peccatum ſub ſabulo mortis. Cum Moyſe vitulum conflatilem in minutiſſimũ puluerem redigas.ſ.mortis:ne memoria eius refricet. Hęc Hiero.

D Satiſfactio. Vtrũ Canones in pœnitentia iniũgẽda ſint imitãdi.

Sed dices quõ ſatiſfaciam ego, cum ſecundum Canones vnum peccatum mortale requirat ſeptem annos pœnitentię quam nõ poſſem niſi in purgatorio complere quod valde terribile eſt. Vtrum ergo Canones in iniungenda pœnitentia ſint imitandi? Dicitur primò ſecundum Petrũ Cantorem,ꝙ ſicut Imperator cũ primò legem promulgat,vt populus in obſeruatione cautior ſit, tranſgreſſoribus legis diſtrictiorem pœnam infligit: ſic Imperator cœli & terrę in prima legis ſuę pro-

promulgatione voluit tranſgreſſores ſuę legis grauius puniri, vt ſic ſolertiores eſſent ad cauendum tranſgresſiones præcepti. Inde in præſentia Petri Ananias cum Saphyra morte percuſſus eſt, quia partem poſſesſionis retinuit, vt ſic alij timerent, & a ſimili peccato cauerent. Propterea in primitiua eccleſia tantus & tam diſtrictus rigor in iniungendis pęnitentijs obſeruabatur. Sed multiplicata eccleſia Dei inualuerunt morbi peccatorum. Et quia numerus quodammodo cedit in defenſionem: oportuit remitti de pęnæ diſtrictione: ne pęnitentiæ diſtrictio potius eſſet in offenſam quam in medicinam. Propterea remittendũ fuit de pęnitentia, vt reuocarentur per indulgentiam, qui reuocari non poterant per rigorem. Ideo etiam quia olim natura humana robuſtior erat ad ferendum pęnitentiæ onera quàm modo, & corpore & anima: ſicut naturalis phyſicus potiones antiquitus excogitatas qñ hõ robuſtioris erat naturæ: modo temperat propter infirmitatem imbecillitatis humanæ. Hæc Petrus Cantor. In anima ẽt erant tunc homines robuſtiores, quia tunc deuotio magis feruebat propter recentem ſanguinis Chriſti effuſionem. Nunc frigeſcente charitate tabeſcit deuotio. Vnde Guil. Pari. Canonicæ iniunctiones magis ſunt pęnæ ad correctionẽ peccantium ſtatutæ quàm ſacramentales ſatisfactiones. Nec tamen dubitandum eſt confeſſores aliquando ſequi debere ſacros Canones, ſecundum ꝙ fragilitati noſtrorum temporum & qualitati pęnitentium congruit. Nam nunc multiplicem rupturam & lacerationem rete Petri patitur, quod præ magnitudine concluſorum piſcium valde modicum hodie habet integrum vel illęſum, hæc Guil. Dicitur ſecundo ꝙ facile eſt illam pœnitentiam, etiam ſi ſeptem annorum fuerit, adimplere. Nam ſit homo aliquis qui habeat in meſſe colligere mille modios bladi, quos in competenti tempore ſolus metere non poteſt, non reſtat niſi ꝙ ponat operarios in meſſem ſuam, & ſic per multitudinem operariorum poſſet complere meſſem citius, quàm ille qui ſolum habet duos modios colligere quos per ſe vult metere. Hæc meſſis eſt multitudo hominum colligenda, quos quilibet debet colligere & congregare in horreum domini. Et ſic faciendo ponet eos in opere ſuæ ſatisfactionis, quia omnia bona opera ipſorum ſua reputabuntur. Et ſic quãdo ꝑ ſe omnino facere non poteſt, debet ponere operarios in meſſem ſuam. Et ſic quos exhortatione ſua trahet ad bonum ponet in meſſem ſuam. Hoc patet alio exemplo. Si dicerem alicui: interfice talem, & vindica te de ipſo. Si illum inſtinctu meo interficeret, & nihil aliud facerem, nec manum apponerem, tamen eſſem irregularis, & mihi imputaretur. Et cum Deus ſit pronior ad miſerendum, quàm ad puniendum: multo fortius bonum quod in alio procuro verbo, exemplo, vel facto, meum erit. Ideo dicit Greg. Fratres quantum poteſtis a prauitate proximos reuocate, ad bene operandum alios trahite, in via Dei ſocios habere deſiderate. Si quis veſtrum ad forum aut aliud quicquam operandum pergit, proximum quem otioſum eſſe conſiderat, vt ſecum ueniat inuitat. Et ſi ad Deum tenditis, agite ne ad eum ſoli veniatis. Idem Greg. Fortaſſe quis vt indigenti eleemoſynam tribuat, panem nõ habet: ſed maius quod tribuere valeat linguam habet. Iaco. vlt. Qui conuerti fecerit aliquem ab errore vitæ ſuæ: ſaluabit animã eius a morte, & operit multitudinem peccatorũ. Gloſ. Si magni meriti eſt carnem a morte eripere quandoq; morituram: quanti meriti eſt liberare animã in cœleſti patria ſine fine manſuram? Quod ſi non poterit peccatorem reuocare a malo ſuo, debet ad Deum in oratione recurrere & dicere. Domine Deus feci quod potui, nihil amplius poſſum facere, tuum eſt negotium, ſubueni creaturæ tuæ. Et ſic multoties accidit ꝙ feruida oratione impetratur gratia peccatori, quod exhortatione non poterat, vt patuit in beato Stephano, qui quando lapidabatur, pro lapidantibus orauit: inter quos erat Paulus, & vt creditur Auguſtino illa oratione gratiam Paulo impetra-

E Satisfactio. Quõ facile eſt illã Canonicã pœnitẽtiã: & ſeptẽ annorũ adimplere.

Correctio fraterna quantũ valeat.

petrauit. Sed dicet quis ſacerdoti pęnitentiam iniungenti, ꝙ ſi alios ad bonum trahat, occurrent ſibi ſi hæc fecerit, detractores deriſores cum gladijs linguæ intoxicatis dicentes. Iſte eſt vnus nouus prædicator papelardus, & tertius e cęlo cecidit Cato. Dicitur primò ꝙ tales ſunt lupi comedentes carnes crudas ouium Chriſti, de quibus Mat. 10. Ego mitto vos ſicut oues inter lupos. Sunt etiam canes rabidi. Eccl. 16. Sagitta infixa fæmori canis, ſic verbum in ore ſtulti. Aliquando enim tantum latrat contra oues Chriſti, quòd redire eas facit ad gregem diaboli. Sunt etiam feræ, (immo feris crudeliores) quia nec leo leonē, nec vrſus vrſum deuorat: ſed iſti deuorant homines, & quod deterius eſt, ſuos fratres & patres ſpirituales. Tales ſunt inferno peiores, quia non ſolum malos ſed bonos deuorant, immo peſſimi homicidæ interficientes vno ictu tres animas ſuis detractionibus, ſcilicet ſeipſos, audientem, & illum de quo detrahunt. Bernardus. Gladius triceps lingua detractoris. Item proijciunt ſagittas intoxicatas quibus vulnerant uſque ad intima cordis, ſcilicet opprobria & conuitia. Pſal. 63. Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum, &c. Talis lingua dicitur gladius, quando percutit de prope ſiue apertè, & ſagitta quando in abſcentia & occultè & quaſi a longe. Dicitur ſecundò, ꝙ quantumcumq; iſti lupi parati ſint ad mordendum, ſiue ſicut canes ad latrandum, tamen nunquā mordere poſſunt aut nocere ei, qui eſt in hac via, niſi exeat viam charitatis. Sed magis proficiunt illi quàm ſi non latrarent contra eū, quia talia probra augmentant gloriam patientis. Hæc enim eſt via ſecura & excellens charitatis de qua. 1. Cor. 12. Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro. Tales verò detractores ſunt extra viam charitatis, ideo non poſſunt eis nocere qui ſunt in via illa. Si vero contingat eos intrare illam viam, erūt pacifici nec latrabunt, nec erunt lupi vel canes, ſcilicet fient agni: & ſic implebitur illud Eſaiæ 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hedo accubabit.

A Detractio. Propter detractores nō ē dimittenda cōuerſio malorum.

De pœnitentia ſermo 32. & de oratione quæ pars ſatisfactionis aſſignari ſolet, ſermo primus per thema præcedens.

CVm debeamus itinere trium dierum ſupradictorum ambulare ad hoſpitium æternū. Neceſſe eſt præmittere nuntium, qui omnia ibi diſponat & præparet. Hic nuntius eſt oratio ad cuius conductum tria orat Pſalmiſta. Primò quærit, vt dirigatur. Pſal. 140. Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Secundò, vt appropinquare poſſit iudici ſiue domino hoſpitij. Pſal. 118. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo. Tertiò, vt intret. Pſal. 87. Intret oratio mea in conſpectu tuo. Dirigitur enim per confeſſionem, quia quando eſt extra viam non ceſſat errare. Si enim quis deficit a via, quanto graditur, tanto magis aberrat. Extra viam paradiſi eſt peccator, ſola autem confeſſio ponit peccatorem & nuntium eius in viam rectam. Eccl. 18. Ante orationem præpara animā tuam. Quandiu enim homo eſt in peccato, quaſi nubes interponitur peccatū, ne oratio tranſire poſſit. Ezech. 3. Poſuiſti nubem iniquitatem tuam. Et ita confeſſio purgat nubem, dirigit orationem: ſed appropinquat per humilitatem & amaritudinem contritionis. De humilitate Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me. De amaritudine. 4. Reg. 5. Acceſſit Giezi, vt amoueret eam, & ait homo Dei. Dimitte illam, anima eius in amaritudine eſt: quaſi diceret. Dimitte vt appropinquet, quia amaro eſt animo. Tertiò, intrat per inſtantiam & deuotionē. Dicebat enim dominus Luc. 18. Parabolam quomodo oportet ſemper orare: & nunquam deficere. Dans exemplum de iudice qui non reuerebatur Deum neq; hominem: & tamen per inſtantiam viduę compulſus eſt facere iuſtitiam. Non enim eſt bonus nuntius, qui quàm cito poteſt intrare deſiſtit: ſed debet inſtare & ante fores vigilare. Rom. 12. Orationibus inſtantes. Luc. 11. Propter improbitatem dabit ei quotquot habet neceſſarios. Vel aliter. Dirigitur oratio per occul-

B Oratio. Quō oratio dirigitur appropinquat & intrat corā Deo.

occultationem ne inueniatur theſaurus humilitatis a latronibus, & ſic nuntius depredetur, vt infra magis patebit. Propter quod ſaluator Mat. 6. Intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Sed appropinquat per ieiunium. Eſt enim oratio quaſi auis, quæ ieiunio tenuatur, vt poſſit expeditius volare, quia pinguedine impeditur, & ſatiata non volat ad prædam, quia Prouer. 27. Anima ſatiata calcabit fauum, eſuriens autem etiam amarum pro dulci ſumet, quia ſatietas facit cibum abominabilem fames vero delectabilem. Sed oratio per eleemoſynam intrat, quia oratio eſt nuntius petitionarius. Qui ſi auarus fuerit ianitoribus, claudetur ei oſtium: ſi munificus patebunt ei oſtia Prouer. 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes viam ei facit. Omnes illi pauperes quibus damus eleemoſynam, pulſabunt pro nobis ad oſtium. Immo ipſi ſunt ianitores qui aperient, & non ſolum illi, ſcilicet & beata virgo, cui iſte nuntius propinabit ſalutem angelicam ſcilicet. Aue.

Eleemoſyna, & ieiuniũ, orationẽ adiuuãt

Quia in ſuperioribus ſermonibus ſatis dictum eſt de ſatisfactione in generali, nunc dicendum eſt de partibus eius quæ ſunt oratio, ieiunium, & eleemoſyna. Et quia de ieiunio & eleemoſyna ad longum dictum eſt in ſermonibus quadrageſimalibus. ideo principaliter inſtabimus materiæ orationis, circa quam plura dicemus. Primò quæ ſunt motiua ad orandum. Secundò, quæ ſunt præparatiua. Tertiò, qualiter ſecundum conditiones nuntij oratio eſt ad Deum tranſmittenda. Pro primi igitur expeditione, ſex motiua ad orandum Deum poſſumus inuenire. Primum motiuum eſt natura rerum inſenſibilium. Primò, nos docet terra nimis ſicca, quæ quaſi a Deo petens pluuiam, hiat ſurſum diuerſis ſciſſuris, quaſi innuens rationabili creaturæ vt os aperiat ad ſuperna fluenta obtinenda, dicens patri miſericordiarum. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Secundò, terræ naſcentia, vt herbe & arbores quot flores quot folia habent: tot linguas ſuo creatori erigunt, quaſi augeri & perfici poſtulantes. Et quaſi clamantes. Imperfectum noſtrum viderunt oculi tui domine. Tertiò iumenta & aues hoc nos docent. Bos enim indigẽs pabulo aut potu, caput ſurſum quaſi ad Deum eleuans, & quod ſibi neceſſarium eſt ab eo poſtulans mugit, aſinus rudit, equus hinnit. Iohe. 1. Ingemuit animal, mugierunt greges armenti, quia non ſunt paſcua eis. Et ſequitur. Beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrem ſuſpexerunt ad te. Similiter pulli hirundinum & cornorum quando eis eſca deficit ad eum clamant. Pſal. 149. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Propterea Eſa. 32. Dicebat quidam volẽs orare debitè. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, oratione vocali, meditabor vt columba, oratione mentali. Quartò, nos idem docent canis & catulus, qui leuant oculos ad magiſtros ſuos, vt habeant cibos, & quaſi quibuſdam paruis clamoribus hoc eis inſinuant: & homo beſtialior non vult leuare oculos ſuos ad Deum, vt inde recipiat animæ ſuæ cibum. Iſidorus. 12. Etymo. Dicit ꝙ mergus (auis dicta ab aſſiduitate mergendi) præuidens futurã equoris tempeſtatem, cito ad littora eũ clamore tendit. In quo docentur iuſti qui in hoc mari magno ſæpe merguntur in aquis tribulationum, ſed non ſubmerguntur, ꝙ videntes tempeſtatem huius maris nimis grauem, ſtatim ad littus .i. ſinum diuinæ clementiæ cum clamore, qui eſt valida precum inſtantia, cito propetent. In illo .n. littore quies eſt a tempeſtate. Ioan. 18. In mundo preſſurã habebitis, in me autem pacem. Secundum motiuum ad orandum Deũ ſunt exempla ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum, qui ita fuerunt aſſidui in oratione, ꝙ non ſufficiebat eis dies, niſi etiam in orationibus pernoctarent, ut patet in Dauid, q. licet veſpere, mane, & meridie oraret: immo in die ſepties laudem Deo diceret, tamen media nocte ſurgebat ad confitendum ei confeſſione laudis. Nec mirum, quia melleam illam dulcedinem ſæpe deguſtare cupiebat, qua guſtata dicebat. Pſal. 118. quàm dulcia faucibus meis

C Oratio. Sex ſunt motiua ad orandũ Deũ.

Sanctorũ exempla inducunt nos adorãdũ

meis eloquia tua. Secundum exemplum in Maria, & filio eius. Nam Maria pauca legitur locuta fuiſſe, niſi tantummodo verba orationis, aut laudis, aut gratiarũ actionis, vt patet ad longum in ſuo Cantico. Sic filius eius qui cum tota die pro hominum ſalute laboraſſet, nihilominus turbis dimiſſis, deſerta loca petebat, & montem aſcendebat: in quo ſolus in oratione ad patrem ſuum directa pernoctabat, vt dicitur Matth. 14. Mar. 6. Luc. 6. Quod repreſentat diaconus in miſſa cũ offert thuribulum ſacerdoti. Tertium exemplum in Anna propheriſſa, de qua in Euangelio. Luc. 2. Quod non diſcedebat a templo ſeruiens Deo in ieiunio, & obſecrationibus die ac nocte. Quartum exemplum eſt Apoſtolorum, qui omnes erant perſeuerantes in oratione in cænaculo, donec deſcendit ſuper eos Spiritus ſanctus. Act. 1. Sic de beato Bartolomeo dicitur ꝙ centies in die, & centies in nocte genua ante Deum flectebat. Sic de beato Iacobo Minore, qui ad modum chameli aſſiduitate orandi in genibus callos contraxerat, & cũ ꝑꝑ confeſſionem & prædicationem fidei de pinnaculo templi a Iudæis eſſet præcipitatus, conuerſus ſuper genua orabat, & orando lapidabatur quouſque pertica fullonis excerebrabatur. Quintum exemplum eſt ſanctorũ martyrum, qui nec propter dolorem mortis ab oratione ceſſabant, aut propter tormenta illata. Sic Stephanus ab oratione reuocari non potuit turbine lapidum, ſed orando emiſit ſpiritum. Sic beata Agnes in medio flammarum expanſis manibus orabat. Sic beatus Vincentius erectis in cęlũ luminibus præcabatur. Sic Chriſtus dñs factus in agonia mortis prolixius orabat. Sic in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 5. legitur ꝙ quidã vir artis medicinæ peritus nomine Alexander, cum in ciuitate Lugdunen. aſſiſteret pro tribunali, compaſſus quibuſdam martyribus ſignis quibus poterat eos ad tollerantiam animãdo deprehenditur. Tandẽ inquiritur & ſe eſſe Chriſtianũ confeſſus, diuerſis generibus tormentorũ affligitur. & cũ per diuerſa tormenta laborãt tortores maximè ſupra craticulam cãdentem, vt eius orationem interrumperent, nõ potuerũt ab eo vnũ extorquere verbũ, ſed in orõne permãſit immobilis vſq; ad mortem. Immo & adhuc ſanguis & merita Martyrũ clamãs ad dñm de terra ꝓ nobis. Pſ. 101. De cęlo in terram aſpexit, vt audiret gemitus cõpeditorũ .i. vinctorũ ꝓ Chriſto, quorũ ſanguis melius loquit ꝙ Abel. Sextũ exẽplũ eſt Cõfeſſorũ & Virginũ. Beatus .n. Martinus oculis ac manibus in cęlũ ſemper intẽtus inuictum ab orõne ſpiritũ nõ relaxabat. Sic beata Cecilia cũ alij cãtarẽt in organis, ſoli Deo decãtabat orãdo: & nec diebus aut noctibus a colloquijs diuinis & orõne ceſſabat. Si tales iuſti & meritis pleni ita aſſiduè ad Deũ cũ orõnibus recurrebãt, q̃d nobis miſeris & peccatoribus cõtinget, qui vix vel ad momẽtũ orare poſſumus. Cant. 8. Qui habitas in ortis .ſ. eccleſiæ, amici auſcultãt te .i. Angeli, fac me audire vocẽ tuã. 1. Cor. 4. Spectaculũ facti ſumus Deo, Angelis, & hoĩbus, immo ẽt q̃ñq; offerunt p̃ces n̄ras. Tob. 12. Cũ orares cum lachrymis, ego obtuli orationes tuas in conſpectu Dei. Immo quandoque nos præueniunt nobiſcum laudãdo Deũ. Pſ. Præuenerunt Principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularũ tympaniſtriarũ, ideſt animarum cruci pœnitentiæ affixarum, ſicut pellis in tympano figitur. Tertium motiuum eſt nobilitas & excellentia officij orandi, A

Oratio. Officium orãdi eſt nobiliſſimum.

quod penſatur ex duobus. Primò, ex nobilitate eorum qui hoc exercẽt officiũ, quia non eſt officium ruſticorum, vt fodere, arare, putare, & ſic de alijs. Sed eſt officium filij Dei, & matris eius, & Angelorum, & Sanctorum, qui inceſſanter pro nobis illud officium exercent in cœlis. Inde 1. Regum 12. dicit Samuel ad populum Abſit, vt ceſſem orare pro vobis. Officium enim filij Dei eſt Deo patri orationes noſtras præſentare. Ideo in omni oratione quæ dirigitur ad patrem ponitur in fine per dominum Ieſum Chriſtum. Bernardus. Securum habes acceſſum, o homo, ad Deum, vbi habes filium ante patrem, matrem ante filium: Mater oſtendit filio pectus,

& vbera, filius oſtēdit patri latus & vulnera: nec vlla erit repulſa, vbi tot concurrunt charitatis inſignia. 1.Io.2. Aduocatum hēmus apud patrem, &c. Itē ē officiū Spūs ſancti qđ facit in nobis. Rom. 8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ideſt preces & gemitus noſtros, quos ipſo inſpirante fundimus, Deo patri, & filio: & ſibi ipſi acceptabiles reddit. Sed ꝙ ſit nunc ſanctorum officium in cœlo, patet Apoc.8. Et tam grande eſt iſtud orandi officium, vt etiam Paulus Apoſtolus ſe minus ad hoc ſufficientem diceret. Rom.8. Quid oremus ſicut oportet neſcimus, propter quod frequenter orationes aliorum flagitabat. 1.Theſſa.vlt. Fratres orate pro nobis. Sed officium Angelorum eſt libēter audire orationes & laudes quas Deo agimus: & eas ei offerre. Secundo penſatur nobilitas iſtius officij ex parte orantis. Nam qui orat cum Deo loquitur.

Orantes cū Deo loquuntur fideles.

Magnus eſt honor ſæpe loqui cum aliquo principe, maior cum Rege, multo maior cum Rege Regum. Vnde Petrus Cātor. Duo ſunt excellentiſſima viri ſpiritualis opera, orare, ſcilicet & legere. Qui orat loquitur cum Deo, qui legit Deus cum eo loquitur: lectio orationem impinguat, oratio lectionem illuminat, lectio tñ eſt pediſſequa orationis. Quidam autem totum tempus expendunt in obſequium ancillæ nihil dando dñe. Hinc eſt ꝙ Agar quæ interpretatur filia cupiditatis, videns ſe concepiſſe, ſpreuit dñam ſuam, quia viri docti concepto fœtu ſcientiæ ſpernunt orationem. Nihil autem delectabilius quàm cū Deo loqui. Ideo oratio nobilior eſt & Deo propinquior, quàm eleemonſyna vel ieiunium. Qui.n.orat, quaſi facie ad faciē

Orationis nobilitas.

Deū ante ſe conſtituit. Eleemoſyna per manum pauperis Deo mittitur, ieiuniū pro carnis afflictionem Deo oſtenditur, oratio prēſentem dñm alloquitur. Vnde refert liber de donis, ꝙ quidam curſor cum diu ſeruiuiſſet Regi Francorū Philippo, & videret ꝙ q. habebat acceſſum ad Regē, & familiariter ad aurem eius loquebatur, ab aliis plus honoraretur, & multum ditaretur: ait Regi. Domine multo tempore ſeruiui vobis nihil inde præmij recipiens, ſaltem vel me remuneretis de aliquo quod nihil cōſtabit vobis. Cui cum Rex conceſſiſſet, ait. Peto quando eritis in curia veſtra corā multis, audiatis me vſque quo ego vnū pater noſter dixero vobis in ſecreto ad aurem. Quod cum fieret, cæperunt uidētes admirari quomodo ita familiariter ſingulis diebus loqueretur Regi. Et ſic cæperunt eū honorare, & multi dando petitiones ſuas per eum Regi porrigēre. Si ſic honoratus eſt hiſtrio qui familiariter loquebatur terreno Regi, quāto magis qui familiariter orans, loquitur cum Deo? Quartum motiuum ad orandum Deum eſt, quia hoc officium eſt multū lucratiuum, quia quandoque orans una hora pluſquam totum mundum lucratur, immo pluſquam valeant mille mundi, quia Deum, gratiam, & gloriā. Act.2. Orantibus Apoſtolis ſpiritus ſanctus eis datus eſt. Et Luc.11. Pater veſter cœleſtis dabit ſpiritum bonum petētibus ſe.

B Oratio. Oratio ē maximi boni lucratiua.

Hoc orandi officium ſimile eſt uſurę, qa hoc officio homo lucratur die & nocte, ſanus & infirmus, iuuenis & ſenex, ſtando & ſedēdo, ſi vult illud dignè exercere. Inde Io.15. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit plenum, cuius plus valet vna gutta, quàm totus mundus. Non enim dat dimidium Regnum, vt Aſſuerus ipſi Heſter: & Herodes filiæ ſaltanti: ſed totum, quia gaudium plenum. Sicut enim terra (licet grauis) eleuatur, tamen rurſum mediante fumo calido ſibi incorporato: & dum aſcendit ſurſum poſtea redit cum multo fructu, quia conuertitur in pluuiam, qua rore fœcundat terram: ſic feruens oratio cor noſtrū eleuat ad Chriſtū, & cum multo fructu reuertitur ad orantem. Pſ.34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Sed diceret aliquis, quamuis officium orandi ſit multum lucratiuum, tamen cum difficultate habetur iſtud vnde lucratur. Reſponſio, ꝙ opere orandi nihil facilius haberi poteſt, quia dicitur in Pſal. 41. Apud me oratio Deo vitę meę. Glo. Apud iuſtū ſemper eſt quod dare poteſt ſcilicet oratio, quam ſi non poteſt dare voce,

C Oratio. Faciliter haberi pōt oratio.

voce, poteſt dare mente. Non enim ab hoc poteſt ſe homo excuſare infirmitate vel paupertate, quia ſi dicit̃ ei ieiuna, poteſt reſpondere non poſſum, quia infirmus ſum. Si ei dicitur, fac eleemoſynā, poteſt reſpondere, non poſſum, quia pauper ſum. Si ei dicitur ora, non poteſt dicere hoc, quia ſi non poteſt orare voce, poteſt orare corde deſiderando & bene volendo. Ipſa enim bona voluntas & deſiderium orandi quaſi quædā eſt oratio. Quintum motiuum, quia oratio, eſt encenium maximè Deo placens. Primò, quia tantum placet ei, ꝙ ipſe etiam, prouocat nos ad orandum. Pſ. Aperi os tuū, & implebo illud. Ipſe.n.eſt ſicut mater vel nutrix, quæ nō poteſt dare nutrimētum puero, niſi puer os aperiat. Iubet ergo dominus aperire os in oratione, vt ipſe illud impleat. Secundò, quia oratio eſt holocauſtum ſpirituale quo adoratur pater cæleſtis in ſpiritu & veritate. Nā Ioā. 4. Tales pater quærit qui adorent eum in ſpiritu & veritate. Tertiò, quia oratione Deus recognoſcitur tanquam dominus generalis, ad quem in neceſſitate recurritur, & ei tanquam domino pro cēſu exhibetur. Pſal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. Quartò, quia in oratione Deus reficitur de noſtris viſceribus, de quibus ei cibum amantiſſimum paramus. Ipſe eſt enim auis venatica nobilis quæ de corde prædæ delectabilius reficitur. Chryſo. Solam orationem quaſi ſpeciale tributum, anima offert Deo de proprijs viſceribus. Prouer. 23. Fili da mihi cor tuum. Et reſpondet. Pſal. 107. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Paratum quidem ad recipiendum in contritione, & ad te reficiendū in deuota oratione. Eſt.n. qui orat: ſicut qui p̄ntat Regi enceniū magnū & nobile, quod ſolū p̄ntari debet per nobilē domicellū.ſ.iuſtū. Sed ſicut Regi male offert, q ſibi offert ferculū coopertū cum muſcis, ſic q orat, nō debet Deo offerre orationē cū cogitationibus venenoſis & immūdis. Quintò, hoc apparet, qa facile quod orando petitur admittit. Oratio.n. noſtra totaliter innitit̃ diuinæ clemētię, non noſtrę iuſtitiæ. Seneca lib. de clementia. Clementia nullum magis quàm Regem, vel Principem decet. De Tito legitur ꝙ tantæ clementiæ erat ꝙ cōuictos aduerſum ſe de coniuratione dimitteret, & eadem familiaritate quam prius habuit cum eis communicauit. Nulli vnquam petenti quicquam negauit, & cum ab amicis ſuper hoc reprehēderet̃, reſpondit nullum triſtem ab Imperatore debere recedere. Quanto magis ſimilia ſperāda ſunt de ſuprema regis oīum clementia. Sextū motiuum eſt, quia oratio eſt ſummum contra pericula penitētia & futura præuiſa remedium & præſidium, qua quidem pericula tot & tanta ſunt, ꝙ non eſt numerus. Pſal. 68. Circūdederunt me mala quorū non eſt numerus &c. Et ſequitur. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei &c. Ideo conſequenter orat dicēs. Cōplaceat tibi dn̄e vt eruas me &c. Exiſtentes.n. in periculo magno debemus clamare ad dominum, vt inuaſi a latronibus, oppreſſi a prædonibus infernalibus, obſeſſi ab hoſtibus, ſuccenſi vndique a deſiderijs carnalibus vt quaſi ſuffocati in aqua voluptatum, & vt videntes ſtragem fratrum noſtrorum, debemus etiam ſi eſſemus monachi frangere ſilentium, & clamare ad dominum. Nec mirum, quia orationes ſunt arma iuſtorum contra animæ hoſtes. 2. Mach. 15. Singulos eorum armauit, non clypeo aut haſta, ſed optimis ſermonibus. Aug. 3. de ciui. Dei dicit, ꝙ Romanis dū poſt bellum Carthaginenſe deſuerunt arma bellica, pro republica pugnaturi neceſſitate compulſi arma templis affixa & oblata traxerūt, vt ſuos milites armarent. Sic nos afflicti & tribulati, ad arma templi.i. orationes deuotas ſi auxilia humana deficiant, recurrendum eſt 2. Para. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus hoc ſolum reſidui habemus, vt oculos dirigamus ad te. Tunc oculos ad Deum dirigimus, quando in oratione tam aſpectum quàm affectum ad eum erigimus. Greg. Quia ſemper ſumus in miſeria, ſemper indigemus miſericordia. Sed multi ſunt ſimiles onagro, qui dum paſcua quærit fortiter rugit, ſed poſtquam paſcua pinguia inuenerit,

M 2 ſilet.

D Oratio. Oratio ē enceniū Deo placens.

Clemētia principi pcipuè conuenit.

E Oratio. Oratio ē cōtra pericula ſummū remediū

Orationes ſunt arma iuſtorum.

ſilet. Sic multi qñ indigent & ſunt in afflictione, clamant ad Deum fortiſſime. Pſ.106. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur. Sed poſtquam hñt quod petunt, & ſunt in proſperitate, a tali clamore ſilent. Iob 6. Nũquid rugiet onager cum habuerit ventum, & mugiet bos cum ante præſepe plenum ſteterit? Iſti autem non perueniunt ad illud quod eſt optimum in oratione, ſcilicet ad gratiarum actionẽ, quæ eſt quaſi finis orationis. Eccl.7. Melior eſt finis orationis quàm principium, immo de talibus verificatur illud. Pſal.108. Oratio eius fiet in peccatum. Secundo orationes ſunt arma, non ſolum contra nequitias ſpirituales, ſed etiam contra viſibiles hoſtes. Sic orabat beatus Ambroſius cõtra tyrannidem Valentiniani iunioris. Dicebat enim arma ſua lachrymas ſuas eſſe, & orationes. Sic orauit Iudas Machabeus commiſſurus pręliũ contra Gorgiam 1.Machabeo.4. & tunc vicit. Sic videns exercitum Nicanoris fortem 1.Mach.7. Orauit, & iterum vicit. In alijs duobus præcipuis bellis non legitur oraſſe. Primò contra Antiochũ Eupatorem, & tunc non vicit, ſed diuertit 1.Macha.6 Secundò, contra Bachidem & Alchimum, & tunc in bello cecidit 1.Macha.9. Sic Moyſes leuans manus vincebat Amalech Exo.17. Ex quo apparet virtus orationis in periculis. Tertiò, quia oratio eſt quaſi quoddam ſcutum quod diuinæ indignationi in periculi eſt opponendum, quia ſicut ſcutum prohibet ictum lanceæ vel ſagittæ, ſic oratio hominem a ſagitta indignationis iræ Dei. Per eam enim tuemur a Dei iuſtitia, & currimus ad Dei miſericordiam, ut in ea tuti ſimus. Et hoc ideo, quia miſericordia Dei eſt quaſi mons quidam, iuxta illud. Pſ.3. Exaudiuit me de monte ſancto ſuo, id eſt de monte miſericordiæ ſuæ. Vnde Vegetius lib.3. de re militari. Aptior locus & ſecurior exercitui peditum eſt locus mõtuoſus: exercitui vero equitum, cãpus planus. Vnde & Titus Liuius lib.3. de bello Punico, dicit ꝙ exercitus equitum Pęnorum fuit melior quàm Romanorum. Et ideo in cã

A Miſericordia. Miſericordia Dei cõparatur monti.

po plano ab eis victi ſunt. Exercitus aũt eccleſiæ eſt quaſi peditum .i. humiliũ & mãſuetorum. Exercitus vero contrarius ſcilicet dęmonũ eſt quaſi equitum. Iuxta illud. Pſal.19. Hi in curribus, & hi in equis. Ideo hoſtes noſtri ſemper vellent campum planum, quando nobiſcum pugnant. Nam campus planus eſt equitas iuſtitię. Sciũt enim ꝙ ſi iuſtè agatur nobiſcum, vincendi & interficiendi ſumus. Ideo exercitus eccleſiæ hoc propẽdens occupat montem, id eſt altitudinẽ diuinæ miſericordiæ, iuxta illud Gen. 19. Ne ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac. Cuius montis altitudinem innuit. Pſ.144. dicens. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.

Sermo de pœnitentia 33. & ſpecialiter de oratione ſermo 2.

Tertiæ diei leucam primã perficit oratio, quæ eſt ſatisfactionis tertia pars. Orantium autem triplex inuenitur gradus. Nam quidam orant proſtrati, quidã genibus flexis, aut ſedentes, quidam verò ſtantes. Orabat proſtratus Dauid qñ 2.Reg.12. Deprecatus eſt dominum pro paruulo, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terrã. Similiter iacẽs in lecto orauit Ezechias, quando conuertit faciem ſuã ad parietem. Qui ſic orant illius typum gerunt qui dixit. Memento quæſo, ꝙ ſicut lutum feceris me, qui ſe puluerem & cinerem recogitant, quia oratio humiliãtis ſe penetrat nubes. Retrocedit.n. vt melius ſaltet. Sic orauit dominus in faciem ſuã cadens. Orabat autem Moyſes genibus flexis, vel ſedens ſuper lapidẽ quẽ Aaron & Hur poſuerant ſubter eum, quando Ioſue ſuperauit Amalech. Exo.17. Sic orauit Helias cum ſederet ſubter vnam iuniperum. 3.Reg.19. Qui ſic orant gerunt illius formam qui dicit Cant.1. Trahe me poſt te. Hi ſunt qui corpus & animam ad Dei obſequiũ pręſtant, ideo vtrũque genu flectunt. Corã aũt dño terreno vnũ genu flectere debemus i ſignũ particularis obſequij & dñij particularis. Hi ſunt quo paſſionibus ſedati

B Oratio. De triplici genere orantiũ.

dati animã ad Deũ eleuant, ſed non ſiné inclinatione ad terrena. Orabat ſtando publicanus a longe ſtans. Sic Iudith ante lectum Holofernis. Sic ſacerdos in miſſa ſtans orat. Sic Chriſtus in cruce ſtans orabat. Qui ſic orat figuram illius gerit qui dicit. Pſal. 121. Stantes erant pedes noſtri, &c. Stantes enim oramus, vt ad cęleſtia erecti in domum domini lętantes eamus: & nos cum domino conſurrexiſſe oſtendamus. Hinc paſcali tempore niſi occultè ob reuerentiam dominicæ reſurrectionis genua non flectimus, ſed ſtantes ſicut Chriſtus oramus. Qui proſtratus orat, quaſi qui ſtat ad oſcula pedum domini cum Magdalena, qui genibus flexis quaſi ad oſculũ manus, qui ſtando quaſi ad oſculum oris. Sic Magdalena primò ad pedes iuit, pro ſuorum peccatorum remiſſione: deinde ad genua, pro ſui fratris ſuſcitatione. Tertiò, ad os vel caput, per vnguẽti effuſionem, ideſt per deuotionis ſuauitatem. Differenter tamen Chriſtus & ſacerdos ſtãt, quia Chriſtus in cruce orando terram pedibus non tangebat, quia ſola Chriſti oratio terram & terrena abigens cęlum penetrat. Sacerdotem autem neceſſe eſt pedibus terram tangere: alioquin ſubſiſtere non poſſet, quia terrenis ad neceſſitatem indigens: orando quandoque ad terrena flectitur, licèt oratio eius penetret cęlos, vt ſuper nos deſcendat miſericordia Dei quæ in cęlis eſt. Pſ. 35. Dñe in cœlo miſericordia tua. Miſericordia .n. Dei eſt de natura grauium, quæ naturaliter deſcendunt. Matth. 23. Relinquitis quæ grauiora ſunt legis, &c. miſericordiam & fidem. Et per conſequens nõ oportet niſi penetrare cœlos, & continuò deſcendet. Breuis autem oratio penetrat cęlos: ergo facit ad nos miſericordiam deſcendere, niſi forſitam inueniat obſtaculum in nubibus, ideſt in caligine & obſcuritate & tenebroſitate peccatorum. Sed hoc obſtaculum (vt iam allegatũ eſt) humilitate penetratur. Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit. Ideo dicitur in Pſal. Veſpertina oratio aſcendat ad te domine, & deſcendat ſuper nos miſericordia tua. Quã

C Miſericordia. Miſericordia ẽ de natura grauium.

miſericordiam a regina miſericordiæ requiramus dicentes. Aue.

Secundò, dicendum eſt quæ ſunt præparatiua cordis ad orationem. Nam ſcriptum eſt Eccl. 18. Ante orationem præpara animam tuam. Et in Pſal. 10. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Diuites enim & optimates ſeculi habent pauperibus aures obturatas, ſimiles ſuis canibus nobilibus, qui habent auriculas pendentes, & obturantes auditum. ſicut aſpis ſurda obturat aures ſuas, ne audiat vocem incantantium. Nõ ſic Deus, qui non ſolum orationem cordis, ſed & præparationem eius audit & exaudit. Hæc autem præparatio in tribus conſiſtere ſolet. Primò, debet orans cor ſuum quantũ poteſt a terrenis auertere. Citharista enim moderat & temperat citharam ſuam, priuſquam citharizet coram magno domino. Turpem enim melodiam cauſaret, ſi prius moderata non eſſet. Sic ante Deum pulſare volens per orationem, prius debet cor ſurſum leuare & diſponere ad quietem tranquillitatis & pacis, & facere intima pacata & etiam exteriora: ſic ꝙ cor & intentio exterioribus non vacent, & ſic cor ornatum & paratum in oratione facile a Deo exaudietur. Ad hoc autẽ ſe piſſimè adiuuãt tribulationes & afflictiones. Quãto .n. aquę ĩtumeſcebãt tãto arca Noe magis in ſublime ferebatur. Sic ad mandata Dei erigebatur qui dicebat. Pſ. 118. Tribulatio & anguſtia inuenerũt me, mandata tua meditatio mea eſt. Sic cõpellebantur orare Deũ de quibus. Pſ. 82. Imple facies eorũ ignominia, & quęrent nomen tuum dñe. Vnde lib. de naturis rerũ dicit̃, ꝙ caſtores iuxta aquas manſionem faciunt, & circa eas diſtinguunt diuerſa ſolaria, vt ſ̃m ꝙ aqua aſcẽdit, ꝙ & ipſi aſcendant, ne totaliter ſtẽt in aqua. Sic nos manſiones habemus iuxta aquas. Nam ſuper flumina Babylonis, illic ſedimus & fleuimus. Sed ne totaliter aquis immergamur, & ne ſup caput nr̃m inũdẽt: ſic nobis prouidendũ eſt, vt ſicut ille aſcẽdũt, ita & nos aſcendamus in Deum. Ideo quanto impulſus tentationis eſt maior, tanto aſcenſum mentis

D Oratio. Tria ꝑparatiua ad orationem.

Caſtoris ꝓprietas

oportet eſſe altiorem, ne nobis contingat illud Ionæ 2. Circumdederunt me aquæ vſque ad animam meam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meũ. Sed dicet aliquis. Quid valet pręparatio ad orandum Deum, cum Deus non videatur orandus, quia petitio fit alicui ut ei intimemus illud quod indigemus? Sed Mat. 6. Scit pater veſter cęleſtis, q a his omnibus indigetis. vel fit ei petitio ut a ſua intentione reuocetur, & noſtræ conformetur: ſed animus Dei immutabilis eſt, nec ulla noſtra actione flectitur, ut habetur. 1. Regum 20. Dicitur primo ſecundum Guil. Pari. quia Deus uult importunè a nobis orari. Propter quod Saluator in euãgelio duo dat exempla. Primum de uidua, quæ propter ſuam continuam inſtantiam apud iudicem qui non reuerebatur Deum, neque homines fuit exaudita. Lucæ. 18. Secundò, de amico qui media nocte ab amico ſuo tres panes ſua impulſione & inſtantia obtinuit. Luc. 11. Per hoc uolens nos Deus inducere ad eum præcandum quacunque hora, quia omni hora exorabilis eſt. Si enim iſti ſuis inſtantijs obtinuerunt ab illis qui erant inexorabiles propter temporis importunitatem, & propter paſſiones quibus agitabantur, tãto facilius poterimus obtinere a benigniſſimo creatore omnia ſalutaria: ſi piè & deuotè orauerimus. Nã quod potuit ab auaro media nocte ille pauꝑ obtinere, hoc poterimus apud largum & liberaliſſimum creatorem. Ideo taceant aſtronomi qui horas ad adeundos principes, & ad porrigendas preces docuerunt: qui non ſunt auſi dicere ꝙ aliqua hora eſſet infauſta & importuna ad deprecandum Deum. Et ſic patet lata differẽtia inter Deum & principes, quia omni hora paratus eſt ad petitiones noſtras exaudiendas: & omni hora exorabilis eſt, nõ ſic homines. Hęc Guil. Vnde Geiſon lib. de mendicitate ſpirituali. Deus enim ſicut, per ſeipſum omnia fecit, ita & nunc poſſet ſi vellet. Vult tamen cauſas ſecundas ſibi cooperari, vt corpora cęleſtia ad inferiorum gubernationem, volens eas eſſe ſuæ bonitatis participes. Sic voluit noſtram ſalutem non ſolum per ſeipſum fieri, ſed voluit nos eſſe ſibi adiutores: vt ſcilicet eum diligamus, & per ſancta deſideria eum alloquentes noſtram ſalutem operemur. Dicitur ſecundò, ſecundum Petrũ de Alliaco, ꝙ homines oportet orare, non vt per tales actus diuinam diſpoſitionem immutent, ſed vt per huiuſmodi actus impleant quoſdam effectus ſm ordinem a Deo diſpoſitum. Et ideo patet ꝙ non propter hoc oramus: ſeu aliquid a Deo petimus vt diuinam prouidentiam immutemus, vel eius animum flectamus, ſed ut illud impetremus, & noſtris orationibus mereamur quod diſpoſuit Deus per orationes noſtras eſſe implendum: vt ſcilicet homines mereãtur poſtulando accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare: vt dicit Grego. 1. Dialogorum Aug. Cur petere q̃rere pulſare nos cõpellit, qui nouit quid nobis ſit neceſſarium priuſquam petamus: niſi quia noſtrum voluit exerceri deſideriũ in orationibus quo poſſimus ſapere quod pręparat dare? Vnde ſecũdũ Guil. Pariſ. aliter orat orator ſecularis, aliter orator diuinus. Nam ſecularis intendit per ſuã orationem flectere iudicem ad ſuã partem, vt pro ſua parte ſententiam ferat. Sed orator diuinus & ſpiritualis nõ intendit mouere Deum quem ſcit indubitanter immobiliſſimum, ſed intendit ſeipſum facere idoneum per orationem ad hoc quod impetrare intendit, & ſe exhibere adeò miſerabilem, vt pater miſericordiarum miſericordiam ei nõ valeat denegare, ſi pro ſemetipſo oret. Dicitur tertiò, ſecundum eundem de Alliaco: ꝙ nec Deo orationes noſtras ideo porrigimus vt ei noſtras indigentias vel deſideria manifeſtemus, ſed vt noſipſi conſideremus in his ad diuinum auxilium eſſe recurrendum. Nam Deus ſcit quid nobis ſit vtile, quod quandoque & ſæpius ignoramus. Ideo ſicut refert Valerius. Socrates nil vltra a dijs immortalibus petendum arbitrabatur, quàm vt bona tribuerent, quia hi ſcirent quid vnicuique eſſet vtile. Nos autem plerun-

que

E Oratio. Vtrum Deus ſit orandus a nobis.

Orõnes, cur requirat a nobis Deus.

Orat aliter orator ſecularis, & aliter orator diuinus.

que illud votis expetimus, quod non im petraſſe melius foret. Et hęc Socratis ſẽtentia maximè vera eſt de illis quibus poſſumus & bene & malè vti, vt ſunt diuitiæ & honores. Sed bona quibus non poſſumus malè vti, vt quibus beatificamur: poſſumus abſolute quærere puta illud. Pſal. 79. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Et illud. Pſal. 118. Deduc me in ſemita mandatorum tuorum, &c. q̃a tunc conformamus nos voluntati diuinæ: quę vult omnes homines ſaluos fieri. 1. Timo. 2. Secundò, requiritur ad præparationem orationis, debita diſcuſſio mẽtis: ne quid ibi inueniatur, quos oculos diuinæ maieſtatis offendat. Iac. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, & orate pro inuicem vt ſaluemini. Alioquin peccator cum intentione peccandi orãs vel non pęnitens, confunderetur a Deo. Pſ. 118. Tunc non confundar apud Deũ patiendo repulſam, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis, quia quicunque diſcordat opere a præceptis, corde reprehenditur & confunditur. Inde 1. Ioã. 3. Si cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum, ꝙ quicquid petierimus accipiemus. Sed Eſa. 1. dicit. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam, manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Vnde Aug. lib. de opere Monachorum. Citius exauditur vna obediẽtis oratio, quàm decem milia contemptoris. Iſid. Non poteſt habere certam fiduciam qui adhuc in præceptis Dei pigritat: & quem peccandi recordatio delectat. Qui autem a præceptis Dei auertitur, quod in oratione poſtulat non meretur: nec impetrat ab illo quod poſcit, cuius legi non obedit. Pſal. 65. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: nõ exaudiet dominus. Secundò, quia non ſolum confunditur a Deo, immo confundit Deum faciens ei confuſionem. Cor enim eſt ſicut thronus Dei. Multum certè offenderetur princeps ſi in throno ſuo in quo debetet ſedere cadauer fœtidum apponeretur: quanto magis Chriſtus cum in corde peccatoris orantis fœtorẽ peccati inuenit? Cum enim ſedet in throno illo, tunc exeunt fulgura, voces, & tonitrua.

A Oratio. Confundit Deũ, & confunditur a Deo q Deũ orat impœnitens.

fulgura bonorum operum quibus fulminatur hoſtis, voces orationum quibus fugatur, tonitrua ſuſpiriorum quibus exterretur. Vnde diabolo cuidam eremitæ apparenti dixit eremita, recede. At ille. Non recedam pro te. Cui eremita. Faciã tibi timorem, & excuſſit anteriorem partem pelliciæ, quæ lachrymis frequenter fuerat rigata, & audito ſono quaſi puer exterritus fugit. Ideo corrigat vitam ſuã qui orat. Alioquin ſimilis ẽ illi qui Chriſto genua flectens, dabat alapas: qui videtur orare gladio extento, vel extracto. Peccator enim continuans ſuum peccatum, propriè non orat, quia non loquitur cum Deo, ſed vel grunnit vt ſus ſi luxurioſus eſt, vel gannit vt vulpes, ſi doloſus, vel vlulat vt lupus, ſi cupidus eſt. Aug. in homil. Sicut nullũ fit ĩ vulnere medicamentũ, ſi adhuc ĩ eo ferrũ ſit: ita nihil ꝓficit illius or̃o, cuius adhuc diabolus ĩ mẽte manet, vel odiũ ĩ peccatore. Vnde Thrẽ. 1. dr̃ peccatori. Oppoſuiſti tibi nubẽ ne trãſiret or̃o. Nubes illa eſt mortale peccatum. Quęri tamen poſſet circa hoc vtrum orationes peccatorũ aliquid impetrent apud Deum. Et videtur ꝙ non, quia Io. 9. ſcimus quia peccatores Deus non audit. Et Prou. 18. Qui declinat aurem ſuam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. In oppoſitum arguit Auguſt. Si peccatores non exaudiret Deus: fruſtra publicanus oraſſet. Deus meus propitius eſto mihi peccatori. Et Chryſ. ſuper Mat. Omnis qui petit accipit, ſiue bonus, ſiue malus. Reſpondetur primò, ꝙ propter quatuor Deus peccatores frequenter non exaudit. Primò, propter inimicitias inter ipſum & peccatum. Iugũ enim Chriſti leue eſt, iuxta illud. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Iugum autem peccati graue, & ponderoſum, iuxta illud Pſal. 37. Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Graue autem contrariatur leui, facit autem peccatum vocem peccatoris grauem, raucam, & diſcordantem. Si enim ille qui apud Corinthios fornicatus fuerat, iubetur ab Apoſtolo alijs fidelibus orantibus foris ſtare, ne impura vox eius puras reliquorum voces in diuinis auribus tanquam

B Oratio. Vtrũ peccatorum oratiões aliquid apud Deum impetrent.

Peccatores pp quatuor nõ exaudiuntur a Deo.

rauca ſordidaret, vel ne diſcordiam in auribus ipſis cauſaret. 1.Cor.5. Non eſt mirabile ſi ipſa peccatoris oratio per ſe non exaudiatur, quando in aliorum pre cibus periculum facit. Secundò,propter inobedientiam ad Deum.Zach.7. Sicut locutus eſt dominus & non audierunt, ſic clamabunt & nõ exaudiam dicit dominus. Valdè malè ſe habet, qui habet aures obturatas & naſum, quia niſi aperiat os frequenter ad reſpirationem, & aeris attractionem,in periculo eſt ſuffocationis.Sic qui nec Dei verbũ frequenter audit, in periculo eſt mortis æternæ. Ideo frequenter os & cor ad orationem debet aperire,vt miſericordiam ſibi poſſit attrahere. Tertiò, propter diffidentiã diuinæ largitatis. Iac.1.Si quis veſtrum indiget,poſtulat a Deo qui dat omnibus affluenter & non improperat. Et ſequitur. Poſtulet autem in fide nihil hæſitans.Qui enim heſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur. Non ergo æſtimet homo ille, ꝙ aliquid accipiat a domino. Fluctus enim maris inſtabilis eſt, dona aũt gratiarum in uaſe ſolido effunduntur.Poteſt tamen peccator de ſuis defectibus heſitare, ne forte ſit indignus exaudiri, non autem de Deo. Quartò, quia peccat in proximum, & hoc multipliciter, aut per incompaſſionem. Prouerb 21.Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, clamabit & non exaudietur: ut patuit in diuite epulone.Secundò,quando peccat per doloſam in proximum machinationem,vt patuit.2.Macha.9. de Antiocho illuſtri, qui locutus fuerat filijs Iſrael in dolo,& dolo occiderat eos.Orabat ſceleſtus ille dominum a quo erat miſericordiã conſecuturus.Tertiò,quando peccat in proximum per manifeſtam impugnationem. Pſ.17.Inimicos meos dediſti mihi dorſum,& odientes me diſperdidiſti. Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret ad dominum, nec exaudiuit eos.Dicitur ſecundo ꝙ aliquãdo peccator ſecundum deſiderium peccati & concupiſcentiæ petit. Et ſi quandoque a Deo exauditur,nõ ad bonum eius,ſed ad vindictam & perditionem.Non autẽ

C Oratio. Mali quandoque ex

bonus exauditur in his quæ ſunt contra ſalutem.Exauditur enim diabolus petẽs Iob tentandum.Et non exauditur Paulus petens ſtimulum amouendum. Per hæc enim quæ petit peccator, Deus amplius eum permittit ruere in peccatum. Deus enim(vt dicit Aug.)quædam negat propitius,quæ cõcedit iratus.Apoc. vlt.Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Sic exauditus eſt ille a dijs qui petijt vt quicquid tangeret aurum fieret, quod a dijs conceſſum eſt. Cum autem tangeret cibum factus eſt cibus aurum, & ſic non potuit maſticare & coram auro ſuo fame perijt.Pſal.21.Longe a ſalute mea verba delictorum meorum. Petere ea quæ non expediunt ad ſalutem,ſunt verba delictorum. Non enim hoc a virtutibus, ſed a vitiorum corruptione procedit. Vnde & dæmones ad maiorem ſui damnationem petierunt mitti in porcos. Non enim dat dominus infirmo quicquid petit,ſed ſolum vtilia.Solœciſmus enim vitium eſt in oratione ex incongruitate cauſatum. Hoc autem fit quando orat quis quod non debet, vel quando non debet, vel ſicut non debet. Tunc enim accidentia nõ congruũt orationi. Dicitur tertiò,ꝙ oratio peccatoris ad Deum multum debet eſſe clamoſa & grandis, loquendo de interiori clamore cordis,iuxta illud.Pſ.26.Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te. Si enim Deus multum diſtare videatur a peccatoribus,iuxta illud. Pſal. 118. Lõge a peccatorib.ſalus opus ẽ eis exaltare vocem cum clamore.Si quis.n. eſſet in profundo abyſſi, neceſſe eſſet eũ inuocare multo clamore qui altus eſſet. Sic peccator,de quo Pſal.68.Infixus ſum ĩ limo profundi.Et iterũ. Pſ.129. Depro fundis clamaui ad te domine.Cum tamẽ ſcriptum ſit. Pſ.90.Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Vnde Albertus dicit.13.de animalibus,ꝙ eſt genus quoddam falconũ altiſſimè volans: ideo oportet ipſum altiſſimè reclamare,ut ad manum reuertatur. Chriſtus valde altè volauit in ſua aſcenſione, quia volauit ſuper Cherubin & ſuper pẽnas ventorũ. Ideo ſi ad nos reuerti debeat per eius gra

tiæ

audiuntur ad ſuam dãnationẽ.

A Oratio. Oratio peccatoris multum debet eſſe clamoſa.

tiæ infuſionem, vel pietatis condeſcenſionem, oportet ipſum valde reclamare, ſicut ille qui dicebat. Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ, & tunc poteſt illud Pſalmiſte dicere. Pſal. 29. Audiuit dominus & miſertus eſt mei. Orige. homi. de Chana. Si hominem interrogare volueris, quid faciat, dicet ꝙ non dormit, aut non vacat, aut certè nō dignatur tibi reſpondere. Ad Deum aũt nihil horum opus eſt, ſed vbicunque fueris & inuocaueris, a Deo eſt auxilium. Si enim petat gratiam, & confiteatur peccata, facile ei indulgetur, quia vox illa in confeſſione clamoſa eſt, quæ totam cęli curiam excitat ad pietatem & paſſionē. Pſal. 118. Vias meas enuntiaui & exaudiſti me. Et iterum. Pſal. 36. Reuela domino viam tuam, & ſpera in eo de venia, & ipſe faciet. Deus enim audit peccatores, iuxta illud quod canit eccleſia. Peccatores, te rogamus audi nos. Vnde & Matth. 16. dicitur. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quia rogaſti me, quia ille nequam rogauit eum, ideo dimiſit ei. Econtrario verò iuſtus facilè & ſine magno clamore exauditur, quia intus habet ad quem clamat. Pſal. 4. Cum inuocarem, ideſt intus habitum per gratiam ad amplius habendum vocarem, exaudiuit me. Quidam enim vocãt nec intus habitum nec intus habendum, vt fures & peccatores qui eum orant, vt habeant facultatem explendi malitias ſuas. Alij vocant eum non intus habitũ, ſed habendum vt qui ſub Deo peccant, nec tamen a pijs lachrymis recedunt, & iſtos exaudit, ſed non facile. Alij ſunt qui eum extra vocant, ſcilicet pro temporalibus quos ſæpe non exaudit dominus, quia non petunt ad ſalutem. Oſeæ 5. In gregibus & in armentis ſuis vadũt ad quærendum dominum, & non inuenient. Ideo debemus cum iuſtis eum intus iam habitum inuocare. Qui inter montes clamat, ſæpe audit ſonum echo. ideſt vocem ſuæ voci ſimilem. ſecundum Pſal. 35. iuſtitia eſt ſicut mõtes Dei. Ideo qui inter montes clamat faciendo Dei iuſtitiam, audit reſponſionem fieri ſibi conſimilem, quia ſi clamat iuſtus libera me, audiet vocem ſimilem dicentem, liberabo te. Clamat enim iuſtus in tentatione velut obſeſſus a diabolo, vel membris eius, quærens a domino ſuccurſum & ſibi denuntians obſidionem, dicens illud. Pſal. 21. Concilium malignantiũ obſedit me. Clamat & peccator non obſeſſus, ſed iam poſſeſſus. Facilius autē eſt liberare obſeſſum quàm poſſeſſum. Sicut enim conſueuit populus contra tria clamare pericula, ſcilicet contra aquam ignem, & hoſtes. ſic emittit iuſtus clamorem contra triplex genus tentationis, ſ. contra carnalem concupiſcentiam, quæ per ignem ſignificatur. Contra terrenam & mundanam, qui per aquam ſignificatur. Et contra diabolicum bellum, quæ propriè eſſe hoſtis dicitur. Hæc pericula timebat Dauid dicens. Pſal. 114. Et pericula inferni inuenerunt me. Dicitur quartò, ꝙ ſi oratio peccatoris ex bono deſiderio procedat, Deus ipſam audit & exaudit, non quidem ex iuſtitia, ſed ex pura miſericordia. Et hoc obſeruatis quatuor cōditionibus: vt ſcilicet ꝓ ſe petat, & piè, & ꝑſeueranter, & neceſſaria ad ſalutem, quæ in ſequentibus ſermonibus diffuſius explicabuntur. Et ad verbum cæci dicitur, ꝙ erat verbum cæci nondũ interius illuminati. Et ſic non eſt illud tenendum tanquam aſſertiuè dictum, ſed ſicut a cæco recitatum. Tertiò, ad præparationem cordis ad orandum requiritur munda operatio. Iob 8. Si ad Deum omnipotentem deprecatus fueris, ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtabit & euigilabit ad te. i. exaudiet te. Apud Deum enim neceſſe eſt vt oratione operatio, & operatione oratio fulciatur. Thren. 3. Scrutemur vias noſtras, & quæramus & reuertamur ad dominum. Leuemus corda cum manibus ad Deum in cęlum. Sed quidam ſimiles ſunt cuidam mulieri facienti caſeum, ad quem catus veniebat, quem manu percutiendo repellens, iterum atque iterum illa manu ſuper caſeum ponebat dicēs. Deus det mihi mundum caſeum facere. Sic multi vitam mundam petunt a Deo, ſed malis operibus manus inquinant. De quibus Gen. 27. Vox quidem vox Iacob eſt. i. re

Peccator quõ exauditur.

ctì

cti & ſimplicis hominis,ſed manus: manus ſűt Eſau,ideſt venatoris & raptoris.

De pœnitentia ſermo 34. & de oratione tertius per thema præcedens.

B *Aqua. Aqua ſapientiæ ſalutaris vtilis eſt in huius ſeculi ſolitudine.*

IN ſolitudine deſerti vix inuenitur aqua.Pſal. In terra deſerta in via & inaquoſa. Propter quod Gen.36.Memoratur ſcriptura Anã inueniſſe aquas calidas in ſolitudine, tamquam hoc ſit rarum & precioſum. Rarum enim eſt in ſolitudine huius ſeculi inuenire aquas feruentes deuotionis. Ambulaturi ergo deſertum viam trium dierum, neceſſe habemus inuenire aquam.Oportet ergo doctores & ductores gregis hanc inuenire,& de hac prouidere. Propterea dicebat vnus eorum illud. Pſal.118. Os meum aperui ad orationem, & attraxi ſpiritum, vt ipſi prius repleti aqua ſapientiæ ſalutaris illam refundãt in alios, & flante ſpiritũ Dei fluant aquæ, iuxta illud. Pſal. Flabit ſpiritus eius & fluent aquæ. Intolerabilis enim inſania eſt de vaſe vacuo velle inebriare conuiuas, & ad vas vacuum importuniſſimè muſitare. Vulgo enim dicitur ꝙ nubes hauriũt aquam de mari, & arcus cœleſtis(qui & iris) de fluminibus,quam poſtmodum refundunt in pluuiam. Sic verba ipſa prædicationis per deuotionem & zelũ velut aqua gratiæ imbibenda ſunt a doctoribus, vt redundantiſſimè veniant ad auditores.Eccl.11. Si repletę fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. *Prædicatoris munus.* Ideo oportet prædicatores antequam effundant aperire os ad orationem, aliter cathedram non aſcendant. Omne enim donum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum.Iac.1. Sed inueniuntur nubes ſine aqua, quæ a ventis circunferuntur. Iudæ 1.Quę imbrem ſapientię non effuderunt,ſed ſeipſos volunt innoteſcere, non Chriſtum. Vulgo dicitur. Exire non poteſt de ſacco, niſi quod in eo eſt. Et quia ventoſi ſunt,& ventum vanæ laudis ſeminant, meritò turbinem æternæ tempeſtatis inde metent. Oſeæ 8.Sed cum implete fuerint a Deo, tunc verum erit quod legitur Eccl.39. Et ipſe tanquam imbres emittet eloquia ſapientię ſuæ ſuper terram & arbores, vt creſcant & fructificent. Arbores enim dicuntur homines.Mat.8. Video homines velut arbores. Arbor enim dum cecidit, vel abſciſa eſt, non valet niſi ad ædificium, vel incendium. Sic cum præſcinditur homo per mortem, ſi bonus eſt, vtilis eſt ad ædificium cęleſtis Hieruſalem:ſi malus, ad incendium gehennę diſpoſitus. Sed cum manet arbor erecta & bene rigata, tunc bonos fructus facit.Sic dum viuimus in mundo bona opera facere poſſumus, ſed tamen rigati aqua de cęlo, quam quæremus a terra illa, vnde fons viuus exiuit, vt ea nos dignetur potare, dicentes. Aue. *Arbores dicũtur homines.*

Quia in præcedenti ſermone dictum eſt, qualiter mens ſe debet præparare ad hoc, vt eleuetur ſurſum in Deum pro orationem:Nunc dicendum eſt de impedimentis obſtantibus huic eleuationi mentis in Deum,& orationi & eius cõtinuationi. Circa quod quæruntur duo. Primum eſt, quæ ſunt impedimenta ne mens eleuetur in Deum. Secundum eſt, ſi oratio debeat eſſe diuturna, & multũ debeat continuari. Ad primum dicitur ꝙ quatuor inueniuntur impedimenta ne mens facilè ſurſum eleuetur in Deũ. Primum eſt vana occupatio qua cor noſtrum circa terrena occupatur & inclinatur,& cęleſtia negligit. Quod ſæpe viris ſecularibus contingit, qui licet in ore verba habeant orationis,tamen in corde habent cogitationes vanæ occupationis, de quibus Eſa.29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum &c. Contra quos Iſidorus.Oratio cordis eſt non labiorum, neque Deus verba, ſed orantis cor aſpicit. Propter quod Petrus volens orare, aſcendit in ſuperiora domus,ne ab oratione impediretur.Act. 11.Hoc enim primo docet natura auiũ. Aues enim prædaces non ſedendo, ſed volando tantummodo capiunt prædam. Ita anima noſtra cuius prędа eſt Chriſtus,cuius carne & ſanguine cibatur in præſenti, & in futuro ſatiabitur: iuxta illud. C *Oratio. Quatuor impedimenta ne mens eleuetur in Deũ.*

illud. Pſal.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua; non poteſt hanc prædam cõſequi niſi ſublimi volatu, quia ipſa præda iam aſcendit (vt dictum eſt) ſuper Cherubin, & volauit ſuper pẽnas ventorum, ideſt fortitudinem & agilitatem Angelorum. Secundò, hoc docet ſenſibilis experientia. Vehementia enim impreſſionis alicuius rei in ſenſu impedit cognitionem, & viſionem alterius, vt homo qui longo tempore fuit in niue, propter ſpecies vehementer impreſſas in oculo non bene videt res alias. Sic homo qui vehementer habet impreſſionẽ iſtorum temporalium, quando intrat eccleſiam, ad Deum non attendit, propter vehementem illam impreſſionem, ſimilis illis inſanis, de quibus Bern. Sicut inſani non res ipſas, ſcilicet ſuas phantaſias vident, ita mens auari vinculis cupiditatis aſtricta, ſemper aurum, ſemper argentum conſiderat, & gratius videt aurum, quàm ſolem. Thren.3. Oppoſuiſti nubem ne tranſiret oratio, quod ita exponit Greg. Nubes eſt ſolicitudo mundanorum, quæ ita animã peccatricẽ capit, vt affectum in oratione habere nõ poſſit. Tertiò, hoc docet ſcriptura. Vnde Pſ.45. Vacate, ſcilicet a curis ſeculi, & ſic mentem eleuando videte, quia ego ſum Deus Propter hoc ordinatur ſabbatum, vt vacent homines a curis ſeculi, & intendant Deo. Et iterum. Pſ.36. Subditus eſto domino, & ora eum: Ibi enim præmittitur ſubiectio rõni. Nã ſi mens immerſa eſt curis mundialibus, & ſubdita mundo: nõ poteſt ſe leuare ad Deũ. Subdita vero anima Deo per timorem, facile ſe poteſt ad Deum leuare. Quartò, hoc docet ars muſica. Nã (vt inquit Iſid. lib.3. Etymo. loquens de prima diuiſione muſicæ) vox dicitur cæca, quæ mox vt emiſſa fuerit conticeſcit, atque ſuffocata nequaquam longius producitur, vt in fictilibus patet. Quæ autẽ ſunt vaſa fictilia, niſi corda hominum terrænorum? De quibus Pſ.2. Tamquam vas figuli confringes eos per mortem. Habent enim corda igne auaritiæ cocta, & durata. Ideo vox eorum cæca eſt, nec apta ſuaui melodiæ qualem Regem decet audire. Ideo ſicut meritò eſſet irridendus, qui pſallendo uas fictile crederet facere melodiam regiæ maieſtati, ſic qui corde fictili, ideſt lutoſo & terreſtri pſallendo, credit Deo placere. Vox enim cum ſit cæca, mox emiſſa conticeſcit. 1. Reg.2. Impij in tenebris conticeſcent, neque longius ducitur, & per conſequẽs in cęlum non aſcendit, & ſic dominum non attingit. Bern. in meditationibus. fieri non poteſt vt cum Deo loquatur, qui cum toto mundo tacens fabulatur. Vnde petit Pſalmiſta orationem ſicut incẽſum ſurſum dirigi Pſal.140. Vas enim incenſi aperturas habet in ſuperiori parte, ſed inferius ſolidũ eſt, ad denotãdum ꝙ oratio noſtra tẽdere debet ad ſupna, & terrena ad terrã relinquere. Quod ſignificatur per eleuationem uocis in lectione euangelij, & depreſſionem vocis in lectione veteris teſtamenti. Secundò, impedit aſcenſum hunc abundantia deliciarum. Pſalm.31. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ, ad eũ non approximabunt. Aquæ.n. multæ & inundantes ſunt deliciarũ abundãtia, q̃ mergunt hominẽ ĩ interitũ. Gen. 49. Effuſus es ſicut aqua nõ creſcas. ſ. vt ad eũ puenias. Iõ carnis maceratio vt ieiunium, multum iuuat orationem. Hinc Dauid.34. Humiliabam in ieiunio animam meam. i. animalitatem meam. Et propter hoc oratio mea in ſinu meo cõuertetur, id eſt mihi proderit. Tertio impeditur aſcenſus huiuſmodi vaga cogitatione, & mentis euagatione: qua cor noſtrum ex infirmitate & fragilitate humana per varias cogitationes, & quandoque ſordidas ad ipſum peccatum inclinantes fluctuat & vagatur. Quod etiã quandoque viris perfectis contingit, quorum quidam dicebat. Pſal.39. Cor meum dereliquit me. Ideo neceſſaria eſt homini ſic vaganti interna recollectio. Mens enim occupata circa ſenſibilia, non poteſt libere aſcendere in Deũ. Inde viri contemplatiui ſedent ſolitarij & tacent. i. colloquia & conſortia hominum fugiunt, & ſic ſe ſupra ſe leuant, iuxta illud Thren.3. Sedebit ſolitarius & ta-

Mundiales curæ valdè orantem impediũt

Oratio vagantis non prodeſt.

& tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe. Inde ſaluator nocte ſæpe orabat: deſignans eſſe tempus conuenientiſſimum ad iſtam recollectionem. Vnde quidam frater in vitis patrum dicebat. Sicut in fonte turbato non poteſt quis videre faciem ſuã, ſic mens occupata cogitationibus immundis, non poteſt orare Deum. Quartò impeditur huiuſmodi accenſus in Deum ficta oſtentatione, quando coram hominibus oramus, & tunc faciliter ad vanam gloriam incitamur. Et ſic plerunque quod per deuotionem incepimus, ad noſtram oſtentationem terminamus ſimiles gallinæ, quę cum poſuerit ouum, immediatè cantat, & denuntiat ſe poſuiſſe: & tunc venit aliqua mulier, & accipit ouum, & ſic gallina perdit quod poſuit, ſic & nos in orationibus. Ideo conſuluit Chriſtus in ſecreto orare, dicens. Mat. 5. Cum oratis non eritis ſicut hypocritæ qui orant, vt videantur ab hominibus. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Hinc dominus communiter ſolus orabat, & ſecretum locum quærebat. Hinc Leui. 16. Caper emiſſarius qui peccata portabat populi, mittebatur in deſertum: vt ſacerdos qui portare debet peccata populi, ſecretum orationis eligat. Vnde aiebat Pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo. i. in ſecreto meo conuertetur. Et ita ſeruari debet oſtium, ne filius Saulis Hisboſeth ab hoſtibus intrantibus (ancilla malè ſeruante oſtium) occidatur. i. oratio ab intellectu genita in aſcenſu mentis in Deum. Similiter ne mala vxor virum expellat a domo. i. mala cogitatio vanæ glorię. Ideo ſuper allegatũ Mat. 5. Tu autem cum oraueris. Chryſ. ait. Hoc propoſito Chriſtus vetat in cõuentu. i. in publico orare, ne a conuentu videamur. Ideo orando in publico nullã nouitatem, vel ſingularitatem facere debemus, per quam homines ad nos videndum inclinentur. Nec tamen (vt dicit Aug. in lib. de ſermo. do. in monte) videri ab hominibus nefas eſt, ſed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris. Sed circa hoc quidam diſcipulus Bernardi petijt ab eo, quare dicebat dominus. Clauſo oſtio ora patrem tuum: cum ſcriptum ſit ibidem. Luceant opera veſtra bona coram hominibus? Reſpondit Bernar. Qui habet paruum lumen religionis & charitatis de nouo ſuccenſum ad modum candelæ, occultandum eſt, quia citò extinguitur ſi vento exponatur. Ideo dicebat Pſal. 109. Anima mea in manibus meis ſemper. Inter manus paruam candelam accenſam tenemus: ne a modico vento extinguatur. Sic anima noſtra in operando & orando ſecretò abſcondatur ſub dio, ne a vento vanæ gloriæ extinguatur. Qui autem maximam habet charitatis fornacem, diù & benè ſuccenſam, cum exponitur vento, magis ſuccenditur: vel vento Auſtralis proſperitatis vel adulationes, vel tentationi vanæ laudis, vel Aquiloni aduerſitatis.

A Oratio. Quõ orãdum eſt oſtio clauſo.

Quo ad ſecundum quæſitum videtur ꝙ oratio vocalis non debeat eſſe diuturna, quia Mat. 6. dicitur. Orantes nolite multum loqui: & ibidẽ Chriſtus modum orandi præfixit breuem, & ſine prolixitate per inſtitutionem orationis dominicæ. Sed contra eſt illud Luc. 18. Oportet orare, & nunquam deficere. Et 1. Theſſa. 5. Sine intermiſſione orate. Ad quod dicitur primò, ꝙ duplex eſt oratio. Vna communis, quæ per miniſtros eccleſię Deo offertur in perſona populi, & talis debet eſſe vocalis, vt populo pro quo ſit innoteſcat. Alia eſt ſingularis, quæ ſit a ſingulari perſona quacunque, ſiue pro ſe, ſiue pro alijs: & de tali non eſt neceſſe ꝙ ſit vocalis. Hoc tamẽ expedit multis de cauſis. Primo ad excitandum ſanctum deſiderium, & interiorem deuotionem qua mens eleuatur in Deum. Auguſtinus ad Probã. Verbis & alijs ſignis ad augendum ſactum deſiderium noſipſos acrius excitamus. & ideo huiuſmodi vocibus & ſignis tantum eſt vtendum, quantum ſufficit ad mentem excitandam. Si vero per hoc mens detrahatur, vel qualitercunque impediatur, a talibus eſt ceſſandum. Quod præcipuè illis contingit, quorum mens ſine huiuſmodi ſignis eſt ſufficienter deuota, de quibus Pſal. 26. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. ſicut 1. Reg. 1. legitur de

B Oratio. Vtrum oratio debeat eſſe diuturna.

C Oratio. Expedit orationẽ ſingularis perſonæ vocalem eſſe.

de Anna, quæ loquebatur cum Deo in corde ſuo. Secundò, conueniens eſt vox in oratione, quaſi ad redditionem debiti, vt.ſ.homo ſeruiat Deo ſecundũ illud totum quod habet ab eo.i.non ſolũ mẽte, ſed & corpore. Et hoc maximè conuenit orationi, ſecundum ꝙ eſt ſatisfactoria. Oſeæ vlt. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. Rom.6. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ. Tertiò, vtilis eſt oratio vocalis quaſi ad quandam redundantiam lætitiæ diuinæ in corpus, iuxta illud Pſal. Lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea. Dicitur ſecundò, ꝙ oratio communis facta per miniſtros eccleſiæ, licet vtile eſſet vt continuaretur, tamen propter aliquas cauſas expedit eam eſſe breuem. Primũ patet, quia quandiu durat incendium, clamandum eſt contra ignem: ſicut videmus in incendijs domorum, vbi continuatur clamor dum durat incendium. Cum igitur in tota eccleſia (quæ eſt domus Dei) ferueat ignis, vel iræ, vel luxuriæ, vel alterius peſtium, videtur ꝙ ſemper ſit orandum & clamandum contra huiuſmodi vitia. Item quandiu durat bellum, reſonandum eſt tubis contra hoſtes. Orationes autem ſunt tubę, & tentatio eſt vita hominis ſuper terram. Si ergo toto tempore belli eſt vociferandum: nulla parte vitæ iſtius vel modica vel grandi ceſſare licet ab oratione. Sicut enim pulliculus quando ſentit matrem uenire aperit roſtrum uerſus cœlũ vt ſuſcipiat alimentum, ſic cum frequenter nos viſitat Deus per inſpirationẽ ſuã quaſi ſemper debemus habere os apertum per orationem deuotam. Secunda pars patet, quia uniuſcuiuſque rei quantitas debet eſſe proportionata fini, ſicut potionis quantitas proportionatur quantitati morbi. Ideo vtile eſt ꝙ oratio tam diuturna ſit, quantum expedit ad excitandum interiorem deſiderij feruorem. Cum vero hanc menſuram excedit, ita ꝙ ſine tedio prolongari non poſſit, non eſt ulterius oratio protelanda. Ideo Auguſtinus ad Probam approbat conſuetudinem quorundam fratrũ in Aegypto: qui crebras dicuntur habere orationes, ſed tamen breuiſſimas & rapti quodam modo iaculatas: ne per productiores euaneſcat deuotio & hebetetur intentio. Quod licet attendendum ſit etiam in oratione ſingulari per comparationẽ ad intentionem orantis: ſic in oratione cõmuni per comparationem ad deuotionem populi aſtantis. Vnde propter multa debet abbreuiari huiuſmodi oratio. Primo propter ipſum populum aſtãtem ne tedio afficiatur, ne dicat illud. Pſ.18. Dormitauit anima mea prę tedio. Prolixitas enim orandi Deo non diſplicet, niſi vbi impedimentum alijs pręſtat orandi, ſicut patet in ſacerdotibus qui miſſas adeo longas faciunt, ꝙ tedio ſuę prolixitatis corda circumadſtantium a gratia deuotionis areſaciunt, & omnem refectionem ſpiritualem quam ſumere deberent in moleſtiam vertunt. Et de illis populis dicere poteſt. Pſ.68. Dederunt in eſcam meam fel. Et huiuſmodi hominum ſtultitia eſt, vt pro pugillo deuotionis, vel compunctionis qui eis tribuitur, deuotionẽ populi auferant & effundant. Ibi ergo breuis debet eſſe oratio, vbi breuitas aliorum orantium breuitati deſeruit. Sed multi ſunt ex oppoſito ſacerdotes, qui ita breues faciunt orationes & miſſas quaſi ſimia balbitantes, ꝙ aſſiſtentes commouent ad riſum, vbi ad deuotionem deberent cõmouere. Oportet enim, vt Deus diligenter feſtinet ad intelligendum, quia illi mirabiliter feſtinant ad balbitandum, de quorum quolibet dicitur illud. Pſal.147. Velociter currit ſermo eius. Ille dicuntur miſſæ curiæ & potatorum ac venatorum. Secundò, debet abbreuiari propter infirmitatem corporis. Vnde in quibuſdam religionibus tam diuturna eſt eorum pſalmodia & eorum oratio, vt quandoque nauſeat anima & corpus ſuper cibo iſto leuiſſimo. Multi enim propter tam longas orationes incidunt in melancholiã & debilitatem capitis & ſtomachi. Ideo abbreuiandæ ſunt, ne quid nimis: & ne quod debet eſſe in ſubſidium animæ & corporis, vertatur eis in diſpendium. Ar-

D Oratio. Propter multa abbreuianda eſt oratio cõmunis.

matura

matura enim paulo longior & improportionata membris orantis magis impedit pugnam quàm adiuuet. Propter quod & Dauid contra Goliath cum armis Saul non potuit incedere, quia eo maiora erant. Sic orationes nimiùm longæ grauant perſonam orantis. Tertiò, propter aliam occupationem qua homo occupare ſe tenetur. Quod innuit dominus Exo. 14. Cum ad Moyſen orātem dixit, Quid clamas ad me loquere filijs Iſrael, q.d. Nolo vt ſemper inſiſtas orationi, doctrinæ etiam & operi bono eſt aliquod tempus impendendum. Et ideo artifices qui operantur in ſuis negotijs pro ſuſtentatione vitæ breuiores debent habere orationes. In cithara quanto chorda breuior, tanto ſonus acutior & eleuatior. Sic talibus oratio breuis ſufficit ad dominum, vt vacare poſſint meritoriè negotijs ſuis. Et ad hoc debent introduci, vt mane ad orationem accedant antequam ſua aggrediantur negotia. Nam nihil magnum abſq; oratione inchoari debet. Dux enim debet eſſe oratio eorum quæ grandia agimus. Vnde Mat. 26. Hymno dicto, exierunt in montem oliuarum. Eſa. 30. Ordimini telam & non per ſpiritum meum, & os meum non interrogaſtis. Os domini nō interrogat, qui Deum orando ab oratione factum non inchoat. Dicitur tertiò, ꝙ illud dictum Apoſtoli ſine intermiſſione orate, poteſt quadrupliciter intelligi. Primò, ꝙ præcipiat aſſiduitatem orationis, & eiuſdem continuationem: & ſic non eſt poſſibile illud implere. Nec enim dominus illud fecit nunc orans, nunc miraculis & prædicationibus intendēs. Graue nimium eſſet ſic ſuſpendere mentem ab exterioribus ad Deum propter tria. Primò, propter grauitatem noſtri corporis trahentis animam deorſum. Qui enim orat eſt quaſi vir qui ſurſum aſcendit poſt ſe trahens molam corporis ſui. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Secundò, propter exteriora quæ trahunt animum ad ſe ne ſurſum aſcendat. Vnde ſequitur ibidē. Et deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Tertiò, propter diabolum, qui quantum poteſt impedit orationem. Eſt enim inimicus homo ſuperſeminans zizania, vt ſuffocet tritici fructum. Mat. 13. Inimicus homo hæc fecit, quia in orationes diuerſas cogitationes immittit per quas homines ab oratione retrahit, quæ ſunt immiſſiones per Angelos malos. Greg. 2. dialogorum in vita beati Benedicti. In monaſterio quodam monachus quidam non poterat ad orationem ſtare, & multoties correptus ab Abbate non ſe corrigebat, ſed ſemper exibat ad aliquod negotium ſeculare: quod cum ſignificatum fuiſſet beato Benedicto, & oratum fuiſſet per triduum, dixit Pontiano Abbati & beato Mauro. Non videtis qui hunc extrahit? Qui cū oraſſent, vidit Maurus paruulū Aethiopem per fimbriam veſtimenti eum trahentem. Et finita oratione beatus Benedictus eum uirga percuſſit: & tūc quaſi fugiſſet dæmon in oratione permanſit ille monachus. Impedit.n. diabolus orationem, quia oratio impedit eum. Vnde in hiſtoria tripartita, cum Iulianus apoſtata mitteret ad Perſas diabolum, vt ſciret quid ibidem ageretur, per decem dies fuit impeditus dæmon ne tranſiret propter orationem cuiuſdam monachi Iuliani, qui inceſſanter orabat, vt ipſemet dæmō retulit eidem apoſtate. Secundò, poteſt intelligi quis ſine intermiſſione orare, quando alia ſibi impoſita officia, nec propter orationem intermittit aut negligit, nec propter illa ab oratione deſiſtit. Et ſic orationis aſſiduitas ſeruatur cum tempore ſuo & loco, ſaluiſque alijs officijs eidem prout decet inſiſtitur. Quemadmodum quis ieiunare dicitur, qui vnica refectione in die contentus eſt, & cum comedit ieiunare dicitur, quia ſe abſtinet a pluribus refectionibus. Sic ſemper orat ille & non deficit ab oratione, qui horis ad orandum deputatis orationem facit: vtputa cum eccleſia orare ſolet dicendo matutinas vel veſperas, quia non deficit ab opere qui exercet illud tempore & loco quibus exercere debet. Ideo multum deficiebat ille eremita, qui ſuperueniens inuenit fratres non orantes, ſed laborantes. Quibus

A Oratio. Nihil grāde ſine oratione debet inchoari.

B Oratio. Qūo oportet ſine intermiſſione orare.

C Propter multa difficile eſt animam leuare ſurſum.

Oratio ſæpe a Diabolo impeditur.

bus ille. Operamini, non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam. Quod cum audiſſent fratres conduxerunt eum in oratorium, vt ibidem comederet cibum Angelorum. Cum autem ibidem diu fuiſſet, nec quiſquam ei cibum corporis detuliſſet, tandem fatigatus rediјt ad fratres quærens cur cibum ei non dediſſent. Cui aiunt, quia tu corporali cibo non indiges, qui cibo frueris Angelico. Qui cognoſcens ſe eſſe hominem non Angelum, ad laborem ſicut cęteri fratres ſe contulit. Tertiò, poteſt quis intelligi ſine intermiſſione orare, qui inceſſanter bene agit: ita ꝙ etiam videtur Pſal. 9. Triplicem orationem diſtinguere cum dicit. Lætabor, & exultabo in te, pſallam nomini tuo altiſſime. Lætitia enim eſt gaudium intrinſecus latens in oratione mentali: exultatio extrinſecus patens in oratione vocali. Exultatio enim importat vehementiam gaudij, quod non finit ſe totaliter occultari. De quibus duobus dicitur Abac. 3. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Sed pſallere eſt opus manuale, quo tangitur pſalterium quod eſt inſtrumentum muſicum: & hæc eſt oratio manualis. Significat enim illud pſallere bonam operationem ad Dei laudem factam. Vnde cum cuidam venerabili ſeni dixiſſet quidam ꝙ ſine intermiſſione orandum eſſet. Reſpondit. Ego in labore ſemper oro, & de his quæ labore acquiro dono duos numos, & qui eos accipit orat pro me dum comedo & dormio, & ſic ſemper ſine intermiſſione oro. Conueniens enim eſt, vt omnis orãs ad Deum porrigat manum quem orat, ad accipiendum quod petit: & ita faciũt omnes mendicantes. Manu. n. & voce tẽdunt ad eum a quo ſibi bene fieri petũt. Manus autem in eam partem tendit, in quam & operatio. Et ideo petit illam impleri ab eo cui manum porrigit, ideſt pro quo operatur. Ideo contrarius eſt ſibiipſi qui orando petit voce a Deo, & manu a diobolo. Dicitur quartò ſecundum Petrum Cantorem, ꝙ illud dictum, nolite orantes multum loqui per ſeipſum ſoluitur. Nam ſubditur ſicut Ethnici faciunt. Putant enim ꝙ in multiloquiõ exaudiantur. Gloſ. Gentilibus erat neceſſaria verborum multiplicatio propter dæmones, qui neſciunt quid illi peterẽt, niſi illorum verbis inſtructi. Damnat enim Chriſtus multiloquium de infidelitate, ſed non multas lachrymas, multas obſecrationes in cordis puritate, quod Sancti faciunt. Ieſus enim legitur pernoctaſſe in oratione: ſed verbotenus ſine affectione vacuas aures implere, quaſi per hoc audiatur malum eſt. Et licet ipſe Chriſtus orationem breuem inſtituerit, non tamen hoc fecit quaſi illis uerbis ſolum uti debeamus in orando, ſed quia quibuſcunque verbis utamur orando ad illa ſola impetranda tendere debet noſtrę orationis intentio, quæ in illa oratione dominica tacitè, vel expreſſe, vel implicitè breuiter continentur. Legitur enim Chriſtus pluries oraſſe, & non illa ſola oratione vſus fuiſſe. Quartò modo intelligitur ſine intermiſſione orare, quia ſine intermiſſione occaſionem habemus orandi. Auguſt. de verbis domini homi. 11. Tota vita iſta intelligentibus tribulatio eſt. Duo animæ tortores nos ſimul torquent, ſed cruciatum alternant. Horum duorum tortorum nomina ſunt timor & dolor. Quando tibi bene eſt times, quando male doles. Hæc Aug. Oportet ergo ſemper clamare in oratione, quia cauſam habemus ſemper clamandi. Pſal. 87. In die clamaui & nocte corã te. i. in proſperis & in aduerſis.

Oratio triplex.

Orare et non multum loqui quõ intelligatur.

De pœnitentia ſermo 35. & ſpecialiter de oratione quartus.

D

TRia ſunt orantium genera. Quidam ſolis labijs orant, alij ex ſolo corde, alij labijs & corde. Qui ſolis labijs orant doloſi ſunt, quia non habẽt in corde quod ore proferunt. De quibus Eſa. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt a me. Qui ſolo corde orant, deuoti ſunt, quia orationem ſuam a Deo tantummodo audiri & exaudiri volunt. Loquitur enim ad cor,

Oratio. De tribus generibus orãtiũ .ſ. labijs tãtum corde tãtũ; corde & labijs ſimul.

& cor

& cor ad eum loquitur:ſicut orabat Anna mater Samuelis. Qui vero corde & labijs orant, veraces ſunt, quia ſicut loquuntur, ita ſentiunt. Primi orando riſum faciunt Deo. Riſum quidem mercatoris qui vltra guttur non deſcendit, immo riſum ſimiæ quæ balbitando patroloquium dicere videtur, & quando vult alicui facere feſtum balbitat. Secundi Deo faciunt riſum Abrææ, qui loquēdo Deo riſit in corde ſuo. Tertij faciunt riſum Saræ, quæ Iſaac.i.riſum de viſceribus extra producens dicebat. Riſum fecit mihi dominus. Primi tantum labia mouent circa dentes non circa cor: de quibus Iob.19. Derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos. Et ideo labijs doloſis cum Deo agūr, de quibus. Pſal.5. Linguis ſuis doloſe agebant. Propterea orabat Pſal.16. Auribus percipe domine orationem meam non in labijs doloſis. quæ ideo doloſa ſunt, quia non a Deo ſed a doloſis aperiuntur. Pſal. Labia noſtra a nobis ſunt, ſcilicet aperta: ſed aliorum, Deus aperit ora, vt immittat ſpiritum cordi, iuxta illud. Pſal.118. Domine labia mea aperies. Inde dicebat. Pſal.118. Os meum aperui ad orationem, & attraxi ſpiritum: quem a Maria requiremus dicentes. Aue.

A
Ira Dei. Quō ira Dei ſeuit ī populū & mitigatur.

Poſtquam dictum eſt de modo præparandi ſe ad orationem, & de impedimentis quæ ſe orationi debitè obijciunt. Nūc dicendum eſt de effectibus ipſius orationis. Triplices autem videntur effectus orationis. Primus eſt mitigatio iræ Dei, contra quam ſæpius orans Pſal miſta, & iam exauditus dicebat. Pſal.84. Mitigaſti omnem iram tuam, & auertiſti ab ira indignationis tuæ. Tribulationibus enim quas immittit, vult ſuas vindicare iniurias. Narrat Titus Liuius lib.1. Primi voluminis, ꝙ ſi quando ciuitas aliqua iniuriam Romanis feciſſet, ſpoliādo eam bonis, vel iuribus ſuis, mittebant ſacerdotem ad eam qui ea repeteret. Et ſi non redderentur per eundem ſacerdotē elapſis trigintatribus diebus bellum indicebant. Et hoc modo ſacerdos haſtam ferratam aut ſanguineam ad fines eius ferebat, & præſentibus aliquibus ciuibus dicebat. Populus iſte eſt aduerſus populum Romanum, populus Romanus cum eo bellum indicit. Quod cum dixiſſet, haſtam in eorum fines mittebat. Sic ciuitas terreſtris ciuitati cęleſti iniuriam fecit dominum ſuum Regem honore ſibi debito priuando, nolendo ſibi ſubijci. Sed tamen expectatur correctio & ſpoliatorum reſtitutio. Sed quia patienter & diu ſuſtinuit, ideo nunc bellū indicit, quod fit quando per Angelos tribulationes immittuntur. Tunc enim in fines eorum haſta ferrata & ſanguinolenta immittitur, vtpotè quando datur afflictio & effuſio humani ſanguis. Pſal. 77. Miſit in os iram & indignationem ſuam, immiſſiones per Angelos malos. Iſte autem tribulationes quas immittit dominus duplices uidentur. Quædā exteriores per ſubtractionem bonorum temporalium, quæ ſenſibiliter affligunt. Aliæ ſunt multo grauiores, quāmuis nō ſentiantur a multis, quæ procedunt ex conſcientia mala. Dicit Plinius lib.8. ꝙ a cęlo duo influunt ſuper cæteres malorum genera, vnum quod tempeſtatem vocamus, ſicut procellæ & grandines & huiuſmodi. Aliud quod ſilentio ſerenis noctibus accidit nullo ſentiente. Et illud genus longè peius eſt primo, & magis ſe diffundit: quod quidam rubiginē, quidam eruginem, omnes vero ſterilitatem vocant. Sic de malis quæ Deus immittit, quædam ſunt manifeſta ſicut exteriora, quędam occulta ſicut interiora: ſicut priuatio gratiæ, & deſtitutio boni regiminis, & difficultas ad bonum, quæ in rei veritate ſunt grauiora, quamuis minus in præſenti ſentiantur. Sunt enim quaſi ſterilitas animæ & peſtis eius. Ideo de peccatoribus dicitur. Dedit erugini fructus eorum. Et Thren.7. Gladius foris, & fames & peſtis intrinſecus, & ſecundum malum eſt peius primo, quia Thren.1. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame. Contra autem iſtas tribulationes ſummum remedium eſt oratio, quæ eſt ſacrificium inter omnia ſacrificia quæ fieri poſſunt ad Deum placandum acceptiſſimum. Pſal.50. Sacrificium enim Deo ſpiritus cōtribulatus,

B
Tribulatio. Deduplici tribulatione exteriori & interiori.

C *Ira Dei. Quō poterit placari Deus.*

tus,qui inter anguſtias dicit.Pſ.114.Tribulationē, & dolorem inueni:& nomen domini inuocaui. In quo ſacrificio ad placandum Deum primò oportet vitia cordis mactare gladio pœnitentiæ.& cōburere igne iræ vel ſancti deſiderij. Nā ſi iraſceris pulici mordenti, & occidis ſi potes: quanto magis vitia quæ te ad interitum ducunt debes occidere, & cōtra ea iraſci? Sunt enim hoſtes ſpirituales cum quibus nunquam oportet facere pacem, ſed ſemper impugnandi ſunt. Inimicis autem corporalibus debet quis exibere ſe pium & miſericordem: iuxta illud. Benefacite his qui oderunt uos. Iſtis aūt inimicis ſpiritualibus nihil debetur,niſi ignis ire,& gladius pœnitentiæ. Sed quæritur quomodo accenditur ignis in hoc ſacrificio orationis,cum videamus multum eſſe frigidi aut tepidi.

D *Sacrificium. Quō in ſacrificio orationis accenditur ignis.*

Dicitur primò, ꝙ ille ignis amoris, ſeu charitatis ſecundum Guil. Primo poteſt accendi ſtudio ſacrarum litterarum,iuxta illud. Pſ.118.Ignitum eloquium tuū vehementer:& ſeruus tuus dilexit illud. Sed multi totum tempus in ſtudio theologico conſumunt, qui non animo ſtudent,ſed auribus,& ſunt velut carbones mortui qui nunquam accenduntur quocumque flatu. Vel ſicut Salamādræ quæ cum viuant in igne, ab illo non caleſiūt. Vel ſicut ſerpentes qui ſunt in aquis ꝑ totum corpus, & tamen ſemper habent caput extra aquam.Ita & illi animo nō retinent,nec operantur; ſicut docet eos ſcriptura. Secundò accenditur ille ignis ex cogitatione beneficentiæ creatoris. Pſ.38.In meditatione mea exardeſcet ignis.Primò ex beneficijs naturæ,qualia ſunt eſſe & viuere. Secundò ex gratuitis donis, vt ſunt remiſſio peccatorum & pœnarum,dona virtutum & gratiarum. Tertiò,q͂a dedit ſeipſū nobis. Ezec. Ero illorū Deus. Quartò,quia dedit obſeq͂a creaturarum. vt cœli,ſolis, & lunæ,& totius mūdi.Similiter officia Angelorū & Sanctorū, qui ſunt noſtri cuſtodes ex dono Dei. Similiter reſpiciendum eſt in aerem,& ad uētos,terras, & aquas,quomodo piſces,herbas,fructus, aurum, & pecudes miniſtrant: & ſimiliter ad inſernum,vt nos cohibeamus. Omnia .n. propter nos fecit.

Ingratitudo hominis erga Deū.

Nūc interrogare oportet te hominem, quid peccauit Deus aduerſum te, vt eum diligere nolis, vel non poſſis? Dic ſi venialis eſt amor tuus quem emptorem alium a Deo expectas? Quicquid tibi mundus dare poteſt pro amore tuo maiora tibi Deus iam contulit, & ineſtimabilia (quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit) tibi præparat. Si liberalis eſt amor tuus, cui magis digno poteris dare? Et ſi amor tuus non niſi per vim & violentiā hri poſſit,nec fugere te vel abſcondere te poteris a calore eius.Immo tibi cōminat̄,niſi cōuerſi fueritis,gladiū,&c.i.ſupplitia ęterna,ſi nō dilexeris eum; & cuiuſcumque conditionis fuerit amor tuus,neceſſe eſt, ut ī illū proijcias eum,nec erit tibi euaſio aliqua. Si enim (vt inquit Seneca) vis amari ama. Exurge in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circumdabit te. Hoc eſt exhibe charitatem hominibus, & tu ab eo eris dilectus. Et iſte eſt ignis a quo neque homo, neque animal ſe abſcondit. Omnes enim diligunt diligentes ſe.

E *Amor. Quō amor in hoīe accēdi poteſt.*

Et ſi dicas vix caleſieri poſſum igne iſto, frigidus ſum & vix accendi poſſum. Dico primò, ꝙ lignum vel candela non accenditur, quam cito ignem tangit, ſed oportet ꝙ moram faciat. Sic per cogitationem beneficiorum Dei non immediatè accenditur homo, ſed paulatim per moroſam applicationem mentis ad ea. De quo igne dicitur Luc.12.Ignem veni mittere in terram. Et licet multi dicant orare nolentes. Quid hic faciam frigidus & aridus & vacuus omni deuotione? Iſti ignorant, quòd deuotio ſit donum gratis datum:& quòd velut præda cum quadam violentia de manu domini eripitur.

Deuotio eſt donū gratis datum.

Grauis enim eſt hominis ſtultitia, dum frigiditatem ſui cordis ſentit, ſi ad caminum ignis iræ negligit, nec vult illic accedere, donec ſe ſentiat calefactum. Eſt enim ſicut ille qui ſentit ſe habere ventrem vacuum & menſam refertiſſimam in cōſpectu eius poſitam,& dicere nō erubeſcit.Non accedā ad eam donec vētre pleno fuero ſaturatus.Quid

F Oratio. Qũo muſcæ cogitationũ fædãt orationis ſacrificium.

enim aliud eſt homo cor habens gratia vacuum deuotionis, niſi homo ventre ſpirituali eſcis ſpiritualibus vacuo? Quis autẽ ignorat ventrem huiuſmodi cibis & potibus in oratione repleri? Ignis.n. primo fumat, poſtea clarè ardet. Sic oratio in principio nullius ſaporis eſſe vr̃, ſed poſtmodum placet. Sed dicet quis, muſcæ cogitationum huic ſacrificio aduenientes omne noſtrum orationis ſacrificium fœdant. Ad quod dicitur primò, ꝙ ſi ignis deuotionis fuerit magnus, vix appropinquabunt cordi ſic ignito: ſicut nec ollæ bullienti: immo ſe comburent ad illum ignem. Aliquando tamen nihili pendere expedit importunitatẽ iſtarum muſcarum, & phantaſiarum, quia q nititur oẽs repellere, ſimilis eſt illi q vult in palmo retinere ventum. qui tamen velit nolit tranſit. Et qui vult omnium canum ne latrent ora claudere, neſciens ꝙ velocior eſt impetus torrentis obice poſito. Et maxime cum huius rei diabolus potiſſimum videatur artifex: ſimilis Euilmoradach de quo legitur, ꝙ mortuo patre Nabuchodonoſor, timens ne reſurgeret & Regnum ei auferret, de conſilio aliquorum corpus eius in multas partes diuiſit, & diuerſis vulturibus tradidit. Dixeruntq; ei ꝙ pater eius nõ reſurgeret, donec dicti vultures in vnum conuenirent. Sic diabolus timens ne homo reſurgat ad Regnum cœlorum, & oratione acquirat illud, diuidit cor humanũ quàm diuerſis malis cogitationibus ſolicitudinibus. Sed circa hoc accidit q̃ſtio Danielis Abbatis in quarta collatione patrum, quomodo ſæpe contingit, ꝙ quis in oratione ita alacris eſt animo, vt cum domino quaſi videatur ambulare, & quaſi mens eſſet plena ſpiritualibus fructibus, preces ſuas quaſi ad dominum peruenire ſentiret, & tamen ſtatim poſt & quaſi ſubito mæſtitia premitur, ita vt feruor omnis abſcedat repente oratione. Et ille conãs ſe ad deuotionem & directionem orationis priſtinam reuocare, non poſſit id facere: ita vt nec deſiderio Regni, nec metu gehennæ propoſito ab hoc letali ſomno vllo modo valeat mens excitari. Et ſic videtur homo a Deo derelinqui ſine feruore, & calore vitali ad Deum.

G Oratio. Qũo ſtat hominẽ quãdoq; deuotũ eſſe, & immediate nõ poſſe ad hoc peruenire.

Ad hoc dicitur primò ſecundum Salomonem. Eccl. 10. ꝙ muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti. Quod exponit Guil. Pari. muſcæ moriẽtes ſunt immũdæ, improbę, pũgitiuę, & volatiles cogitationes, & affectiones, q̃ deſtruunt deuotionem orationis, ſed non vt plurimum ſubſtãtiam, vel premium. Si enim ſint tantummodo cogitationes, vt nec eis conſenſus adhibeatur, vel delectatio, ſed pro viribus repelluntur tanquã improbæ, quæ inſtar muſcarum ſe ingerãt; ſaluum eſt orationis præmium & ſubſtãtia, & hoc ſi ſalua ſit charitas ex qua tanquam ex radice procedat oratio, & orationis meritum. Et propter hoc cum vna oratio ſit muſcoſa, & alia a muſcis libera: & ex eadem charitate procedãt; ſunt æquæ meritoriæ. Veruntamen loco ſuauitatis & deuotionis habet iſta muſcoſa oratio nobilem victoriam, qua ab huiuſmodi muſcis eripitur, & hoc ſtrenuitate mirabili. Nulla enim ſunt acriora certamina, nulli nobiliores triumphi, quam cum iſtarum muſcarũ exercitibus. Hoc apparet euidenter in cogitationibus blaſphemię, de quibus certum eſt, ꝙ hi qui eas patiuntur, vellent commutaſſe certamen earum in diſcrimen martyrij, & ſic viriliter agentibus, muſcarum iſtarũ improbitas materiam parat victoriæ & coronæ. Quæ ideo morientes dicuntur, quia moriuntur in fortiter agentibus cõtra eas. Vel quia i ſeipſis moriẽtes ſunt, niſi eas aut noſtra negligentia, aut moroſitate nutrientes ſeruauerimus. Qui vero muſcas iſtas ab vnguento & ſacrificio orationis non abigunt, Deo cui ipſa offeruntur illud abominabile reddunt. Quis enim ferculum quantumcunque precioſum ac ſplendidum muſcarum agminibus deſuper totum coopertum cuiquam apponere audeat, niſi cui nauſeam & abominationem prouocare velit? Quanto magis ergo Deo munus huiuſmodi orationis, non ſolum abominabile, ſed etiam contumelioſum eſſe verendũ eſt? Sic legitur Abraam abegiſſe volucres a ſacrificio. Moleſtum enim eſt & intolerabile, habitare in domo muſcarum agmini-

H Cogitatio. Muſcæ moriẽtes ſunt vanæ & improbe cogitationes.

I Muſcæ. Nobiliſſimum eſt certare cum muſcis.

minibus occupata. Et propter hoc declinat dominus muſcoſas cõſcientias. Sap. 1. Peruerſę cogitationes ſeparãt a Deo. Si ergo eas a domo conſcientię tuę non abigis, Deum ne in ea habitet abijcis. Horreas ergo eſſe Beelzebub, ideſt Deus muſcarum, vel vir quem muſcę poſſident, & inceſſanter detinent occupatũ. Nam quamdiu ſumus in Aegypto pręſentium tenebrarum, ſemper abundat iſta muſca grauiſſima. Hęc Guil. Oportet ergo vt eas abijciamus ab olla cordis noſtri dicentes. Declinate a me maligni, &c. Ait quidam. Non vox, ſed votum: non muſica chordula, ſed cor. Non clamor, ſed amor, cantat in ore Dei. Vnde Abbas Moyſes in prima collatione patrum. Mentem non interpellari huiuſmodi cogitationibus impoſſibile eſt. Suſcipere vero eas, ſiue reſpuere omni ſtudenti ex gratia Dei poſſibile eſt. Sicut enim ortus earum non omnimodę pendent a nobis, ita & probatio vel electio conſiſtit in nobis. Impoſſibile eſt enim mentem talibus cogitationibus non adiri. Ideo totum vel incurſui, vel malignis ſpiritibus tribuendum eſt, qui eas nobis nituntur ingerere. Sed noſtra magna eſt ex parte induſtria, vt cogitationum qualitas emendetur. Ideo dicitur. Secundò ſecundum Guil. Pariſ. ꝙ ſicut tribus modis nos defendimus ab importunitate muſcarum, & ſic & ab inſtantia prędictarum cogitationum. Prima defenſio contra illas eſt operimentum. Quod etiam contra muſcas infantium faciei ſupponunt nutrices. Sic eis opponimus ſanctę occupationis operimentum. Qui enim otioſus eſt, quaſi nudus muſcis eſt expoſitus. Qui verò ſancta actione, vel oratione, totaliter occuparus eſt, velut operimento ab eis protegitur, vt eorum aculeos omnino non ſentiat. Vnde in vitis patrum. Sicut venenata animalia fortiores herbę vel pigmenta repellunt, ſic cogitationes ſordidas oratio cum ieiunio, vel alia ſancta actione ex pellit. Vnde quidam patrum dicebat. Sicut qui tranſit ante tabernã, & ſentit odorem alicuius aſſaturę, ſi nõ vult intrare & comedere, cito tranſit & odorẽ a ſe excutit, & odor citò recedit: ſic tu ſentiens odorem malarum cogitationum cito tranſi, dicens. Domine adiu ua me, & lucraberis eas fugiendo. Secundò, abijci ſolent muſcæ flabello. Sic eas abijcere debemus flabello, ideſt recordatione diuinorum eloquiorum, quæ & flatum facit, & ſtrepitum, quo muſcę expelluntur, & abſterrentur: iuxta illud Sap. 16. In memoria ſermonum tuorum exterminabantur. Vel ex muſcatorio diſciplinę fugandæ ſunt: vt ſcilicet ea hora qua infeſtant aliqua diſciplina ſe affligant. Alioquin muſcæ muſcis, & cogitationes cogitationibus ſuccedunt. Ideo flabello illo auertat eas, iuxta illud Pſal. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Sed videant ſcripturæ veritatẽ, quia non licet intueri quòd non licet concupiſci. Eua vidit pomum, & concupiuit. Tertiò, muſcæ abijci ſolent frigore. Sic iſtę frigore diuini timoris interficiuntur, ſicut viſibiles muſcæ frigore exterminãtur, ne forte in die tribulationis non nos Deus audiat propter has cogitationes. ſicut enim vox vbi magnus eſt ſtrepitus non auditur, ſic oratio cordis in qua eſt talium cogitationum ſtrepitus vix auditur a Deo. Hæc autem notat Abbas Moyſes in prima collatione dicens. Frequens lectio & iugis adhiberi debet meditatio ſcripturarum: vt exinde nobis ſpecialis memoriæ tribuatur occaſio. Idcirco decantatio crebra pſalmorum, & aſſidua exinde compunctio miniſtratur. Propterea ieiuniorum, vigiliarum, orationumque ſedulitas adhibetur: vt extenuata mens non terrena ſapiar, ſed cęleſtia contempletur. Vnde exercitium cordis molæ ſimilitudini cõparatur, quam meatus aquarum præceps impetu rotante prouoluit, quæ nullatenus poſſunt ceſſare ab opere, ſuo aquarum impulſibus circomactę. In eius verò qui præeſt ſitum eſt poteſtate verũ triticum malit, aut ordeum, aut lolium cõminui. Mens ergo per vitę pręſentis incurſus vndique ingruentibus tentationum torrentibus circumacta: vacua quidem cogitationum ęſtibus eſſe non poterit. Quales verò uel admittere, vel

A Muſca Quomodo ab importunitate muſcarum, ideſt cogitationum vagarũ nos defendimus.

parare ſibi debeat, ſtudij ac diligentię ſuę prouidebit induſtria: hęc Abbas Moyſes. Tertiò dicitur ſecundum ſententiam Abbatis Danielis vbi ſupra, ꝙ iſte torpor ſeu derelictio Dei ad tempus ex altero trium videtur contingere. Aut enim inquit de negligẽtia noſtra, aut de impugnatione diaboli, aut ex diſpenſatione domini ac probatione deſcendit. De negligentia quidem, cum ex vitio noſtro tempore pręcedente incircumſpectè noſmetipſos, & remiſſius exhibentes, & ꝑ deſidiam noxijs cogitationibus paſti terram cordis noſtri ſpinas & tribulos facimus germinare, quibus in ea pullulantibus conſequenter efficimur ſteriles: & ab omni fructu & ſpirituali contẽplatione ieiuni. De impugnatione diaboli, cum iam bonis ſtudijs dediti, callida ſubtilitate aduerſario noſtro mẽtem noſtram penetrante ab optimis abſtrahimur tentationibus vel inuiti. Sed diſpẽſationis vel probationis duplex eſt cauſa: vt paulisper a domino derelicti, & mentis noſtrę infirmitatem humiliter intuentes, ſuper pręcedente puritate cordis quę nobis eſt illius viſitatione donata, nullatenus extollamur: probanteſque nos ab eodem derelictos, gemitibus noſtris & induſtria illum lętitię ac puritatis ſtatum recuperare non poſſe intelligamus: & præteritã cordis alacritatem non noſtro ſtudio, ſed illius nobis dignatione collatam, & de ipſius, rurſus gratia & illuminatione eſſe poſcendam. Secunda probationis huius cauſa eſt, vt perſeuerantia noſtra vel mentis conſtantia, & deſiderium comprobetur. Et qua intentione cordis vel orationum inſtantia deſerentem nos uiſitationem Spiritus ſancti requiramus, manifeſtetur in nobis: ac pariter agnoſcentes quanto labore amiſſum iſtud ſpirituale gaudiũ & puritatis lętitia conquiratur ſolicitius, inuentum cuſtodire ac tenere attẽſius ſtudeamus. Quodammodo enim negligentius cuſtodiri ſolet, quicquid credo facile poſſe reparari. Poteſt etiam quartus modus contingere ꝙ gratia deuotionis ſecundũ occultam Dei ordinatiõẽ ſe ſubtrahit. Non.n. ſolet continuè deuotio fluere, ſed interpellatè & diuerſis horis a Deo ordinatis ſolet erumpere & emanare: quia ſpiritus vbi vult ſpirat. Inde ſancti patres ſeptẽ horas ad orandum inſtituerunt: quia (vt vult Epiphanius) fons ſiloe non continuè, ſed interpellatis horis ebullit. Dicitur quarto ſecundum eundem Abbatem vbi ſupra, ꝙ nõ eſt malum videri derelinqui a Deo pro tempore. Ait enim. Hunc quem diximus abſceſſum, id eſt deſertionem Dei Dauid intantum vtilem eſſe cognouit, vt nequaquam orare maluerit ne a Deo in nullo pęnitus relinqueretur. Hoc.n. ſciebat incongruum eſſe ſibi, ſed temperanter deprecatus eſt dicens. Ne me derelinquas vſque quaque, ac ſi diceret alijs uerbis. Scio ꝙ derelinquere ſoleas vtiliter tuos ſanctos, ut eos probes. Aliter enim ab aduerſario tentari non poſſunt, niſi a te paulisper fuerint derelicti. Ideo non rogo, ut nunquam me derelinquas, quia non expedit mihi vt non vel meam infirmitatem ſentiens dicã. Bonum mihi ꝙ humiliaſti me, vel exercitium non habeam præliandi, quod habere non potero ſi indiſruptè mihi adhæſeris. Suffultum me nanque tua defenſione tentare diabolus non audebit, illud objiciẽs vel exprobrans, vel mihi, vel tibi quod aduerſus Athletas tuos ſolet calumnioſa voce proferre. Nunquid gratis Iob colit Deum? Nonne tu vallaſti eum ac domum eius, & omnẽ ſubſtantiam eius per circuitum? Sed magis peto, vt non me deſeras vſquequaque. Mihi enim noxium eſt ſi pro meritis ac delictis meis nimium me deſeri patiaris, quia nulla virtus humana (ſi diutius tuo deſeratur auxilio) ſua poterit conſtantia perdurare, & ſtatim aduerſarij potentia vel factione ſuccũberet, niſi tuipſe qui es virium conſcius & luctaminum moderator, feceris in tentatione prouentum. Sic in Iudicum lib. legitur derelictas eſſe gentes, vt in eis erudiretur Iſrael, & haberet conſuetudinẽ cum hoſtibus præliandi. Frequenter enim quos nõ potuerunt aduerſa ſuperare, ſecuritas & proſperitas deiecerunt. Hęc ille.

B *Derelinquere. Tribus de cauſis quis a Deo derelinquitur.*

C *Derelinquere. Quãdoque pro tempore non eſt malum a Deo derelinqui.*

De pœnitentia ſermo 36. et ſpecialiter de oratione 5.

D Poſtulatio. Quo differunt oratio, poſtulatio, obſecratio, & gratiarũ actio.

APoſtolus 1. Timo. 2. Videtur q̃ i hac tertiæ dietæ prima particula quadriuium inſtituiſſe. Ait enim. Obſecro primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. Quæ quatuor inter ſe quodammodo differre videntur. Oratio enim dicitur cum quis deuote mentem eleuat in Deum: iuxta illud Pſ. 140. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo; quia ſicut incenſum niſi prius comburatur in igne, non poteſt ſuauiter odorare, nec fumus eius in altum aſcendere: ſic oratio niſi ardeat igne deuotionis, nõ poteſt benè odorare Deo, nec ſurſum in cęlum aſcendere. Secundum eſt poſtulatio ſiue petitio, quam nemo ſcit formare, niſi aduocatus noſter dominus Ieſus pro nobis eam formet. 1. Ioan 2. Aduocatum habemus apud patrem dominũ Ieſum Chriſtum, qui nos docuit orare & petere, pro ſeipſo primò, quia vulgo dicitur q̃ ſtultus eſt qui ſui ipſius obliuiſcitur. Inde Mat. 26. Pro ſeipſo rogabat patrem dicens. Si poſſibile eſt tranſeat a me, &c. Secũdò, pro amicis. Io. 18. Pater non rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos a malo: ſicut miles non vult q̃ filius ſuus exeat bellum, ſed q̃ non vincatur. Tertiò, pro inimicis contra rancorem. Pſ. 108. Detrahebant mihi, ego autem orabam. Ignis enim feruentiſſimus etiam ardet in aqua. Nec ſolum aduocatum habemus dominum Ieſum, ſed etiam ſpiritum ſanctum, qui quando deſunt verba (vt in mutis vel dolore correptis) ſola lachryma, vel gemitu in nobis format petitionem: ita q̃ per illam lachrymam totum Deo exponit negotium. Rom. 8. Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Sine his autem aduocatis perit cauſa noſtra, & quid petamus ignoramus. Tertium eſt obſecrato quando ob ſacra petimus, ſcilicet propter ſanctitatẽ & beneficia Dei, propter quæ petimus exaudiri. Sicut orabat Daniel. Danie. 9. Propter temetipſum Deus inclina aurẽ tuam, ſicut cum dicimus. Per incarnationem tuã, libera nos domine. Sic oramus in fine orationis, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Quia enim quæ Deo offerimus nõ iudicamus Dei acceptatione digna, virtute mediatoris Chriſti ea obſecramus acceptabilia eſſe, vt per talẽ mediatorem Deo patri præſentata acceptentur. Ideo orabat. Pſal. dicens. Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui. Impoſſibile enim eſt cũ ſit mediator Dei & hominum, per aliam viam Dei beneficia ad nos influere, quã per ipſum. Antiqui enim orabãt. Recordare domine fœderis quod habuiſti ad Abraam, Iſaac, & Iacob, & quaſi per illos mediatores quærebant. Nos autem meliorem mediatorem habemus, ob cuius beneficia ne perdãtur, petimus vt cumulẽtur. Quartum eſt gratiarum actio, quando de acceptis beneficijs gratias agendo, meremur accipere potiora, vt ſicut omnia flumina exeunt a mari, vt dicitur Eccl. 1. Sic reuertantur, vt iterum fluant. Propterea in miſſa obſecrationes præcedunt conſecrationem: in quibus q̃dam ſacra commemorantur: orationes fiunt in ipſa conſecratione, in qua mens maximè debet eleuari in Deum. Poſtulationes vero fiunt in ſequentibus petitionibus, ſed gratiarum actiones fiunt in fine. ſ. in collectis & in extremis orationibus, quæ quidem fieri nõ poſſunt ſine diuino adiutorio, propter quod in principio omnium horarum pulſatur illud adiutorium, dicendo: Deus in adiutorium meum intende. Quod vt conſequamur a beata Virgine, dicamus. Aue.

Quia dictũ eſt in præcedẽti ſermone de primo effectu orationis, conſequenter in hoc ſermone dicendum eſt de ſecundo, & tertiò. Secundus igitur effectus orationis eſt cor inflammare, & totum ſpirituale efficere. Oratio enim eſt incenſum, ideſt thus ardens, quod reſoluitur in fumum, & ſurſum aſcendit, & fumus in aerem tranſit: quia oratio deuota igne feruoris reſoluens, animam ipſam deficere facit: & de groſſi-

A Oratio. Oratio cor inflãmat, & ſpirituale efficit.

cie ſua in ſpiritualitatem tranſire: vt poſ
ſit ex ſe dicere illud Pſ. 141. Tribulatio-
nem meam ante ipſum pronuntio. In
deficiendo ex me ſpiritum meum: im-
mo ſi fuerit extinctus feruor deuotionis
facile oratione reaccendetur. Fumus.n.
candelæ extinctæ aſcendens vſque ad
lumen accenſæ, trahit ad ſe lucem ac-
cenſę, & reaccenditur in virtute lumi-
nis eius. Sic lumen gratiæ per peccatum
extinctum, ſi aſcendat fumus orationis
de corde contrito & amaro ad Chriſtũ
accenſum: & iam in paterna ſede ſeden-
tem, facile reaccendetur. Vnde ſacerdos
ante præfationem iubet dirigere ſurſum
corda, vt illuc tendatur, vbi inuenitur
ignis & feruor deuotionis. Et ſi quærat
quomodo deprehenditur eſſe in aliquo
feruor deuotionis? Reſpondetur, quod ſi-
cut per tria deprehenditur ignis, ſic per
huiuſmodi deprehenditur in homine
talis feruor. Primò, deprehēditur ignis
ex fumo exeunte per caminum. Vulgo
dicitur. Nullus eſt ignis ſine fumo. Eſt
autem huius beati ignis ſignum odor
bonæ operationis. Nam ſicut in malis
cum ex eis exit infamia dicimus exire
malum fumum, ſic ex bonis fumus non
ſulphureus, ſed aramaticus, qualis eſt
fumus incenſorum, qui eſt medicinalis
ad dęmones effugandos: ſicut odor my-
rhæ fugat bufones. Tob. 6. Cordis eius
particulam ſi ſuper carbones poſueris
fumus eius extricat omne genus dæmo-
niorum. Sed multi non ſuſtinent odorē
pigmentorum: ſed bene vt porci amant
odorem ſtercorum, qui in multitudine
diuitiarum ſuarum gloriantur, quæ bea-
tus Paulus Apoſtolus boni ſentimenti
reputauit vt ſtercora. Secundò, depre-
hendi ſolet ignis ſcintillis, quando de
camino euolant. Sunt autem ſcintillæ
huius beati ignis ignita verba prædica-
tionis, vel exhortationis, aut communis
colloquij emicantia per caminum oris.
Pſal. 118. Ignitum eloquium tuum ve-
hementer. Vnde Ezech. 1. Sanctorum
animalium aſpectus erat quaſi ſcintillæ
æris candentis. Sed aliquid ſunt vt ſer-
pentes, qui de ore ſuo eijciunt ignem in-
fernalem ut lubrici. Iob 41. Halitus eius
prunas ardere facit. Voces enim ſunt
notæ paſſionum, quæ ſunt in anima. i.
Perihermenias. Tertiò, deprehendi ſo-
let ex lumine, ſicut ex fulgore coruſcan-
te, in aere. Eſt autem ſplendor ſpiritualis
exemplum honeſtatis & virtuoſæ ope-
rationis, de quo Matth. 5. Luceat lux
veſtra coram hominibus, &c. Multi ta-
men caligant per inuidiam, & non poſ-
ſunt videre lucernam donec extingua-
tur: ſimiles noctuis & bubonibus, qui
non vident niſi de nocte: & vt prouidea-
tur oculis eorum, congruit eos eſſe non
in lumine cęli, ſed in tenebris gehennę.
Et ideo oportet per bonam operationē
accedere ad Deum, qui eſt ignis vt fer-
ueamus: & calefacti in eius amore ar-
deamus. Quanto enim magis accedis ad
Deum, tanto maior videtur, iuxta illud
Pſ. 63. Accedet homo ad cor altum, &
exaltabitur Deus. Sicut rei quæ a remo-
tis videtur quanto quis appropinquat,
tanto maior videtur. ſic homines vir-
tuoſi & accedentes ad cor altum: dum
vident Deum de propè reputant magnũ
& exaltatum. Homines autem vani &
longe exiſtentes a Deo ipſum non tan-
tum reputant, immo aliqui quaſi nihil.
Pſ. 13. Dixit inſipiens in corde ſuo non
eſt Deus: quibus dicitur in Pſ. 118. Lon-
ge a peccatoribus ſalus. Secundò, dici-
tur quòd ſi velimus feruere deuotionis
igne, oportet latera animæ noſtræ æqua-
liter ad illum ignem aſſari: ſicut auicu-
la aſſanda debet æqualiter aſſari per
omnia latera. Sũt autem duo animæ no-
ſtræ latera, intellectus, ſcilicet & affe-
ctus, qui æqualiter debent aſſari. intel-
lectus ad ignem ſacræ lectionis & me-
ditationis: affectus ad ignem orationis.
Intellectus eſt ſiniſtrum latus, & aſſatur
ligno ſcientiæ boni & mali: & affectus
dextrum latus, quod aſſatur ligne vitę,
ſcilicet ligno amoris. Aliqui tamen la-
tus vnum comburunt, alio remanente
incocto. Hi ſunt quaſi paralytici, qui
mediam quaſi ſui partem habent ſicca-
tam. Et ſunt qui ita longè ſunt ab igne
deuotionis, quod vix poſſunt coqui, qui pſal
lentes in choro cor habent in foro. Nec
tamen ſimpliciter dicendũ eſt quod ęqua-
liter

B Deuotio. Feruor. Per tria deprehēditur deuotionis feruor.

C Deus. Deo propinquiores Deũ excelſiorē vidēt non qui diſtant.

D Latus. De duobus lateribus animæ noſtræ.

liter vacandum ſit orationi & lectioni: nec vtrumque latus debemus æqualiter ad ignem applicare. Latus enim intellectus eſt durius,& affectus tenerius. Hoc patet,quia poteſt homo intra annũ multum in oratione & deuotione proficere. Intellectus vero non niſi per multos annos illuminatur. Ideo præcepit dominus Ezechieli, ꝙ ſuper ſiniſtrum latus iaceret trecentis nonaginta diebus: & ſuper dextrum quadraginta tãtum. Ezechiel.4. Tertius affectus ipſius orationis, eſt ꝙ ipſa deuotè facta multum ſatisfacit pro delictis. Nihil.n. pœnalius aut laborioſius eſſe quibuſdã videtur quàm orare,& hoc propter quatuor. Primò,propter lubricitatẽ cordis, quia nihil difficilius moratur nobiſcũ, quam cor noſtrum. Ideo oportet ipſum cohibere ne diſcedat a nobis. Deus autẽ inter cætera renes,ilia,& ſanguinem ſibi retinuit,& ſibi ſeruari mandauit. Et cætera alia alijs dereliquit,& ſic eligebat ſibi hoſtiarum interiora alijs exteriora dimittens. Sic Deus in homine interiora cordis eligit, exteriora faciliter prætermittens, quia ſi interiora noſtra domino cõcedimus, ſatis de exterioribus noſtris voluntatem noſtram facere poſſumus. Nec indignatur dominus ſi exterius recipimus aliquam delectationem, dum tamen ordinemus ad Deum totam interiorem affectionem. Secundò contingit ex defectu ſentimenti, quod haberi debet in oratione. Videndo.n. vel audiendo aliqua inutilia,quotidie abſque fatigatione ſtamus,& bene eis attendimus. Sed ſi Deum oremus,vel aliquid de Deo audiamus,ſtatim præ tedio dormitamus, quia ſumus in terrenis fortes & in cœleſtibus debiles: diſſimiles palmæ quæ contra naturam aliarum arborum ab inferiori parte gracilior,a ſuperiori ſpiſſior eſt, cui iuſtus comparatur ſecundum illud. Pſ.91. Iuſtus vt palma florebit,quia iuſtus raro ad inferiora, ſed frequenter ad cœleſtia ſe dilatat. Hiſtrio enim propter ſentimẽtũ boni vini tota die tabernã colit. Ideo, quia orans ſentimentum non habet in oratione,ſtare non poteſt. Sicut.n. aſcenſus corporalis admodum laborioſus eſt nobis, & tam facilè nos fatigat propter grauitatem corporum: ſic & oratio quæ eſt aſcenſio mentis in Deum propter originalis culpæ grauitatem tam facilè fatigat. Leuigatur tamen huiuſmodi grauitas adiutorio gratiæ quæ ſemper adeſt orantibus. Inde eccleſia orat illud. Pſal. Extolle illos vſque in æternum, ideſt leua eos vſque ad æterna petenda & conſideranda. Tertium eſt,defectus exercitij in orando. Vnde Tullius in rhetorica. Si deeſt exercitatio,modicum vel nihil ars proficit. Propterea ſi ſe homo inueniat a principio frigidum, nec deuotum ꝙ ſe exercitet quamuis laborioſè: vt inde ſibi ars orandi facilis inueniatur. Sicut diſcẽs ſcribere primò ſcribit cum laborioſiſſima tarditate,tandem peruenit vt celeriter & abſque labore bene ſcribat. Quartum, eſt lucta cum Deo in oratione quæ videtur multũ difficilis. Fertur.n. Iacob luctator fuiſſe & cum Angelo luctaſſe a quo per luctam benedictionem extorſit. Gene.32. Ad induſtriam verò luctandi tria videntur neceſſaria, quæ ſunt multum difficilia. Primũ eſt eleuatio aduerſarij ſuper humeros, quo eleuato facile eſt ipſum in terram deijcere. Hæc autem eleuatio fit quando luctator ſe humiliat ſupponendo ſe ſub illo cum quo luctam facit, quo artificio ſemper utendum eſt in lucta apud Deum. Ideo dictum eſt. 1. Pet.5. Humiliamini ſub potenti manu Dei: & ſubijciendo nos, Deus efficitur nobis ſubiectus & obediens. ſicut dicitur de Ioſuæ. Ioſuæ.10. ꝙ ſteterunt ſol & luna Deo obediente voci hominis. Difficillimum eſt autem animum ſupprimere,quod ad humiliandum ſe requiritur. Secundum difficile eſt quando ſubtrahitur omne illud cui luctator põt inniti, vt non habeat vnde aduerſarius poſſit capere aut ſibi inhærere: & hoc fit in lucta apud Deum quando auferuntur,& ſubtrahuntur peccata,quia per illa ſolum nobis aduerſatur Deus & innititur. Tertium eſt fatigatio aduerſarij,ſicut ſolent agiles facere contra corpulentos. Et iſta aſtutia vti opus eſt apud Deũ quando per importunitatem orationis, & per declamationem diuturnam quaſi fati-

E *Oratio. Satiſfactio. Oratio deuota & ſatiſfactoria pro delictis.*

F *Oratio. Nihil laborioſius eſt quã orare.*

G *Oratio. In oratione fit lucta cũ Deo.*

A Satisfactio. Quare Pſalmi iniũguntur pro ſatisfactione quãdo nihil videtur ad rẽ pertinere.

fatigatus vincitur,& quaſi cogitur dare quod petimus. Sed circa hoc quæritur quare ad ſatisfaciendum iniunguntur plures pſalmi dicendi,qui vt plurimum nihil ad rem pertinent pro qua orandũ eſt. Et ſæpe accidit quòd qui illos pſalmos canit, vel dicit ignarus eſt,latinum ſermonem ignorans, & ſic nullum pſalmorum intellectum habens. Dicitur autem Sapientiæ primo ꝙ ſpiritus ſanctus auferet ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu. Reſpondetur primò ſecundum Ioannem Gerſon libro de mendicitate ſpirituali, ꝙ ſicut apud Principes ſeculi varius inuenitur impetrandi quod quæritur modus, ſic & apud Deũ. Tria vero ſunt quæ præcipue conferunt ad inclinandum ſuperioris alicuius animum,& ad fauorem illius procurãdum in ſuum ſubditum. Primum eſt dum ſubditus ipſe illum vehementer laudat, virtutes eius extollit, magnitudinem, opulentiam,bonitatem, manſuetudinẽ, & largitatem prædicat:& hoc modo cor dirigitur ad Deum,non expreſſe aliquid ab eo petendo, ſed tantummodo pio & humili corde laudes eius depromendo, putà dicendo quàm prius, quàm magnificus,quàm benignus eſt domine:&quã bonus dominus his qui recto ſunt corde,& ſic de alijs. Secundum eſt,dum aduerſariorum ſiue dæmonum,ſiue hominum commemoratur tyrannica crudelitas,per quem modum plures orationes traduntur in pſalterio, vt in Pſal.108. Deus laudem meam, & ſic de alijs multis. Tertium eſt, dum is qui impetrare deſiderat ſuam proteſtatur miſeriam, paupertatem, & anguſtiam: dicens ſe omni opere & conſolatione deſtitutum, & nullum ſibi ab homine, ſed a Deo ſolo expectare auxilium. Et fit aliquando huiuſmodi oratio abſque expreſſa aliqua petitione, nudè & ſimpliciter tales & ſimiles defectus & neceſſitates aperiendo. Et hoc quia vel ſe indignum impetratione iudicat, vel quia propter eius magnitudinem rem deſideratam non audet exprimere. Et qui diligenter pſalmos ſcrutatur, nihil in eis inueniet, quod non ad alterum trium modorum

Superioris animus quõ flecti poſſit.

iſtorum orandi reduci poſſit. Hæc Gerſon. Quæ tria ſimul inueniuntur in pſalmo a paupere orante prolata. Quia (inquit) factus ſum ſicut vter in pruina, qui nullius eſt valoris, & quaſi in nihilum deiectus, nec alicui bono de ſe applicabilis, ecce tertium. Iuſtificationes tuas non ſum oblitus, gratias frequenter agendo de beneficijs & virtutibus tuis quibus me iuſtificas, ecce primum. Et ſe ſequitur. Quot ſunt dies ſerui tui? quaſi dicens. Tedet me viuere in tali miſeria, & maximè propter perſequentes viſibiles vel inuiſibiles. Ideo ſubditur. Quandò facies de perſequentibus me iudiciũ, ecce tertium. Et quia in his tribus cõtinetur explicitè vel implicitè, tacitè vel expreſſe quicquid pauper peccator a Deo quærere poteſt, ideo nimirum ſi a ſacerdote ſæpe imponantur peccatoribus: quamuis ipſi non intelligant quid dicant: Intelligit tamen Deus qui operatur omnia in omnibus, & ſcit quid cuique neceſſarium eſt. Dicitur ſecundò, ꝙ orans quandoque gerit affectum amantis, recolendo beneficia Dei & laudando eum. Quandoque affectum languentis in miſeria pœnæ & culpæ. Quãdoque affectum timentis a iudicijs Dei hominum, & a perſecutionibus eorundem. Et hæc omnia maximè continentur in Pſal. immo quandoque in eodem Pſal. vbi ſæpe variantur affectiones. Ideo nimirum ſi iniunguntur a ſacerdote ad ſatisfaciendum. Sicut enim parua tabula mercatorũm continet de ſingulis & varijs mercibus aliquid modicum & ibi inuenitur quicquid neceſſarium eſt pro familia, ſic in Pſalmis eſt tabula Spiritus ſancti, in qua continentur variæ affectiones vtiles pro peccatoribus & quibuſlibet orantibus. Dicitur tertiò, ꝙ ſanctius eſt orando regulariter dicere orationes a Spiritu ſancto cõpoſitas,& ab eccleſia receptas & decantatas, ſiue ad Deum, ſiue ad Sanctos, quàm alias factitias: cum ſecundum Salluſtium cuique ſua placeant, & placet magiſtro, multo plus cum diſcipulus eius ſequitur doctrinam eius quàm alterius. Pſalmi autem ſunt a Spiritu ſancto com-

Orans multorũ officia agit orando.

compoſiti.quia.2.Pet.1. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. Ideo nil mirum ſi a ſacerdote iniungantur pro ſatisfactione ad Deum. Et Pſal.103. Lętabitur dominus in operibus ſuis. Dicitur quartò, ꝙ ſi orans non intelligat verborum ſuę orationis ſignificationem, nihilominus verba illa apud Deum habent ſuam virtutem & efficaciam impetrandi, vt carmina virtutem habent incantandi ſerpentes, licèt ipſi ſerpentes aut etiam incantatores nō intelligant verba. Quia enim intendunt incantare, incantant. Laicus enim orans nec ſenſum verborum intelligens, eſt ſicut mulier quę porrigit requeſtam Regi vel iudici, quę tamen neſcit quid in ſchedula, vel ſupplicatione contineatur, & tamen iudex vel Rex intelligit: & nihilominus ita exauditur ac ſi intelligeret. Secundò quęritur, vtrum qui tenetur audire miſſam poſſit dicere horas ſuas, vel orationes alias ab his quę in miſſa dicuntur tempore quo celebratur miſſa: & an talis ſit abſolutus hoc modo a pręcepto de audiendo miſſam? Et uidetur ꝙ non, quia ſic faciendo auertit auditum ab orationibus eccleſię cōmunibus, conuertendo ſe ad particulares orationes, & per conſequens non ritè audit miſſam. Pręterea in miſſa videtur eſſe certamen cum hoſtibus noſtris. Singulare autem certamen inhibetur in communi, ergo cum alijs certandum eſt per conſequens orandum. Pręterea audire & non intelligere negligere eſt. cum ergo ille ſe diuertendo ad propriam orationem non intelligat, videtur negligere. In oppoſitum arguitur, quia audiendo miſſam poteſt quis cogitare de re indifferenti, & nihilominus eſt ab auditione miſſę abſolutus, ergo multomagis cogitare poteſt de re honeſta & vtili. Sed dicere horas eſt honeſtum & vtile, quia de mandatis diuinis. Pſal.118. Septies in die laudem dixi tibi, ergo. Dicitur primò, ꝙ dum euangelium dicitur debent omnes ſtare & audire euāgelium ipſum, de conſe.diſt.1.c.omnes fideles. vbi dicitur ꝙ omnes fideles qui conueniunt in ſolemnitatibus ſacris ad eccleſiam, ſcripturas Apoſtolorum & euangelium audiant. Et hoc multiplici ratione. Primò, quia ibi promittuntur æterna ad quæ ſemper & attentiſſimè debemus aſpirare. Et ideo locus vbi euangelium legitur ſi ſit dies ſolemnis vbi conuenit populus, debet eſſe cęteris locis eminentior, vt ex hoc ſciat diaconus, ꝙ is qui ſurſum ad dominum, deſidem ad æterna inuitat populum, ſtare debeat in monte virtutum, iuxta illud Eſa.40. Super montem excelſum aſcēde tu qui euangelizas Syon. Secundò, quia maximè loquitur euangelium de prouiſione noſtra, de qua longe antea per prophetam ꝓmiſſum erat. Eſa.30. Dabit tibi Deus panem arctum & aquā breuē. Panis arctus verbum eſt euangelicum, quod dicitur arctum, quia reſpectu teſtamenti veteris breue eſt. Vel magis quia nobis dietam indicit, cum ſola nobis promittit neceſſaria. 1.Timo.4. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Vel dicitur panis arctus.i. minus ſufficiens, quia nondum ſatiat, ſed magis prouocat appetitum: cuius guſtu martyres prouocati, tanta auiditate currebant ad cęlum vbi ſatietas reficit, ꝙ omnes temporales diuitias faſtidiebant. Sic dicebat qui ita afficiebatur. Canti.5. Anima mea liquefacta eſt a terrenis, vt dilectus locutus eſt in euangelio. Panis autem veteris teſtamenti magis faſtidium, quàm deſiderium excitabat. Vnde Nume.11. Dixerunt filij Iſrael, oculi noſtri nōn vident niſi man: & faſtidio illius ad ollas carnium ſuſpirabant. Vocat & aquam breuem ipſum euangelium, quia propè eſt vt ſapor euāgelicus in vinū cōuertatur in nuptijs futuris: cum inebriabimur ab vbertate domus domini. Tertiò ſtare & audire debent quaſi parati obedire promptè præceptis euangelicis. Ephe.5. Calciati pedes in præparatione euangelij pacis, & ſi opus ſit illud verbum euangelicū vſq; ad mortem tueri & defendere. Dicitur ſecundò, ꝙ laici, & qui non tenentur ad ſolemnem eccleſiæ cantum, poſſunt in reſiduo orationes vt libet dicere. Tunc enim nullo iure horas, vel alias orationes

B
Oratio. An ſit licitū dicere horas, vel alias orationes dū auditur miſſa cuius auditio eſt de præcepto.

Euangelium dū legitur, vel cātatur cur oēs attētè ſta-e debeant.

Euangelium cur dicatur panis arctus.

Populus rudis nō tenetur ad multa dogmata eccleſiæ ob ſeruāda.

nes dicere prohibemur:quod autem nullo iure prohibitum eſt videtur eſſe conceſſum. Sufficit autem ꝙ aſina .i. rudis populus cum Chriſto ambulet in Hieruſalem. Si enim interim iudeſcar, non omittitur ſymphonia vel melodia cantantium oſanna in excelſis.Sufficit enim (vt dicitur Oſeæ.10.)ꝙ plebs ſit quaſi vitula Effraim, quæ docta eſt diligere trituram.i.Dei culturam:nec tamen dimittit interdum mugire.i. pro ſe particulariter orare. Tertio quia in orationibus eorum nulla eſt diſcrepantia ab oratione communi ſacerdotis, quia ſicut omne verum omni vero conſonat,vt dicit Philoſo.1.Ethi. Sic omne bonū omni bono conſonat. Ideo in ordine ad Deum qui omnes ſimul audit,& in vna charitate exiſtentes exaudit, omnes illas preces tam publicas quàm particulares ſimul audit & exaudit. Vox.n.ſacerdotis vox eſt omnium, & cum illa voce ſtat etiam vox omnium aſſiſtentiū.Non enim eſt exiſtimandum quin Deus omnes ſimul audiat, non ſicut arbitrabatur illa mulier de qua recitat Guil.Pariſ.quę cum audiebat quoſdam religioſos cantātes nunquam orabat.Cum autem ceſſaſſent canere, illa orabat. Super quo requiſita reſpondit in ſimplicitate ſua, ꝙ illi religioſi erant viri Sancti, & ꝙ nō audiretur tempore illo quo audirentur a Deo:& ꝙ Deus intentus eis vix poterat ſibi intendere. zelus quidem bonus in ea, ſed ſine diſcretione. Et ita plebs, orante ſacerdote, orare poteſt: & etiam poteſt attendere ſolum cantui & verbis, qui multum ſua ſuauitate oblectat & eleuat audientes ad Deum,ſicut Auguſtinus de ſeipſo teſtabatur. Secus eſt de his qui tenentur cantare. Tunc enim ad nihil aliud debent quàm ad ea quæ tenentur intendere.

De pœnitentia ſermo 37. & ſpecialiter de oratione ſermo 6.

A Oratio. Oratio illuminat intellectum, & inflāmat affectū.

Cum duplex ſit animæ portio ſuperior, intellectus ſcilicet & affectus.illa duo maxime indigent adiutorio ad ſui directionem. Intellectus ſcilicet lumine contra errores & dubia: Affectus vero pace & tranquillitate, contra ſeculi turbines & pericula. Ideo ad illuminandum intellectum,neceſſaria eſt orationis lucerna viam demonſtrans. Nam ſicut lucerna neceſſaria eſt in tenebris,ſic oratio in rebus dubijs. In cuius figura mulier illa euangelica .i. anima deuota, accendit lucernam,& inuenit drachmam: Luc.15.Drachma enim.i.gratia diuina, vel veritas ſi perdita fuerit cum lucerna orationis inuenietur. Vnde & Petro orante in ſuperiora domus, facta eſt ei reuelatio de conuerſione Cornelij. Actum 10.vbi gloſſa Auguſtini. Oratione melius ſoluuntur dubia,quàm inquiſitione alia.Et Dan.2. Danieli oranti reuelatur myſterium incarnationis Chriſti: Hiere.30. Clama ad me & ego exaudiam te, & modo ſtrabo tibi grandia & fortia quæ neſcis. Et ſicut lucerna dirigit greſſus hominis, ſic oratio dirigit omne bonum opus. Vnde Hieronymus ad Paulinum. In principio cuiuſlibet operis boni præmitte ſignum crucis in fronte cum oratione dominica. Propter hoc ſuadetur homini mane antequam faciat quicquam operis,primum ad orationem & diuini nominis inuocationem recurrere. Secundò, oratio placat Deū & affectum orantis cum Deo. Nam ſicut columba reuerſa eſt ad arcam cum oliua. Geneſ.8. Et denuntiauit pacem & iam ceſſaſſe diluuium, ſic oratio denuntiat pœnitenti diuinam reconciliationem & veniam peccatorum. Vnde Num.6.Aarō ſtans inter mortuos & viuentes, deprecatus eſt pro populo & plaga ceſſauit.Iob 42.Dicit dominus falſis amicis Iob. Iob ſeruus meus orabit pro vobis,& faciem eius ſuſcipiā. Sicut etiam columba habet duplicem alam, ſic oratio duas alas habet, eleemoſynam, ſcilicet & ieiunium, quibus fertur in altum vt ibi requieſcat orans. Pſ.54.Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo per orationem, & requieſcam per deuotionem & mentis ſerenitatem. Hunc autem volatum ab ea quærere debemus,quæ volauit ſuper pēnas ventorum,ideſt ſuper merita Angelorum

B Colūba. Exemplo columbæ oratio Deū placat, et in altū euolat.

lorum: quia ſicut pennæ aues, ſic merita iuſtos portant in cęlis. Ab ea ergo illud quæramus, dicentes. Aue.

C *Oratio. Quo oratio dicitur nuntius.*

In præſenti ſermone & ſequentibus dicendum eſt conſequenter de conditionibus orationis, ad modum nuntij qui dirigitur ad dominum, de quo Aug. ſuper illud Pſal. 118. Intret oratio mea in cōſpectu tuo. Mira virtus orationis, quæ illuc intrat ad Deum quo caro peruenire nequit. Et habet introitum nuntius, vbi magiſter eius foris nedum ſtat, ſed nec appropinquare poteſt. Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe penetrabit nubes, & donec appropinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec proſpexerit altiſſimus. Nubes, ideſt ipſas Sanctorum acies penetrabit, ad modum nuntij ingerentis ſe in medium turbarum, & irrumpentis eas: vt appropinquet ei ad quem mittitur, quemadmodum ille Elyezer diſpēſator domus Abraæ noluit comedere, donec locutus eſſet ſermones ſuos. Gen. 34. Huius autem nuntij prima conditio eſt, ꝙ ſit cautus & prudens. Primò, in declinando aduerſarios in via ſua, vt ſcilicet poſſit latronibus occurſantibus obuiare. Quādoque enim in via ſpoliatur, & quandoque a latronibus occiditur. Spoliatur quidem oratio per cogitationes improbas, quę ſe orationi ingerunt & ſuauitatem vnguenti ſurripiunt. Et tunc nuntius ſic ſpoliatus & malè veſtitus, intrans cęleſte conſiſtorium, non benè recipitur, nec cito expeditur, nec apparet miſſus pro magno negotio. Negligit etiam negotia ſua qui talem & taliter mittit. Cui enim inſunt cordi negotia, ad cęleſtem curiam ſolemnem mittit nuntium, non pauperē vel pannoſum, qui nullius ibi gratiæ vel honoris habendus videatur. Vnde apparatus orationis ſiue ornatus eſt intentio & attentio, quibus oratio adiuuatur & melius recipitur. Sed ꝙ magna ſint & ardua q̄ per orationē expedienda ſunt, patet ex his q̄ petūtur, & ꝓ quo petunt, & a quo petuntur. Nulla. n. negotia cōparantur negotijs veniæ, gratiæ, & gloriæ, quæ per orationem principaliter inteduntur. Mittitur etiam pro negotio pacis reformandæ inter Deum & eos pro quibus oratur, & pro animæ & corporis ſalutari negotio. Mittitur etiā oratio contra accuſatores ad mortem, dæmones, ſcilicet. Qualem ergo oportet habere procuratorem vt illis reſpondeat, & tantis eorum accuſationibus? Et ſi dicatur ꝙ cauſæ criminales non poſſunt nec debent expediri per procuratorem vel nuntium, ſed oportet quòd perſona compareat. Dicitur ꝙ verum eſt ſecundum curiam ſecularem, quia ibi procurator nec eſt vox, nec reſponſio eius contra quem criminaliter agitur. Oratio autem eſt uox, & verbum, & reſponſio orantis. Ideo perſonaliter comparet in cœleſti conſiſtorio, & per ſemet ſe defendit, vbi habet aduocatum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, de quo pater nobis pupillis prouidit. Pręterea nuntius iſte vagabundus eſſe non debet, ideſt cogitationum varietate diſtractus, quia tunc de negotio pro quo mittitur non curat, neque cogitat, ſed nunc in Hiſpania caſtra ædificat, nunc in Britanniam rapitur, & velut palea varijs flatibus diſpergitur. Talis enim nuntius antequam ad cęleſte conſiſtorium veniat, ſtatim cœpto itinere, a prauis cogitationibus occiditur: ſicut cum quis incipit orare, incidit cogitatio de pulchritudine mulieris, & deinde conſenſum præbet, & ſic de alijs. Sed contra hoc debemus orare. Domine labia mea aperies, vt. ſ. dominus dirigat iſtum nuntium ante conſpectum ſuum, & cuſtodiat ſanum in toto ſuo itinere, & a diabolo coram ſe nō permittat occidi. Nūtij enim qui illuc mittuntur, debēt gaudere protectione, immunitatibus, & priuilegijs, non ſolum ante illum ſed etiā in via. Præterea homo qui orat, eſt ſicut qui petit iudicium de inimicis ſuis. Sicut enim qui in iudicio loquitur, debet habere teſtes de his quæ proponit, alioquin non creditur vel non audiretur, immo forte a iudice condemnaretur, ſic oratio vocalis debet habere teſtimoniū cordis, ita vt cor non euagetur. Sed tamen cauēdum eſt ne orantis cor ſit falſus teſtis, vel corruptus corruptione iniquita-

D *Nūtius. Nūtius debet eſſe cautus, & prudens.*

E *Oratio. Magna ſunt & ardua q̄ per orationē expediūtur negotia.*

quita-

quitatis, quia Pſ. 65. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Sed ſi conſcientia ſit bona & fidele teſtimonium ferat, orans pro ſe iudicium reportat. Nam (vt dicit Apoſt. 2. Cor. 1.) Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ cõſcientiæ noſtræ. Circa hoc quæritur vtrũ attẽtio ad orationẽ reqratur? Quod ſic videt, quia oratio eſt eleuatio mentis in Deum, quæ non eſt ſine attentione ad Deum, igitur non eſt oratio ſi non ſit attentio. Præterea qui non attendit ad illud quod orat, videtur deridere Deum, ſicut quis alicui homini loqueretur, & nõ attenderet ad illud quod proferret. Baſilius. Diuinum auxilium implorandum eſt ne remiſſe aut mente huc & illuc euagante oratio fiat: eo ꝙ talis non ſolum non impetrabit quod petit, ſed magis Deum irritabit. Et ſicut ſi quis alium inuitat, ſi nihil parauit pro eo, ſibi videtur illudere, ſic qui ore rogat, & cor dominus imparatum inuenit. Reſponſio. Dicitur primò, ꝙ attentio aliqua requiritur in oratione uocali, quia homo qui in curia allegat, & ſine teſtimonio loquitur, nihil inde refert. Sic qui ad Deum ſine teſtimonio cordis loquitur. 1. Cor. 14. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente. Deus enim qui falli non poteſt, non credit niſi cordi. Ipſe enim nouit abſcondita cordis. Inde dicebat quidam dum oraret. Pſal. 26. Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea. Non. n. ei ſufficiebat ꝙ facies mentis .i. intellectus exquirat & inueſtiget eum, niſi ei loquatur cor .i. affectus. Contra eos qui de Deo multa inueſtigant, ſed vt ſciant, non vt diligant. Eſa. 23 Si quæritis, quærite. ſi quæritis facie. ſ. intellectus, quæratis & corde: immo aliqui videntur quærere eum facie exteriori genibus flexis, & tamen cor eorum non quærit eum. Inde Pſal. 36. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. non dicit oris, vel uocis, quia ſine corde Deus eas non appreciatur. Nec mirum, quia os eſt nuntius cordis. Plus autem fit pro domino mittente, quàm pro nuntio miſſo. Vnde Petrus Cãtor. Cum dicitur os iuſti meditabitur ſapientiam. Et ſimiliter cum dicitur. Lingua mea meditabitur iuſtitiam; ibi attribuitur ori vel linguæ quod cordis eſt: vt notetur conſonantia debita inter illa duo. Hinc Leuit. 1. Caput hoſtiæ retorquebatur ad collum, id eſt mens ad vocem. Hæc Petrus. Dicitur ſecundò, ꝙ ad continuationem orationis valorem & meritum, non ſemper requiritur actualis attentio circa ſenſum vel verba orationis. Alioquin nulla eſſet oratio quin eſſet diſcontinuata. Hoc apparet in peregrinationis continuatione, quæ ad hoc vt ſit meritoria & continuata, non requirit aſſiduam ſuorum paſſuum dinumerationem, neq; ad terminum quo perueniendum eſt actualem cogitationem. Cor enim hominis ex natura ſua multum volubile eſt, etiam in iuſtis hominibus, quorum vnus dicebat. Cor meum dereliquit me. Eſt enim cor humanum quaſi auis venatica, quæ cum manu tenetur, audito modico ſonitu nititur aduolare. Sed qui eam tenet quibuſdam vinculis ligatam, reuocat ſuper manum: & cum tranſit per locum vbi eſt ſtrepitus, carnes rubras tenet ei ante oculos, vt illis attenta non attendat ad ſtrepitum. Sic cor in oratione aduolare nititur, ad ſtrepitum tentationum. Sed debet illud homo reuocare vinculis amoris, & timoris Dei. Carnes Chriſti cruentas ante oculos ſuos ponendo, & in earum refectione cor detinendo & occupando. Vnde in vitis patrum cum quidam frater viſitaret ſenem quendam, & veniſſet iuxta cellam eius, audiuit eum ab extra quaſi cũ aliquo litigantem. Intrans aũt & nullũ videns, quæſiuit cum quo litigaret. Reſpondit cum nemine alio, quàm cum cogitationibus ſuis, quæ auferebant ei deuotionem in opere Dei. ſ. in oratione. Sic enim debet homo cor ſuum reuocare ad orandũ, ſicut fecit Dauid dicẽs. 2. Reg. 7. Inuenit Dauid ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te. Dr̃ tertiò, ꝙ ſufficit habitualis, vel virtualis attentio ad continuationem orationis conſeruandam, dummodo non ſit interrupta per cogitationem contrariam, & incompoſſibilem: & hoc cum propoſito deliberato, quia tũc eſſet

F Attẽtio. Vtrũ ad orationẽ requiratur attẽtio.

Actualis attẽtio in oratione non ſemper requiritur

eſſet diſcontinuatio. Secus eſſet ſi neſcienter & inaduertẽter aduenerit hoc, & ei poſt hoc diſpliceat. Quod apparet in citharedis & alijs artibus mechanicis, qui non deliberant dum citharizãt, vel aliquid aliud operantur, ſed ad alia meditantur, & nihilominus bene citharizant. Poteſt autem hæc non attentio multipliciter contingere. Primò ex inaduertentia, quæ tamen ſibi diſplicet dum aduertit, & tunc non interrumpit orationem, nec ad iterationem obligatur, nec debet ibi aliquem ſcrupulum formare, quia niteretur ad ſibi impoſſibile, quia impoſſibile eſt phantaſiam quieſcere pro imaginibus rerum continuè ſibi occurrentibus: ſicut nec mare & aer quieſcere poſſunt, dũ agitantur aſſiduitate ventorum. Secundò, homo poteſt non attẽdere a propoſito, & hoc dupliciter. Primo ſuſpendendo attentionẽ, qñ illa euagatio eſt circa ſalubria, puta circa prædicationem vel inuentionem alicuius expoſitionis ſcripturæ ſacræ ſubito occurrentis, vel medij pacis inter aliquos agendæ, aut dũ exterius requiritur ab aliquo altero homine ſuper reſpõſione ſibi faciẽda, ſiue dũ rei domeſticę vel officijs proprijs imminens vrget commoditas, vt ei protinus attendatur. In his & ſimilibus caſibus ſecundum de Gerſon, poteſt orans verbalem orationẽ intermittere, aliquãdo diutius, aliquãdo breuius, & poſtmodum redire ad continuationẽ abſq; vlla verborum præcedentium reiterationemeq; fructum orationis aufert nec meritũ, quia interruptio illa bona eſt, & meritoria: & hoc ſi ſolus orat, vel cum ſocio. Secus eſt ſi orationẽ agit in communi, ſ. in choro eccleſiæ cũ alijs cantantibus. Tunc.n. non conuenit talis interruptio, quia propter alios canentes non poteſt redire ad paſſum quẽ deſeruit canendum & reſumendum. Tum ſecundò, propter ſcandalum. In hoc.n. ſcandalizarentur puſilli, credentes ꝙ i publicum pro populo orãtes pro rebus profanis interrumperent, vel dimitterent ſacra. In quo notantur canonici ſine cauſa recedentes ab horis, vt temporalibus eccleſiæ vacẽt: nõ attẽdentes huic quod dixit Chriſtus. Primum quærite regnum Dei &c. Et ſi oporteat illum interrumpere, propter tres, vel quatuor verſus dimiſſos, non debet iterare, ſed cum alijs continuare cum quadam cordis pęnitentia. Si autẽ fuerit nimia diſcontinuatio, poteſt illud ſeorſum repetere vbi dimiſit. Et ſi dicat quis. Dũ oro ſuperueniunt mihi cogitationes ꝑ quas neſcio ſi aliquid dimiſi, an propter illas repetere teneor quod non dixiſſe timeo? Reſpondetur ꝙ tripliciter contingere poteſt aliquem æſtimare quaſdam orationis portiunculas ſe non dixiſſe. Vno modo quando vehementer exiſtimat ſe non protuliſſe verba illa. Et iſtud compellit ad repetitionem, vel pęnitentiam, & hoc loquendo de non attentione ad verba, non ad ſenſum litteræ, vel ad finẽ. Secundò, quãdo timet quaſi ad vtrumlibet, ideſt in dubio eſt ſi dixerit, vel æquè dubius eſt: & hoc ſuadet repetitionem, maximè ſi habeatur opportunitas. Tertiò, quando vehementer opinatur ſe dixiſſe, & hoc diſſuadet potius repetere, quàm impellat propter euagationem mentis. Neque ſibi debet orans leuiter formarẽ ſcrupulos ſuper obliuione illorum, quæ protulit aut protuliſſe debuit, quia ſecundum Ariſto. memoria vel reminiſcentia non cadit niſi ſuper illa, quæ per reflexionem ſuper actus noſtros vel cogitationes conſideramus, quę rarò fit, nec neceſſe eſt fieri: & ſic ſufficit ad quietationem animi probabilis cõiectura. Sic ſecundum de Gerſon, prudenter vſus eſt quidam ſacerdos qui turbato cuidam ſuper repetitione horarum ſuarum ſi non aſſiduè & actualiter attẽderet ad eas iniunxit pęnitentiam ad tempus, ne quomodolibet horas ſemel dictas iteraret. Sic enim viris timoratis mille ſcrupuli inſurgunt, more canum latrantes, & lacerare minãtes ipſos ambulantes per uiam mandatorum Dei, quos melius euincere quàm per cõtemptum nequeunt: dum tñ contẽptus ille ſit timoratus cũ cõſilio proborũ virorũ, & abſq; ſtulta præſumptione. Tertio poteſt homo nõ attendere, qñ ſcienter & a ꝓpoſito interrũpitur oratio q̃ cadit ſub præce-

A Attẽtio. Aliquis põt multipliciter non attẽdere ad orationẽ.

B Oratio. Quando quis tenetur orationẽ repetere, & quando non.

præceptò per actualem euagationẽ contrariam: ſic ꝙ aduertit eam, nec curat repellere, ſed talis i oratione vltra progreditur. Et hoc poteſt fieri dupliciter. Vno modo quando cogitatio eſt quaſi impertinens & ſuperflua, quæ eſſet virtutis exercitium, vel ſaltem nõ tolleret fructũ ſi reſiſteret, aut ei diſpliceret in talibus euagaſſe: & tamen non vult reſiſtere, ſed vltra in oratione ꝓgreditur: & talis peccat, vel reſumere debet, quod in tali voluntaria diſtractione protulit. Sunt enim aliqui quaſi beſtiales ex ſua carnalitate torpore malaque conſuetudine ad omnia ſpiritualia ita pigri, ꝙ quaſi ſponte tempore perſolutionis horarum ſuarũ, quia eis non ſapiunt, aſſumunt ſibi cogitationes de exterioribus in quibus eorũ animus deliciatur, aut tanta ſomnolentia ex mala ſua conſuetudine & diabolo ſibi illudente obruuntur, vt vix recolant de vno verſiculo vnius horæ quam perſoluiſſe putant. Talibus niſi pœniteat, & ſatisfecerint pro tam grauibus negligentijs, imminet terribile purgatorium, vel infernus. Si tamen talis euagatio ſibi non placeret dum aduertit, ſed ab eo q̃ritur vinci in reliquijs: non obligat ad reiterationem faciendam de neceſſitate, quamuis ſine peccato non fuerit, q̃a non cadit præceptum eccleſiæ ſuper oratione vocali ꝙ fiat cum actuali attẽtione: ſicut nec obligatur eam facere ex charitate. In hoc etiam reprehenduntur ſecundum Duran. in 4. diſt. qui cum dicunt horas, vel orationes quæ cadũt ſub præcepto, implicant ſe ſcienter & a propoſito alijs operibus quæ ſine diſcontinuatione orationis fieri non poſſunt. Quando enim homo aliquid cogitat ex animo, & aliud manu operatur: non ſolũ facit opus tortuoſum, immo frequenter ſe lædit: vt apparet in carpentario cum dolabro ſuo. Sic qui Deo ſine attentione ſeruit, aliquando ſe lædit. Et faciendo opus animo tortuosè aget, & periculosè: quia hoc eſt directè contra præceptum eccleſiæ: quod hr̃ extra de cęleb. miſ. c. dolentes referimus. vbi ſic dr̃. Diſtrictè præcipimus in virtute obedientiæ vt diuinum officium diurnum pariter & nocturnum quantum eis Deus dederit: ſtudioſè pariter celebrent & deuotè. Hoc aũt nõ obſeruant, q̃ ſe occupãdo in actu exteriore, ſcienter ſibi attentionẽ ſubtrahunt. Quartò, poteſt hõ non attendere qñ ſcienter & a propoſito interrũpitur per cogitationem vitioſam, nec ei reſiſtitur, ſed magis complacet. Et iſtud eſt periculoſum valde, contra quod Pſ. 16. Dicebat orare volens. Auribus percipe domine orationem meam non in labijs doloſis. Eſt autem dolus cum aliud agitur, aliud ſimulatur. Labijs autem ad duo vtimur, ſcilicet ad exprimendũ intellectum, & ad exprimendum affectum. Primum pertinet ad veritatem. Secundum ad odium, vel dilectionem. Ideo duobus modis poſſunt eſſe labia doloſa. Vno modo quando labia a mente & intellectu verborum diſcordant. Aug. Cum oratis hoc verſetur in corde, quod profertur in ore. Exierunt enim duæ .ſ. Iudith & Abra eius quaſi ad orationem. Iudith. 13. Quia ad orationem vocalem modo ſupradicto mens & lingua requiruntur. Pſal. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuũ. Bernar. in ſuis meditationibus Cum ad orandum ſiue pſallendum in eccleſia intramus, fluctuantium cogitationum tumultus exterius relinquamus. Fieri .n. non poteſt vt cum Deo loquatur, qui cũ toto mundo tacens fabulatur. Intende ergo illi qui intendit tibi, audi illum loquentem tibi: vt ipſe te exaudiat loquentem ſibi. Quærit enim orans a Deo, vt verba ſua percipiat & intelligat. Verba mea, inquit, auribus ꝑcipe domine, &c. Aliquando enim percipit Deus, ſed non intelligit, quia nec ipſe orans ipſam orationem intelligit. Ad hoc autem ꝙ intelligat multa ſunt, quæ clamare debent in nobis, ſicut canit eccleſia. Os, lingua, mens, ſenſus, vigor. Et ratio huius eſt duplex. Vna ex parte orationis. Dicit enim Philoſophus lib. de problematibus, ꝙ longius idem eadem voce auditur cum alijs clamans & cantans, quam ſi ſit ſolus: ita ꝙ clamor cordis, ſenſus, & operis longius auditur, quam ſi ſit lingua ſolum, ideo ſi Deus ſit a nobis elongatus pro-

C *Labium. Dupliciter poſſunt dici labia doloſa.*

D *Oratio. Quare os, lingua, mens, ſenſus, vigor, clamare debẽt vt Deus orationẽ intelligat.*

pro-

propter culpam.iuxta illud Pſalm.9. Vt quid domine receſſiſti longè, cum his omnibus facilè audiet & exaudiet nos: ergo rationabile eſt, ꝙ labia & cor ſibi correſpondeant. Quod ſi non, tunc tales orando Deo ſoluunt falſam monetam, quia quando ſolum ab ore procedit, nō ex corde, formam habet orationis, non veritatem: & maximè quando interuenit cogitatio vitioſa. Secunda ratio ſe tenet ex parte orantis. Cū.n.oratio ſit q̄dā ſagitta emiſſa ab orante tanq̄ a ſagittāte vt Deū tanq̄ metā & finē vltimū attingat: oportet ſi debitè ſagittare velit, ꝙ cōtinuè dirigat mētis oculos i Deū, tanq̄ i ſignū. Vn̄ Vegetius li.1.de re mili. c.15. Diſcentes artem ſagittandi inſtruendi ſunt, vt arcum ſcienter teneant, & fortiter impellant, vt ſiniſtra fixa ſit, & dextra cū ratione ducatur, vt ad illud quod feriendum eſt, oculus pariter & animus conſentiant. Arcum ſcienter tenent, qui pro eis quæ ſunt vtilia, & animæ accommoda orant Deum: ne eis petentibus dicat dominus. Neſcitis quid petatis. & Iaco.4. Petitis & non accipitis, eo quòd malè petatis. Arcum iſtum benè implét, vel impellunt, qui bene operando orationem adiuuant. Siniſtra autem fixa debet eſſe vt non moueatur, ſed ſola dextra, quia cura rerum temporalium quieſcere debet, & cura & conſideratio æternorum orationem debet intendere, vt per ipſam tanquam per tractum dexteræ vota dirigantur: & ſic non oculus carnis, ſed oculus mentis in Deum tendat, vt ſic aſpectus & affectus conſentiant. Pſal. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo &c. propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ. Secundò, dici poſſunt labia doloſa, quia cum ſint nata exprimere affectum cordis. iuxta illud Eſa.57. Creaui fructum labiorum pacem, ab affectu autem quem videntur prætendere omnino diſcordant. Tales ſunt de quibus Pſal.27. Qui loquitur pacem cum proximo ſuo &c. Nam aliud ibi agitur, aliud ſimulatur. Luc.22. Sic fecit Iudas oſculo tradendo dominum. Prouer.4. Abſcondunt odium labia mēdacia. Orationem talium non vult

Oratio ē quædam ſagitta.

Deus audire, quia in ea eſt horribilis diſſonantia: ideo melius eſſet ꝙ ſilerent. Pſal.30. Muta fiant labia doloſa. Nec mirum ſi orat vt fiant muta, quia periculū aperiendi illa oſtendit Pſal.5. Dicens. Labijs ſuis doloſe agebant, iudica illos Deus. Poſt doloſitatem nihil reſtat niſi horrendum Dei iudicium. Dicitur quartò, ꝙ omnis oratio vocalis oportet ꝙ ab attentione actuali procedat. ſecundū Duran. & de Alliaco. ſiue ſit publica, ſiue priuata oratio. Alioquin non eſt meritoria, nec præcepti eccleſiæ adimpletiua in caſu quo oratio cadit ſub præcepto, quia nūllum opus eſt meritorium niſi ex intentione procedat: alias non eſſet opus humanum, cum homo non ſit homo niſi per rationem & voluntatem. Oportet ergo ꝙ non ſolum impleatur ex imaginatione & phantaſia, quæ communis eſt nobis & brutis, ſed ex deliberatione quæ requirit attentionem. Vnde ſi ſit priuata oratio requiritur attētio actualis in ingreſſu, & ſufficit (vt dictum eſt) habitualis in progreſſu, propter diuinam compaſſionem & fomitis corruptionē. Verbi gratia. Titius petit a Rege liberari, vel aliquid aliud impetrare. Cū autem cæperit loqui Regi clementi, importunitate turbæ circunſtantis, & improbitate turbæ retrahentis in diuerſa pulſatur, impeditur, retrahitur. Nonne Rex pius potius compateretur quam indignaretur? Sic mens noſtra ex fomitis corruptione, importunitate variarū imaginationum retrahitur, iuxta illud Proſaicum. Incurſu tot phantaſmatum, turbatur cordis ſabbatum. Si verò ſit oratio publica in eccleſia, videtur requiri ēt intentio actualis in progreſſu, ſaltem ad verba, vel ad finem: ſed non omniū pſallentium & orantium, ſed ſufficere videtur intentio vnius, vel plurium actualis, & alij participes ſunt illius intentionis per charitatem compaginantem eccleſię membra. quia 1.Cor.12. In vno ſpiritu omnes in vnum baptizati ſumus. Exempli gratia. Si Rex præciperet turbe, ꝙ ſemper vnus eorum in menſa ſibi adſiſteret, & bene cauerent ſibi, ꝙ vnus in illa menſa ſemper ſibi adſiſteret, licèt

A Attētio. Quomodo oportet omnē orationē ab attentione actuali pcedere.

licèt alternatis vicibus modo iſte modo ille, reputarentur obſequium benè impleuiſſe,nec reputarentur trãſgreſſores, Et ſi dicatur quod dicit Apoſtolus.1. Cor.4. Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. Dicitur,ꝙ in oratione duplex eſt fructus. Vnus eſt meritum orationis, & ille non perditur. Secundus,eſt quædam refectio ſpiritualis & mentalis delectatio in Deum: & ille eſt de quo loquitur hic Apoſtolus:&ad hũc fructum habendũm requiritur actualis attentio, per totam orationem: & iſte fructus rarò & in raris inuenitur.

Orationis fructus duplex.

De pœnitentia ſermo 38. & ſpecialiter de oratione 7.

B *Oratio. Oratio hominẽ comitatur in ſolitudine huius ſeculi.*

Nunquam homo magis ſolitarius eſt, & in ſolitudine huius ſeculi degens, quàm quando inter aduerſa viuit, & torquetur. Tunc.n.fugiunt amici, & ſolus deſeritur. Eccl.6. Eſt amicus menſæ & non permanet in die neceſſitatis. Propterea tunc maximè indiget ſocietate & auxilio. Hoc autem maximè fit per orationem, vt cum homo ſolus ſit, nunquam minus ſolus ſit, ſed optimas orationes & perſuaſiones habeat ſecũ, quas ad Deum & Angelos dirigat. Sic beatus Ambroſius aduerſus Iuſtinam Imperatricem Arrianam,& filium eius. Valentinianum iuniorem dicebat,arma tua eſſe lachrymas & orationes. Et maximè debent eſſe arma peccatoris contra irã Dei. Nã(vt inquit Guil.Pariſ.) Deus armatus contra peccatorem,nunquam melius vincitur & captiuatur, ꝙ per orationẽ:immo quamdiu vult orans Deus in vinculis tenetur. Lancea.n.Dei eſt ira eius, quam frangit orans per humilem orationem, confeſſionem purã, & contritionem. Nam Prouer.15. Reſponſio mollis frangit iram. Remiſſio.n. ire eſt lanceæ fractio. Sed & in armatura Dei inuenitur thorax .i. iuſtitia, quam tollit a Deo peccator,ſi ſe armauerit pœnitentia, quæ eſt quædam iuſtitia, per quam pœnitens ſe accuſat,alligat, punit, & teſtificat contra ſeipſum apud Deũ.

C *Oratio. Oratio ẽ armatura peccatoris cõtra Deũ.*

Ideo ipſo ſic armato neceſſe eſt Deũ iuſtitiam ſuam deponere,quia tunc nihil habet iuſtitia contra talem,qui ſe ſic iudicauit & accuſauit. Sed & Deus armatur galea,quæ dicitur iudicium,ſed cõtra hoc dicitur.1.Cor.11. Si noſmetipſos dijudicaremus,non vtique iudicaremur. Arcũ ẽt ſuum vibrauit qui eſt iudicium,quia ſicut in materiali arcu lignũ per chordam flectitur, & quanto magis trahitur retro chorda, tanto velocius mittit ſagittam,ſic iudicium & rigor iudicij miſericordia temperatur. Sed quãto maior miſericordia alicui impẽditur ſiue tolerando, ſiue expectando, vel benefaciendo,tanto durior iudicis ſententia mittitur. Vnde niſi fregerimus iram Dei,velut ignis exardeſcet ira ſua,& gladius ſuus deuorabit nos. Sed ſi fecerimus iudicium de nobiſipſis,poterit quilibet noſtrum dicere Deo. Mitte gladiũ tuum in vaginam, quia euaginaui meũ. Ideo cum uolumus cum Deo certare & intrare campum, inuocare diuinum auxilium debemus. Propter quod ſacerdotes tonſuram portant in ſignum victoriæ acquiſitæ in bello eccleſiæ: in quo Deus vult ſemper vinci. In principio tamẽ orationis dr̃ Deus in adiutoriũ meũ intende, quia in illo certamine nihil niſi Dei auxilio cõtra eius irã & iuſtitiã poſſumus obtinere, quod fit per orationem,qua contra ſeipſum adiuuat orãtes. Et hoc ẽt poſſumus per adiutoriũ beatę virginis,quæ ei ligauit manus in infantia,ne nos feriat ira indignationis ſuæ: ad quam recurramus dicentes. Aue.

D *Nuntius. Quonuntius iſte dẽt cautè ſolicitare Prĩcipes curiæ Regis cæleſtis.*

Quia dictum eſt in præcedenti ſermone quomodo nuntius iſte debet eſſe cautus & prudens in declinãdo aduerſarios, latrones,& inimicos;nunc dicendum eſt qualiter debet eſſe cautus & prudens in acquirendo amicos, & conſequenter de alijs huius nuntij conditionibus. Circa primum notandum ꝙ nuntius iſte debet eſſe cautus & prudens non ſolũ in declinãdo inimicos, ſed etiam in acquirendo ſibi amicos. Non enim ſolum debet inſtare apud iudicem vel curię dominum, ſed ẽt ſolicitare debet acceſſores ipſius iudicis, & omnes aſſiſtentes domino,

domino,pro negotijs illis,pro quibus ad curiam miſſus eſt.maximè aũt illos qui maiores genere & maioris poteſtatis in illa curia dignoſcuntur. Ibi aũt ſalubriter & miſericorditer & vtiliter eſt prouiſum,q̃a ſunt ibi qui maximè poſſunt neceſſitatibus proximorũ ſubuenire,& nũtios iſtos parati introducere ad Regẽ,& qui peromnia ipſos adiuuẽt: nõ venalitatis aut pecuniæ, vel humanæ laudis grã,ſed charitatis,miſericordiæ , & pietatis cauſa.Et quod eſt ibi mirabile,nullus eſt qui contradicat , vel aduerſetur negotiũ alienę vel propriæ ſalutis agentibus , quia oẽs volunt quod Deus vult, qui vult oẽs homines ſaluos fieri , & ad agnitionẽ veritatis venire. Hanc.n.concordiã facit Deus in ſublimibus. Iob 25. Huius aũt cõcordiæ ratio potiſſima eſt, quia nullus ibi hoſpitatur qui charitate nõ ardeat,& totus nõ diffluat bonitate. Et ita maiores qui ibi ſunt, facilius exorari poſſunt, non ſolũ quia humiliores , ſed quia in charitate in oẽs ſunt propenſiores. Ideo qui in curijs Principũ maiores & magis familiares & magis dilectos non ſolicitat , vt negotium ſuum expediatur,ignauus & negligens reputatẽ.Sic & nuntius ille, ſi non ſolicitet illos de ſuperna curia, arguendus erit negligentiæ. Sic enim nos docet orare eccleſia omnes inuocando , quoſdam in generali,alios in particulari,vt patet in litania.

E Oratio. An Sancti ſint orandi.

Sic beatus Dionyſius voluit q; ad ſuprema reducantur infima per media. Et ſi dicatur,quomodo ſunt orandi ſancti? virtus enim orationis plus in affectu cõſiſtit quàm in voce, quia hoc negotium (vt dicit Aug.)plus gemitibus quã vocibus agitur,ſed ſolius Dei eſt cogitationes cordium & affectus percipere, ergo Sancti non percipiunt,& ſic non ſunt orandi. In oppoſitum. Iob 5. Voca ſi eſt q. reſpondeat, & ad aliquem Sanctorũ conuertere, & hoc oſtendit vſus eccleſiæ in Litanijs. Dicitur primò, q; oratio alicui dupliciter porrigitur, vno modo quaſi p ipſum implenda, alio modo quaſi per ipſum impetranda. Primo mõ ſolus Deus orãdus eſt, quia omnes orationes noſtræ ordinari debent ad gratiam & gloriam conſequendam, quæ ſolus Deus dat, ſecundum illud Pſ.83. Gratiã & gloriã dabit dñs. Sed ſecundo modo Sancti ſunt orandi. Apoc.8. Aſcendit fumus incenſorum de orationibus Sanctorũ in cõſpectu Dei de manu Angeli, non vt Deus per eos noſtras orationes cognoſcat, vt vult Apuleius in lib.ſuo de Deo Socratis,ſed vt eorum precibus & meritis, orationes noſtræ ſortiãtur effectum. Inde eccleſia a ſãcta Trinitate petit, vt ſui miſereatur : a Sanctis vero quibuſcũque vt orẽt pro nobis. Pſ.31. Pro hac.ſ.iniquitate vel tribulatione orabit ad te oĩs Sanctus. Mali.n.nõ ſunt digni exaudiri, ſed bene Sãcti. Iob 6. Nõ ꝯdicã ſermonibus Sancti. Nume. 16. Sanctos applicabit ſibi , in quibus loquitur dñs. Pſ.59. Deus locutus eſt in Sancto ſuo.

A Oratio. Quare ad Sãctos qui ſunt in purgatorio non dirigitur oratio, ſicut ad illos qui ſunt ĩ cœlo.

Dr̃ ſecũdò, q; Sãcti cognoſcũt oĩa in verbo quæ ad eorũ gloriã pertinent. Et quia ad magnam eorũ gloriã pertinet, q; alios iuuare pñt quaſi Dei cooperatores, ideo ſtatim in verbo vidẽt petitiones ad eos factas vel voce, vel corde. Et quia Sancti qui ſunt in purgatorio nondum vident Deũ, licẽt ſint Deo coniuncti per gratiam, ideo nõ poſſunt cognoſcere orationes noſtras, & ſic ipſos non oramus. Et q; vocamus ſanctũ Petrũ, licẽt Petrus non ſit, hoc eſt, quia talibus noĩbus nobis innoteſcunt, quibus vocabantur dum adhuc uiuerẽt, & ẽt pp fidem reſurrectionis inſinuandam, ſicut legitur. Exo.3. Ego ſum Deus Abraam, &c. ad denotandum q; licet ſola anima viuat, viuet tñ i ſuis cineribus reaſſumptis & iunctis.

B Oratio. Vtrũ oratio vocalis cadat ſub p̃cepto.

Et ſi quæratur, vtrum Sancti, & Deus ſint orandi vocaliter : an vocalis oratio cadat ſub præcepto. Vr̃ q; nõ, quia nihil carius emiẽ(teſte Seneca) quã qđ p̃cibus eſt emptum, Deus aũt liberaliſſimus eſt, nõ igĩt. p̃cipit orare. In oppoſitũ arguit, q̃a Luc.18. Saluator p̃cipit. Oportet ſẽper orare, & non deficere. Rñſio. Dr̃ primò, q; tria occurrunt in oratione vocali. Vnum p modum materiæ, quæ cõſiſtit in verbis. Secundũ per modũ formæ, q̃ conſiſtit in ſenſu verborũ. Tertiũ per modum finis, q̃ conſiſtit in eleuatione mẽtis in Deũ. Quo ſuppoſito dr̃ ſcđò, q; materia ora-

cionis vocalis principaliter cadit ſub p̄cepto. Sic enim cadunt horę canonicæ ſub pręcepto dicendæ, ſic officium mortuorum, ſic aliud eccleſię ordinarium ſeruitium. Ita tamē cadit ſub pręcepto,

Horæ canonicæ ſunt de præcepto eccleſiæ.

ꝙ orans abſoluitur ſiue cogitet actualiter ſiue non, ſiue vagetur mente vel corpore, dummodo proferat orationis verba, vel ſi ſit laicus, verba proferentis audiat. Alioquin impoſſibile eſſet aliquem ſaluari, quia nullus eſt qui careat orando euagationibus mentis. Quidam enim volens quendam ruſticum cōuincere de inſtabilitate mentis, qui ſe deuotum ſimulabat, policitus eſt ſe ſibi daturum aſinum, ſi poſſet orationē dominicam, nihil aliud actualiter cogitans perficere. Qui mox ad orationem conuerſus, cępit cogitare ſi ſellam habiturus eſſet cum aſino. Qui tandem inſtabilitatem ſui cordis confeſſus eſt. Et ſi arguatur, quia quandoque in ſeruitio eccleſiæ organa cantant alternatim uerſus cum choro. Non ergo tenetur chorus omnia uerba proferre. Dicitur ꝙ

C

Organū. Quid de organis q̄ reſonāt i eccleſia ſi homo ſit abſolutus ne dicat verſum quē reſonāt.

organa canendo ſupplent alteram partē uerborum, ex diſpenſatione Dei, qui iubet in Pſ. Pſallite domino in cithara: ecce inſtrumenta muſica in uoce pſalmi, ecce orationem uocalem. Et hoc ideo ut excitetur affectus orantis propter melodiam cātus ad lętitiā cordis, vt impleatur quod dicit Pſal. 99. Seruite domino in lætitia. Sic enim cātus ille inſtrumentorum proportionatus eſt aliquādo humanę cōplexioni, vt cauſet in audientibus quandam geſticulationē iocundam. Ideo ne torpeamus in diuino ſeruitio, hoc permiſſum eſt ad excitationem affectus. Nec tamen intelligēdum eſt, ꝙ illud officium teneamur in gratia dicere, immo adimplet homo p̄ceptum dū dicit verba ſiue ſit in gratia ſiue non, ſicut implet præceptū de honore parentū, qui eos veneratur, ſiue ſit in gratia, ſiue extra. Dicitur tertio ꝙ ſenſus orationis nō cadit ſub præcepto .ſ. vt recogitetur ſemper vel vt intelligatur. Patet hoc primò in illiteratis & idiotis qui nō intelligunt. Secundò, hoc patet in his quæ in publico in eccleſia cantantur in tubis & organis, vbi non intelliguntur neque verba, neque ſenſus verborū. Tertiò, hoc apparet in canticis prophetarū, & in pſalterio, vbi etiā homines magnæ litteraturæ vix intelligūt quæ dicūt. Greg. Tenebroſa aqua in nubibus aeris, obſcura ſciētia in prophetis. Et iterū Pſal. 96. Nubes & caligo in circūitu eius .i. difficultas & obſcuritas in circumeundo, & legendo ſacrā ſcripturā, & verba ſpiritus ſancti. Quartò, hoc apparet in canticis canticorū, vbi videntur quædā verba ſapere carnaliter, quæ tñ apud perfectos & eleuatos incitant mentē eleuare in Deum. Dicitur quartò, ꝙ finis particularis orationis ꝓprius & proximus ſequitur, recogitationem actualem ſenſuum orationis, non cadit ſub p̄cepto: q̄a nec ipſa recogitatio cadit vt probatū eſt, ſed finis generalis actualis vel virtualis, qua intendit ad Deum verba facere & ſe recolligere, cadit ſub præcepto: & maximè in principio & fine orationis. Inde eſt ꝙ oratio quæ in horis canonicis dicitur vltima ſolet appellari collecta a colligēdo, vt poſſit euagationes ſe homo colligat eleuādo mētem in Deum, vt poſſit actu vel habitu dicere. Oculi mei ſemper ad dominum. Si. n. ſit attētio in principio & fine actualis vel habitualis, dicitur eſſe continuatio attentionis moralis, ſed non naturæ: ſecundum enim Ariſto. illa dicuntur cōtinua, quorum vltima ſunt vnum, dū tñ non interrumpatur per malam intentionē, vt ſupra dictū eſt. Secunda huius nūtij conditio eſt, ꝙ debet eſſe fidelis: vt .ſ. firma fide credat ſi debitè petat ſe eſſe a Deo exaudiendum. Iaco. 1. Poſtulet in fide nihil hæſitans. Quam fiduciam dedit nobis dominus dicens. Petite & accipietis. Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit. Hoc enim verbum Regium eſt. Qui Regi non crederet, iniuriā ei faceret. Bernar. Indignus cęleſti benedictione conuincitur, qui Deum dubio quærit affectu. Et quia hanc fidem non habuerunt diſcipuli: lunaticum curare non potuerunt. Mat. 17. Non potuiſtis eum curare propter incredulitatem veſtram. Vnde debemus ei portare litteras cre-

D

Nūtius. Nuntius debet eſſe fidelis.

Fidei neceſsitas i oratione. credentiæ noſtrę dicentes: Credo, & encenia, ſcilicet venationē paſſionis Chriſti, & claues caſtri, ſcilicet intellectum & affectum Deo offerre, & cum hoc caſtellum cordis & meritorum noſtrorum coronas. Plinius lib. 8. dicit ꝙ elephas tanta ſuper omnia bruta viget intelligētia, quòd Regem adorat, genua ſubmittit, & coronas ſibi traditas ei porrigit. Sic nuntius iſte flectat genua in conſpectu Regis cęleſtis, & coronas, ideſt omnem noſtram perfectionem, orando ſibi attribuat tāquam auctori Eſt enim oratio tributum quod debemus Deo, ſicut feudatarius Regi pro feudo quem tenet ab ipſo. Pro emphiteoſi enim corporis & animæ quæ accepimus a Deo in feudū, debemus ei tributum laudis & orationis. Mat. 21. Reddite quæ ſunt Cęſaris Cęſari, & quæ ſunt Dei Deo. i. ſicut tributū pro feudis reddimus Cęſari, ſic & Chriſto: quo fideliter peracto libenter exaudit. Ait enim. Oculi mei ad fideles terræ. Et iterum Pſal. 83. Omnia opera eius in fide, quia omnia opera facit quæ petimus in fide petentium. Circa tñ hoc quæri poſſet cū multi fideles multa fideliter a Deo petant, quare Deus aliquando differt dare quod petitur, cum tñ videat neceſſitates & tribulationes eorū? Amicus enim differre non debet dare amico cū poſſit. Prouer. 3. Ne dicas amico tuo reuertere cras & dabo tibi, cum poſſis hodie dare. Reſpondetur ꝙ hoc facit Deus propter quatuor, quia aliqñ petunt fideles quę non decent. Refert. n. Seneca Regem Antigonum reſpondiſſe cuidā infimæ fortunæ dū ab eo peteret obolum. Non decet, inquit, Regem dare munus tam exiguum: petijt poſtea ciuitatē. Reſpondit rex ipſum non eſſe tāto munere ditandum, cum tñ poſſet ut rex dare ciuitatem, & ille vt pauper obolum recipere. Propterea petendo memores eſſe debemus indignitatis noſtrę, & maieſtatis diuinæ, vt quæ decentia ſunt ab ipſo recipere fideliter petamus. Secundò, differt exaudire, vt magis cōmendetur datū. Aug. Si aliqñ dñs tardius dat, commendat, non dona negat. Diu deſiderata dulcius obtinentur, cito data vileſcunt.

E Oratio. Quare Deus differt dare id quod ab eo petimus.

Seruat tibi Deus quod non vult cito dare, vt & tu magna diſcas magnè deſiderare. Nec tamē credāt a Deo derelinqui & deſpici, ſi non cito exaudiat cum effectu. Eſt. n (vt inquit Pſ. 9.) adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Dauid. n. anguſtijs præſſus ad ſpem ſe recolligens conſiderabat, ꝙ qui benignè eum, qui non erat condidit, hunc conditum non niſi iuſtè percuſſit. Ideo dicebat. Pſ. 38. Obmutui & non aperui os meum, quoniam tu feciſti: amoue a me plagas tuas. Hinc Moyſes cum murmurantes pro labore itineris compeſceret dicens. Heccine reddis dño popule ſtulte & inſipiens? Subdit. Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui fecit te, &c. quaſi dicens. Qui vos benignè condidit: non ſine cauſa cruciari permittit. Amb. Quis operator negligat operis ſui curam? Quis deſerat, aut quis deſtituat, quod ipſe cōdendum putauit? Non curare quod feceris, ſumma inclementia eſt. Sæpe. n. quod impleri cito petimus, ex ipſa melius tarditate proſperatur. Cum. n. ſuperficietenus petitio negligitur, vota noſtra arctius & profundius in voluntate radicantur, ſicut & ſemina gelu præſſa ſolidantur, & quanto ad ſuperficiem tardius exeunt: eo ad fructum multipliciora conſurgunt. Et ſic deſideria noſtra dilatione extenduntur, vt proficiāt: & labor protrahitur pugnæ, vt creſcat corona victoriæ. Suos ergo dominus cū velociter non audit, cū repellere creditur, trahit. Tertiò differt exaudire vt deſideria noſtra magis incendantur ad petendum. Non. n. datur à Deo pluuia gratiæ, niſi ab eo vehementer petatur. Pluuia. n. deſcendente, cœlum dr̄ a periri, non deſcendente claudi. 3. Regū 8. Sicut clauſum fuit cœlum & non fuit apertum propter peccata eorum. Niſi. n. exhalationes aſcendant ab inferioribus nunquam pluuia deſcendit, & terrā fructificare facit. Exhalatio aſcendens de terra cordis noſtri ad Deum eſt oratio, ſecundum illud Apoc. 8. Aſcendit fumus de orationibus Sanctorum: poſt cuius aſcenſum deſcendit pluuia gratiæ in corda petentium. Iac. vlt. Helias orauit, & cœlum dedit pluuiam. Sed quandoq;

poſt eleuationẽ vaporum & exhalationũ, & eorũ cõdenſationé in nubẽ, nõ ſequitur pluuia ſed vẽtus, qa vapor eſt ſiccus, & ſic efficit materia vẽti. Sic orationes quorundam nõ conuertuntur in pluuiam gratiæ, ſed in materiam venti, qa fiunt propter vanitatem & laudem hominum. Quartò differt, vt quod tunc non eſt vtile, opportuno tempore reſeruetur ad habendum. Vnde Hiero. Aſſimilat Deum medico, dicens. Quomodo æſtuans febribus ſi aquam frigidam poſtulet & dicat medico, vim patior, crucior, exanimor. Vſquequo medice clamabo, & non exaudies? & reſpõdeat ſapientiſſimus medicus. Scio quo tempore debeam dare quod poſtulas, non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit. Ita & dominus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, aliquando non exaudit clamantem: vt eum probet & magis prouocet ad rogandum, & igne charitatis excoctum puriorem & iuſtiorem faciat. Hæc Hiero. Propter hoc clamabat. Pſ. 34. Domine quando reſpicies, reſtitue animam meã a malignitate eorum qui me anguſtiant. Ideo patienter debemus expectare, ſicut pauper expectat ad portam diuitis. Pſ. 39. Expectãs expectaui dominum, & intendit mihi. Expectauerat enim qui dicebat. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam a me. Super quo Glo. Securus eſto ſi non eſt amota oratio, nec miſericordia: quia ſi differt quod dandum eſt, non aufert. Non eſt .n. crudelitas dilatio. Pſ. 21. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies.

A
Pœnitentia.
Cõtra hoſtes viſibiles, & inuiſibiles tres partes pœnitentiæ ſunt neceſſariæ.

De pœnitentia ſermo 39. & ſpecialiter de oratione 8.

CVm filij Iſrael eſſent congregati contra Gabaa ad ipſam delendam, & propter crimen adulterij puniendã. Iudicum 20. De mandato domini, Iudas fuit dux eorum. Sed cum iniſſent bellum prima & ſecunda vice, non leguntur fleuiſſe, ideo victi ſunt: tertia vice ieiunauerunt; fleuerunt, & ſacrificauerunt: & ſic vicerunt. Sic ad hoc quòd hoſtes ſpirituales debellare poſſimus, tria ſunt neceſſaria, ſcilicet ꝙ Iudas (qui interpretatur confeſſio) præcedat, ꝙ luctus & contritio ſuccedat, & ꝙ ieiuniũ & ſatisfactio accedat: & ſic Gabaa. i. mala conſcientia deſtruitur, & de hoſtibus triumphatur. In ſignũ cuius tondimus pectus, cum volumus de peccatis noſtris triumphare. In tonſione pectoris contritio, in ſono confeſſio, in manu appoſitione, operis ſatisfactio deſignatur. Iſtud tertium difficilius videtur, & rarius fit. Nam Gen. 34. Tertius dies qñ grauiſſimus erat dolor vulnerum eſt ſatisfactio, quam tepidi in grauiſſima amaritudine mentis operantur, cum potius ſatisfacere in mentis exultatione deberẽt. Vnde oliua radicẽ & folia habet amara, fructũ vero dulcẽ. Oliua eſt pęnitentia, radix contritio, folia confeſſio, quę in amaritudine cordis fieri debent, fructus autẽ ſatisfactionis in dulcedine deguſtandus: laboris cum ſatisfactionis glorioſus eſt fructus, ſcilicet fructus ventris virginis, ad quam recurramus dicentes. Aue.

B
Nũtius. Nuntius qui eſt oratio debet eſſe agilis.

Dicto de duabus conditionibus orationis, hic conſequenter de tertia dicendum eſt. Vnde tertia conditio qua debet nuntius iſte veſtiri, eſt agilitas. Nullus .n. in longinquam partem mitteret nuntiũ, qui ambulare non valeret: vt puta qui claudus eſſet, vel ĩfirmitate preſſus, aut qui facilè laſſatus deficit in via: vt patet in illo de quo Guil. Pariſ. audiuit a curato ſuo qui ita debilis erat in deuotione, ꝙ vix potuit dicere in vna ſeptimana orationẽ dñicã, ita ꝙ quolibet die vnam de ſeptẽ petitionibus tantummodo diceret, ſed aſſuefactus primo ad leues, pœnitentias & o͞rones breues, & paulatim ad modicum maiores, finaliter quæſiuit quantamcumque pœnitentiam ſibi imponi. Oportet igitur orationem eſſe curſorem, leuem, agilem, & expeditum.

C
Oratio. Quot modis oportet orationẽ eſſe agilem.

Primò a carnalibus deſiderijs quæ militant aduerſus animã. Qui ſic orant, adorant Deũ in ſpiritu & veritate, nõ qdẽ carnali ſed ſpũali amore. Sic agilis eſt & expedita puerorũ baptizatorũ o͞ro, in qbus nondum vident carnalia deſideria: de quibus allegat ſaluator in Pſalm. 8.

Ex ore Infantiū & lactentium perfeciſti laudem. Ideo vę illis qui illam puritatē proſtituunt Angelicam & ea abutuntur, cū propter tales pepercit dominus Niniue,ne ſubuerteretur.Ionæ vlt. Secundò oportet eſſe orationem agilem & expeditam a rebus huius mundi,& vinculis cupiditatis: & eſſe liberam libertate Chriſti, quæ ſumma ingenuitas cōprobatur, quam oſtendebat in ſe Dauid dicens.Pſ.60.A finibus terræ ad te clamaui.i. quando in me finita eſt omnis terrena cogitatio, dum anxiaretur cor meū pro cœleſti deſiderio, in petra exaltaſti me.i.in petra Chriſto me exaudiſti. Stāte tamen hac libertate poteſt aliquis alligatus eſſe ad orandum,aut ratione beneficij adepti,aut aliunde obligatus,puta ex generis propinquitate,ſiue ex eleemoſynarum ſuſceptione, ſiue ex amicitiæ viciſſitudine,ſeu amicorum requiſitione, & maximè domeſticorum & familiarium: quia (vt ait Apoſtolus) qui ſuorum & maximè domeſticorum curā non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Tertiò, oportet orationem expeditam eſſe ab ambitione bonorum, & gibbo ſuperbiæ per humilitatem quę ab aliquibus haberi putatur facile, qui eam verbo vel exteriori ſigno tantummodo profitentur,quam tamen veraciter habere in affectu ſummè difficile eſt, & ſolius diuini muneris iudicium Oportet enim ꝙ ibi accedat homo ad cor altum, & exaltetur Deus terribilis in conſilijs & iudicijs,& ſic animū ſuum ſuperbientē ponat ſub pedibus, quod difficillimū eſt.Oportet autē orationem eſſe humilitate præclaram ꝑꝑ quatuor. Primò,ꝑꝑ faciliorem acceſſum ad Deū, ſicut fons quantum deſcendit, tantum aſcendit,vt patet in cōductu fontium Abbatiarum. Sic oratio quanto humilior,tanto citius & altius ad Deum aſcendit. Et ſicut in organis canales graciliores habent voces acutiores, altiores, & penetrabiliores:ſic uox illius apud Deum eſt altior, & oratio eius ualidior,qui eſt humilior. Sic Anna humiliter & tacitè orando, quod petebat obtinuit. 1.Re.1.Sic Iudith ingreſſa oratorium ſuum, induens ſe cilicio,& proſternens, poſuit cinerem ſuper caput ſuum,& ſic clamauit ad dominum.Sic populus Niniue opertus ſaccis ieiunauit, & poſtea orauit & obtinuit.Sic Ezechias ſe conuertit ad parietē,& poſtea orauit,& exauditus eſt. Sic ſacerdos priuſquam miſſam incipiat, & oret pro populo, induit ſe veſtimentis ſacris. Hæc ſunt veſtimenta humilitatis,& cæterarum virtutum. Secundò, ad prouocandum diuinam miſericordiam. Eſt n humilitas in conſpectu Dei ſemper quęruloſa,ſemper mendica,ſemper egena, & dum hic viuitur, ſemper ſaccū ſuū vacuum oſtendit,indigentenque & pauprima ſe ſemper exclamat, more trutanorum qui vlcera ſua, miſeriaſque ſuas tanta tedioſitate oculis ſpectantiū ingerunt,& intueri illos cogunt: vt ſi nullo modo in eos miſerationis affectu moueantur, neceſſe tñ habent aliquo beneficio oculos ſuos ab aſpectu tā horrifico redimere.Saccus autem humilitatis impleri non poteſt donis largitatis diuinæ. Nam quanto ampliora dona ſuſcipit,tāto amplius ſaccus ille creſcit. Semper.n.clamat imple ſaccū meū, imple ſaccum meum.Tertiò,ad pacandum diuinam iuſtitiā. Oratio.n.deprecantis eſt in qua reus culpā ſuā agnoſcit,& nihil defenſionis affert. Phariſeus autem euangelicus qui iuſtitias ſuas allegabat corā Deo,poſtpoſitus eſt publicano peccata ſua humiliter confitenti.Luc.18. Nam omnis orans ritè petit ſibi donari quod orat, & propter hoc confitetur nō ſibi debitū. Alioquin contenderet allegans iuſtitiam ſuæ cauſæ, & paratus appellare a Deo tanquam ab iniuſto iudice ſi non daret, quàm.n.ſtultū eſt eleemoſynas petenti diuitias ſuas oſtētare? Quę maior ſtultitia ꝗ vulneratum morbos ſuos & membra ſua vulnerata abſcondere medico volenti mederi? Sic non lōgè eſt cum Deo de iuſtitia contendere, & non confiteri ſe peccatorem. Quapropter neceſſe eſt miſericordiā petentibus nō ſolū miſerias ſuas oſtendere, ſed etiā in aures miſeratoris clamare, & narranda ſunt beneficia illius quæ iam contulit,tanquā arras quaſdā & pignora ſecuriſſima

D Oratio. Propter quatuor oportet orationē humilitate orantis eſſe præclarā

Humilitas quātum poſſit in cōſpectu Dei.

Oratio diuinā iuſtitiam pacat.

riſſima maiorũ beneficiorum, quæ vult homines ab eo ſperare ſuſcepruros: puta de expectatione benigna ad locum & tẽpus pœnitentiæ: ſicur per oppoſitum patet de quibuſdã qui immediatè de medio rapiuntur ad ęterna ſupplicia. Vnde Policraticus ait:, ꝙ cum Lacedęmonij implorarent auxilium Athenienſiũ, non eis memorati ſunt bonorum quæ eis fecerant, ſed ſolum quæ ab eis ſuſceperant vt facilius impetrarent. Quartò, ad ſuſcipiendam diuinam gratiam: Sicut enim natura ita abhorret vacuum, vt ignis vel aliud elementum cito deſcendat ad implendum illud, ſic cum humilitas ſemper ſe vacuam afferat, nihil mirum ſi gratia Dei velut pluuia in illud deſcẽdat. Ait enim dominus: Exo. 23. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Et ita licet per certitudinem non poſſit ſciri, quando deſcendit in cor gratia Dei, tamen poteſt haberi illa coniectura probabilis: ꝙ ſicut pluuia materialis cadens in cineribus facit eos minores, ſic pluuia ſpiritualis gratiæ cadens in cineribus cordis hominis, facit eum ſibi ſe minorem videri. Pſal. 67. Pluuiam voluntariam ſegregabit Deus hæreditati ſuæ. & ſequitur, & infirmata eſt. i. humiliata, tu vero perfeciſti eam exaudiendo, & dando quod petit.

E Nũtius. Nũtius iſte: ſit patiẽs, benignus, & modeſtus.

Quarta conditio nuntij huius eſt ꝙ ſit patiens, benignus, & modeſtus. Oportet enim peregrinum illatas iniurias patienter ſuſtinere, vt non reſpondeat cuilibet fatuo, aut cuilibet cani latranti ſe arreſtet, nec cum eo litiget: potius de ſuo perdat, vt pacem retineat. Inde orationes eorum qui patienter diffamationes & detractiones ſuſcipiunt, ſunt multum gratæ Deo, vt patuit in Dauid contra maledictionem Semei, & in Iob, qui pro maledictione, benedictionem reportauerunt. Oportet enim inimicis dimittere, vt dimittatur nobis. Sed & modeſtus eſſe debet iſte nuntius, vt petitiones ſuas decẽter formare valeat: ita vt non excedat, vel diminutus ſit in petendo. Qui enim moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt. Prouerb. 10. Modeſtia autem illa debet eſſe in tribus. Primò, in temporis con-

F Oratio. Qũo in pluribus orans debet eſſe modeſtus.

grui expectatione, quod expectauerat Dauid q dicebat Pſ. 68. Ego vero orõnẽ meam ad te domine, tempus beneplaciti Deus. i. expectas tempus tibi beneplacitum ad liberandum me. 2. Cor 6. In tempore accepto exaudiuit te. Tempus autem aptũ ad orandũ ĩ mane. Pſ. 5. Mane, ſcilicet iuuentutis aſtabo tibi, & iterum. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Quod ſi non poteſt facere in mane iuuentutis, faciat in meridie & feruore virilis ætatis, vel in ſenectutis veſpere ad tardius. Iuxta illud. Veſpere & mane & meridie narrabo. Secundò, in modo proponẽdi & in petitionis formatione primo captãdo iudicis aut principis beneuolentiã, quaſi quodammodo ei adulando. Sic orabat Dauid dicens, exaudi me domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua. Sic hiſtriones ſolent principibus ſuadere, pater veſter fuit ita curialis, ꝙ nunquam de feſto reportauit veſtem, ſic & vos debetis facere, & eam mihi dare. Sic adulando Aſſuero impetrauit Heſter quod voluit. Vidi, inquit, te quaſi Angelum Dei. Valde enim es amabilis & admirabilis dñe, & facies tua plena eſt gratiarũ. Propter quod audire meruit, & ſi dimidium Regni mei petieris, impetrabis. Sic & nos Deo beneficia ſua debemus quaſi adulando ad memoriam reducere, gratias agentes. Hinc Philip 4. ait Apoſtolus. In omni oratione & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Secundò, debet allegare neceſſitatem ſuam & iuſtitiam, quaſi neceſſitas faciat quod quærit iuſtum eſſe ut obtineat, & quaſi ex Deo procedat quærẽdi occaſio. Sic orabat Dauid. Pſalm. 16. Exaudi Deus iuſtitiam meam, & ſequitur. De vultu tuo iudiciũ meũ ꝓdeat. q. d. Pono me ſuper te, ut iudices ſi iuſta eſt petitio mea. Sic orabat q dicebat. Dixiſti domine, oĩs qui petit accipit. & iterum iuſſiſti, Petite & accipietis. Cum ergo quæ procedunt de labijs tuis non facies irrita, fiducialiter petam, & veraciter accipiam. Tertiò, ſic modeſta debet eſſe petitio, ut ſit Deo beneplacens, non quemadmodum fatuus ille nũtius qui

A Adulatio. Qũo debemus Deo adulari, & eius capiare beneuolentiam.

a Deo

a Deo petebat, vt occideret inimicum ſuum, quem Aug. Stultiſſimè petere dicit, quia volebat Deum eſſe tortorem ſuum, & ſe iudicem inimici ſui, cuius ſtultitia apparet primò, ꝙ in tam vili ſeruitio, ſcilicet tortoris, vult ſibi ſeruire Deum, & ſeipſum in tam ſublimi officio, ſcilicet iudicis & pręſidentis collocare. Secundò apparet eius ſtultitia vt dicit Aug. quia vult iſte pontem frangi miſericordiæ Dei, ne habeat inimicus eius per quod reuerti poſſit ad Deum, quod agitur per mortem imparatis & improuiſis peccatoribus.

B *Tpale. Vtrū tēporalia ſint a Deo petenda.*

Sed circa hoc quæri poſſet, vtrum temporalia ſint a Deo in oratione petenda: & vtrum hæc petitio ſit Deo beneplacens. Et videtur ꝙ non, quia Mat. 6. dicitur. Primū quærite Regnum Dei, & iuſticiam eius: & hęc oia adijciētur uobis. ergo temporalia non ſunt quærēda, quia ſpiritualibus adijcienda. Secundò quicumque orat pro aliquo, ſolicitus eſt pro illo: ſed pro temporalibus & neceſſarijs ſoliciti eſſe non debemus. Mat. 6. Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, aut bibatis, &c. ergo. In oppoſitum eſt illud orationis dominicæ. Panem noſtrū quotidianum da nobis hodie. In qua oratione non ſolum ſpiritualis, ſed & corporalis panis petitur. Pro quo ſit prima propoſitio. Licet a Deo temporalia quęrere. Prouer. 30. Tantummodo tribue victui meo neceſſaria. Aug. ad Probam de orando Deum. Hoc licet orare quod licet deſiderare. Temporalia autem licet deſiderare, non quidem principaliter, vt in eis finem cōſtituamus, ſed ſicut quædam adminicula quibus adiuuemur ad tendendum in beatitudinem, inquantū per ea vita corporalis ſuſtentatur.

Tpalia quō ſint a Deo petenda.

Vnde 1. Ethic. Diuitię ſunt organa fœlicitatis, quia organicè deſeruiunt ad actus virtutum. Ideo bona temporalia deſideranda ſunt, non propter ſe, ſed propter aliud & in quadam menſura, ſcilicet ſecundū ꝙ ſunt neceſſaria ad uitam præſentem agendam, ſicut dicit ſapiens Prouer. 30. Diuitias & paupertates ne dederis mihi, quia appetitus cupidi eſt inſatiabilis, & ignis appoſitione lignorum ſemper magis inflammatur: ideo in menſura ponendus eſt appetitus. Parcè enim temporalia eſſe appetenda docuit Chriſtus. Matt. 6. cum panem ſolum petere iubet. Dī ſecundò, quòd non vult dicere dn̄s ꝙ nō quærantur temporalia: ſed quòd prius quærenda ſunt ſpiritualia quàm temporalia. Vnde Aug. de ſermo. do. in monte. Cum dicit dominus illud. Primum quærite Regnum Dei, deſignauit ꝙ hoc, ſcilicet temporale bonum poſterius quærendum eſt, non tempore, ſed dignitate, illud tāquam bonum noſtrū, hoc tamquam neceſſarium noſtrum.

Appetitus humanus ē deprauatus.

Et mirabile ē, ꝙ appetitus humanus ita eſt deprauatus, vt econuerſo appetat. Vulgo dicitur. Bonum forum trahit argentū de burſa, de nullo aūt pōt ita bonū forū haberi ſicut de ſpiritualibus. Ementes. n. ſpiritualia ſemper lucrantur, non autē qui temporalia. Similiter temporalia nō acquiruntur ſola petitione, vt ſpiritualia. Luc. 11. Petite & dabitur vobis. Cryſoſto. ſuper Mat. petentis negligentia redarguitur, cum de dantis miſericordia non dubitatur. Dicitur tertiò, ꝙ noluit dominus omnem prohibere ſolicitudinem temporalium, ſed ſuperfluam tantum & non neceſſariam, qualem habent qui in terris quærunt requiem ſuam & paradiſum; qui non dicunt in oratione ſua oſanna, ideſt obſecro, ſalua, ſed magis per opera ſua clamant, damna obſecro. Pſ. 108. Oratio eius fiat in peccatū.

C *Oratio. Oratio valet cōtra hoſtes viſibiles, & inuiſibiles.*

Tales enim non dicunt oſanna in excelſis, quia ſalutem quærunt in terris. Dicitur quartò, ꝙ de temporalibus maximè quærere poſſumus a Deo refrenationem aduerſariorum nos tentantium, vel impugnantium. 1. Mach. 5. Clamauerunt in oratione, & cognouerunt caſtra Timothei, quia Machabeus eſt, & refugerunt a facie eius. Machabeus enim, percutiens vel protegēs interpretatur, quia nō melius percutitur aduerſarius quam oratione linguæ, quæ eſt gladius talis belli. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorum non ejcitur niſi in oratione & ieiunio. Nihil enim eſt ita bonum contra malū

aerem, vel venenum, ſicut fumus aromaticus. Sic oratio contra veneuum diaboli. Pſal. 17. Laudans inuocabo dominũ, & ab inimicis meis ſalus ero. Aug. in homil. Hoc eſt remedium eius qui vitiorum tentamentis exæſtuat, vt quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationem fugiat: quia frequens oratio, vitiorum impugnationem extinguit gratiores mentes facit, faſtidioſos oblectat, mentes excitat, & peccatores ad lamenta inuitat. Sicut enim folia præbent vmbram contra ardorem, ſic deuota oratio contra æſtum tentationis auxiliatur. Et ſicut folium protegit fructum a ſolis feruore, ſic oratio a diabolo deuoratore: qđ quidẽ folium non debet defluere. i. deorſum fluere orando pro terrenis, quia de iuſto dicitur. Folium eius non defluet: & ſic omnia quæcunque faciet proſperabũtur. Ideo cũ quis ſe ſentit tentatum, debet a Deo petere auxiliũ pro feudo, quẽ ab eo tenet, ſicut fecit ille qui ſe proiecit ante Crucifixum, cum tentaretur de fornicatione, qui dixit. Domine terram cordis mei quam de te teneo, amplius defendere non poſſum. Qui. n. obſeſſus

Tentatio maximè oratione adiuuatur.

eſt in caſtro, debet mittere nuntios ad Regem, qui poteſt eum liberare. Præterea oratio eſt armatura iuſti, vt ſicut milites ſine armis non debent ad bellum procedere, ſic nec Chriſtianus contra tẽtationes, niſi cum oratione. Pſalm. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Sic Martinus oratione armatus omnem peſtem, & omne nociuum effugabat. Hinc in extremis agens oculis ac manibus in cœlum ſemper intentus, inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat: Sic Paulus primus eremita orabat mortuus, quia ſignum orantis ore & manibus in cœlum erectis habuit, cum inueniretur ſanctũ eius cadauer appodiatum, & innixum arbori a ſancto Antonio, de quo ipſe ait. Patet quam aſſiduè oraret viuus, qui non deſinit orare mortuos. Vnde Exo. 17. In bello Iſrael contra Amalech non tam percutiebat Ioſue gladio, quam Moyſes lingua. vbi Glo. Populus non tam manu & armis, quàm voce & lingua pugnauit. Secundò quærere poſſumus neceſſaria ad ſufficientiam vitæ & ad decentiam ſtatus: quia ſicut paruulus eiulat cum vult vbera ſugere, ſic debemus emittere eiulatum orationis pro vberibus conſolationis ſpiritus & corporis, ideſt pro neceſſitatibus tam animæ, quàm corporis.

Neceſſaria poſtulare iure poſſumus a Deo.

Eiulatus enim vox eſt paruulorum ad patres & matres: vel pro eorum abſentia, vel pro defectu materialis alimenti, vel pro occurſu porci, vel canis, vel alicuius terribilis. Sic orandum eſt pro neceſſitate tam ſpirituali quàm corporali. Et ſicut catulus ſentiens vbera plus latrat cum plus percutitur, ſic plus debemus ad Deum clamare, cum plus tribulationis verbere caſtigamur, vel cum plus neceſſitatibus affliginiur. Pſal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui, &c. Sed multi pro neceſſitatibus non quærunt Deum ſicut decet, ſed dimiſſo auxilio humano tentant eum: quia cum poſſint habere auxilium humanum ſuis orationibus, petunt miraculum: vt qui volunt habere ſcientiam occultorum per orationes & ieiunia, vt in arte notoria, vel ſuperſtitioſè credunt, ꝙ dicendo hanc vel illam orationem nullam incurrẽt infirmitatem, vel ꝙ habebunt diuitias & proſperabunt in mercaturis, vel ꝙ oculis corporeis ante mortem videbũt beatiſſimam virginem, vel aliquem Sanctorum, quæ omnia ſuperſtitioſa ſunt & modicæ, immo nullius fidei inſinuatiua. Secundò, circa hoc quæri poſſet vtrũ oratio ſit tanti boni quantũ petitur meritoria? Et videtur ꝙ non, quia Paulus licet Sanctus orauit a ſe remoueri carnis ſtimulum nec obtinere meruit, ergo. In oppoſitum. Io. 16. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Reſponſio. Primò, ſecundum Petrum de Alliaco, ꝙ oratio duplicem habet uirtutem reſpectu futuri profectus, ſcilicet uirtutem merendi, & uirtutem impetrandi. Oratio autẽ ſicut & quilibet actus meritorius, habet efficaciã merendi inquantum procedit ex radice charitatis: efficaciam autem impetrandi habet

D Oratio. Vtrum oratio ſit tanti boni quantum petitur meritoria.

E Oratio. De duplici virtute orationis.

bet

bet ex radice diuinè liberalitatis, quia Deus ideo nos ad petendum inducit, ut liberaliter det. Hinc Aug. lib. de uerbis domini. Non nos hortatetur ut peteremus, niſi dare vellet. Et Chryſoſt. ſuper Mat. Nunquam oranti beneficia denegat, qui orantes vt non deficiant, ſua pietate inſtigat. Dicitur ſecundò, ſecundum eundem Doctorem, ꝙ meritũ orationis quandoque principaliter ad aliud reſpicit, quàm ad illud quod petitur: quia meritum orationis principaliter reſpicit ad beatitudinem, ſed petitio orationis quandoque directè reſpicit ad quædam alia. Et hoc multipliciter, quia quandoque illud quod quis petit orando, nõ eſt beatitudo, nec ad beatitudinem vtile, & ſic non meretur illud accipere: immo quandoque ſic orando meritum amittit, ſcilicet ſi petat complementum peccati, & hoc non eſt piè orare. Vnde legitur, ꝙ Vitellius Imperator cum amicus eiuſdem iniuſtè rogationi inſiſteret, nec obtineret, iſque amicus cum indignatione dixiſſet. Quid mihi ergo eſt amicitia tua ſi non facis quod rogo? immo ait Imperator. Quid mihi tua amicitia, ſi propter te aliquod inhoneſtum facturus ſum? Si ergo homo iuſtus hoc non exaudiret, quanto minus Deus? Similiter quando aliquid a Deo petit ex cupiditate, vt diuitias, vel honores quos quãdoque dominus exaudit ad malũ ſuum, ſicut illos, de quibus Pſal. 104. Petierunt & venit coturnix, &c. ſed ſequitur malum eorum cum dicitur. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos. Quandoque non exaudit, & hoc ad vtilitatem eorum. Pſalm. 106. Clamauerunt ad dominum, nec exaudiuit eos. Iſidorus. Sæpe Deus multos non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad ſalutem. Similiter qui ſibi mutuo aduerſantur, quærunt a Deo contraria, quos Deus ad eorum voluntatem non poteſt exaudire, quia contraria daret. Vnde in fabulis Aeſopi recitatur, quòd quidam ruſticus duas filias habuit, quarum vnam nuptui dedit figulo, alteram ortulano. Non longè poſt, viſitando eas venit ad illam primò, quam dederat ortulano, quærens quomodo ei eſſet. Cui illa. Pater ſi Deus dederit nobis pluuiam ad irrigandum ortum, bene erit nobis, ideo orate, vt det pluuiam: Venit ad alteram ſimiliter quærens. Cui illa. Pater ſi Deus dederit ſiccitatem, ut uaſa lutea ualeamus exiccare, bene erit nobis, orate, &c. Tunc pater. Neſcio quid facere debeam an orare Deum pro pluuia, uel pro ſiccitate. Sic Deus non poteſt utroſque ad ſuam intentionem exaudire. Si uero illud quod petitur non eſt neceſſarium ſaluti, nec manifeſtè ſaluti contrarium: tunc licèt orans orando mereri poſſit uitam ęternam, tamen quandoque non meretur obtinere illud quod petit. Aug. lib. ſentẽtiarum proſperi. Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſarijs huius uitę, & miſericorditer auditur, & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo ſit utile magis nouit medicus quam ægrotus. Et propter hoc Paulus non eſt exauditus petens ſibi amoueri ſtimulum carnis, quia nõ expediebat. Si autem quod petitur ſit utile ad beatitudinem, pertinens ad hominis ſalutem, illud non ſolum meretur orando, ſed etiam alia opa meritoria faciendo, ſed tamen quandoque differt accipere propter cauſas ſupradictas. Quandoque tamen non exaudit, quia talis non perſeueranter petit. Ideo ad exauditionem orationis requiritur non tantummodo ꝙ petat ea quæ pertinent ad ſalutem: ſed etiam ꝙ perſeueret in petendo. Vnde Baſilius. Ideo quandoque petis & non accipis, quia perperam poſtulaſti, uel infideliter, uel non conferentia tibi, uel quia deſiſti. Eſa. 62. Qui reminiſcimini domini, ne taceatis, ne detis ſilentium ei. Coloſſenſ. 4. Orationi inſtantes, exemplo Chananeæ, & cęcorum clamantium. Et quia adhuc poteſt impediri ſi non pro ſe petat, ideo tertiò requiritur quòd pro ſe petat, & non pro alio: eo quòd non poteſt alteri mereri de condigno vitam æternam, nec ea quæ ad eam per-

A Oratio. Oratio exauditur ſi ſit perſeuerans prò ſe piè, & de his ꝙ ad ſalutem.

Oratio nõ exauditur interdũ a Deo rationabiliter.

Perſeuerantia i oratione eſt neceſſaria.

pertinent. Vnde Aug. ſuper illud Io. 16. Si quid petieritis, &c. Exaudiuntur oẽs pro ſeipſis non pro omnibus, ideo non vtrique dictum eſt. Io. 14. Dabit, ſed dabit vobis. Idcirco pro ſe orate ponitur tertia conditio ad hoc ꝙ oratio exaudiatur, non quidem conditio requiſita ad actum merendi, ſed ſicut neceſſaria ad effectum impetrandi. Nam quandoque contingit, ꝙ oratio facta pro alio nõ impetrat, etiam ſi fiat piè & perſeueranter & de pertinentibus ad ſalutem, ſcilicet propter impedimentum quod eſt ex parte eius pro quo oratur. Iuxta illud Hiere. 15. Si ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum. Nihilominus oratio orantis qui orat ex charitate pro alio, eſt meritoria, iuxta illud Pſal. 34. Oratio mea in ſinu meo conuertetur. Vulgo enim dicitur, ꝙ ſtultus eſt qui ſub ipſius obliuiſcitur. Quartò, requiritur ꝙ piè oret .i. ex pio deſiderio, & ſic poteſt peccator piè orare, ſicut iniuſtus carens habitu iuſtitiæ poteſt iuſtum velle, & ex iuſto & pio deſiderio: Sicut enim feruor & ardor in vẽtre nubis cauſat tonitruum magnum & altum, ex quo ſequitur abundantia pluuiarum, ſic quando in ventre nubis .i. in corde hominis eſt feruor deuotionis, ſolet apud Deum oratio altius reſonare, & pluuia beneficiorum copioſius redundare. Sagitta ex forti arcu magno impetu emiſſa, longè vadit. Sic oratio ex corde pio & deuoto. Et ita licèt oratio peccatorum non ſit æternæ ſalutis meritoria, tamen illis quatuor conditionibus obſeruatis. ſ. ꝙ pro ſe petant pertinentia ad ſalutem piè, & perſeueranter, poteſt eſſe impetratiua: quia meritum quodãmodo innititur iuſtitiæ, impetratio autẽ innititur miſericordiæ. Et ita licèt oratio peccatoris ſicut & alij actus non ſit meritoria ſine gratia, impetrat tamen gratiam gratum facientem. Iuxta illud Luc. 11. Pater veſter dabit de cœlo ſpiritum bonum petentibus ſe.

Oratio pro alijs facta cur nõ exauditur.

De pœnitentia ſermo 40. & ſpecialiter de oratione 9.

IVbet peti dominus quicquid vult nos habere. Si Regnum eius, iubet primum, quærite Regnũ Dei: ſi ſeipſum, iubet Eſa. 58. Quærite dominũ dũ inueniri poteſt. Et ad hoc myſticè conſonare poteſt quod dicit Vegetius lib. 1. de re militari. Ait enim ꝙ in quibuſdam inſulis in quibus inuentus eſt vſus fundæ, matres paruulos ſuos nullum cibum contingere ſinebant, niſi quem de funda prius percuſſiſſent. Sic Chriſtus quaſi mater noſtra ad nos paruulos ſe habere videtur, vt exercitemur & diſcamus funda iacere, ideſt modum & conſuetudinẽ orandi: ita ꝙ nihil nos vult habere niſi prius illud oratione attingamus. Secundum autem Iſidorum 18. Etymologiarum, funda à fundendo dicitur, propter quod oratio funda eſt, quia per ipſam effundimus Deo corda & vota noſtra. Pſ. 61. Effundite coram illo corda veſtra, & propter hoc Deus adiutor noſter in æternum. Pſal. 141. Effundo in conſpectu eius orationem meam. Ideò vult quòd funda iſta contingamus, quod volumus obtinere. Pſalm. Qui dat iumentis eſcã ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Sic dedit Samueli gratiam cũ miniſtraret infans in templo. Sic mulier clamans ad Heliſeum, oleum meruit augeri. Quod quidem oleum gratiæ a beatiſſima Virgine requiramus, dicẽtes. Aue.

B *Quærere. Quo iubet dominus quærere qđ a nobis vult impetrari.*

Dicto de quarta conditione, ſupereſt quintam huius nuntij conditionem declarare. Quinta igitur huius nuntij conditio eſt, quòd debet eſſe cognitus & dilectus ab his qui ſunt in curia: quia ſicut dicit Greg. Cum his qui diſplicet ad intercedendum mittitur, iudicis animus ad deteriora prouocatur. Propterea fatuus eſt nuntius, qui cœleſte conſiſtoriũ intrat excommunicatus, quia talis in cõmunicatione Sanctorum nunquam admittetur. Prouer. 28. Qui declinat aures ſuas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Nec mirum, quia qui a verbis Dei aures ſuas auertit, non immeritò ſi a ver-

C *Nũtius. Nũtius iſte dẽt eſſe cognitus et ab his qui de curia ſunt dilectus.*

a verbis eius aures Dei auertuntur. Pſal. 118. Maledicti qui declinant a mādatis tuis. Igitur maximè maledicti qui maxime declinant ab illis. Hi ſunt qui nec appropinquare volunt, vt illa audiant. Maximè enim ſe longè faciunt a mandatis Dei, qui nec illa audiunt, nec faciũt; Qui verò audiunt & non faciunt, non tam longè ſunt. Habet enim Deum pro excommunicato, qui verbis eius auditũ communicare recuſat, & ideo etiam ab eodem excommunicatus eſt, cui nec verba ſua communicat. Periculoſa eſt hæc excommunicatio, cum etiam omni generi peccatorum verbum Dei communicandum ſit, exceptis illis quos canes, & porcos veritas vocat. Mat. 7. Quibus non ſunt margaritæ veritatis ſeminandæ. Vtinam etiam attenderent illi quibus tam ſtudioſè communicatur verbũ Dei, quanta largitate gratiæ Dei hoc ipſis fiat. Non enim fecit taliter omni nationi, cum legatur Act. 16. ꝙ prohibiti fuerunt Apoſtoli a Spiritu ſancto verbũ Dei prædicare in Aſia. Sed eſt alia huius nuntij fatuitas, qui cœleſti curiæ incognitus eſt, & ita ignarus, ꝙ eoſdem vicos prorſus ignorat, nec reſpicit ſi ibi hēat contradictores & impedientes negotia noſtra Quod enim nobis orantibus clamant, contradico. In his primi contradictores & aduerſarij ſunt noſtra peccata, quorum clamor aſcendit ad Deum, & iſti ſunt fortiſſimi, quia iſtis tacentibus cæteri tacerent. Secundi aduerſarij ſunt exercitus militiarum cœleſtium, & Sanctorum, & animarum quæ occaſione vitiorum noſtrorum in igne purgatorio, vel in inferno detinentur. Toti enim curiæ cœleſti ſumus inimici, quandiu mundo amici ſumus, & peccatis. Iacob. 4. Quicunque voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur. Similiter & illi quibus dedimus peccandi occaſionem. Tertij aduerſarij ſunt Sancti quibus iniuriati ſumus: & hoc vel in perſonis eorum blaſphemantes, contra eos nepharijs iuramentis, quibus quandoque, nec ipſi glorioſæ Virgini parcitur. Et hoc dupliciter, vel cum miniſtri qui illis ſeruiunt iniurijs moleſtantur, vel cum bona ibi Deo dicata diripiuntur. Quarti aduerſarij ſunt dæmones. Apoc. 12. Proiectus eſt ille accuſator fratrum noſtrorum. Quintus & maximus aduerſarius eſt Deus, qui ſemper accuſat eos qui ſe negligunt accuſare, & ſemper excuſat eos qui ſe inceſſanter accuſant. Sed primi accuſatores in illa curia occiduntur, quia non ſunt ſub protectione iudicis, ſicut fit in ſecularibus. Colo. 3. Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper terram. Deſertio autem peccatorum, mors eſt eorundem, quia anima eſt ſuſtentamentum eorũ. Oportet autem, vt procuret aliquos, qui clament pro eo. Horum autem clamatorum duo ſunt genera. Primum eſt opera miſericordiæ. Abac. 2. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod eſt inter iuncturas ædificiorum reſpondebit. Piorum enim ædificiorum ligna, & lapides clamant in aures Dei pro ædificatoribus ſuis. Ad hoc eſt exemplum de Rege Dagoberto, qui ereptus eſt de pœnis inferni, vt retulit Ioannes eremita. Qui cum videret eum proijci in ollam Vulcani in Silicia, tandem precibus ſancti Dionyſij, quia eius eccleſiam fundauerat, liberatus eſt. Sicut econtrario fiet cum iſta de rapinis fiunt. Iacobi 5. Aurũ veſtrum & argentum eruginauit, & erugo erit vobis in teſtimonium. Alij clamatores ſunt ipſi interceſſores Sancti, ſiue qui cum Deo regnant, ſiue qui militant, quorum auxilio fretus ille nuntius, poteſt facere obmuteſcere omnes cõtradictores. Debet.n. orans cum alijs & pro alijs orare, vt ipſe cum multitudine exaudiatur. Sic Apoſtoli ſimul orãtes ſuſceperunt Spiritum ſanctum. Sic 1. Mach. 3. Congregatus eſt conuentus, vt orarent, & peterent miſericordiam. hinc eſt illa promiſſio Chriſti. Mat. 18. Si duo, vel tres conſenſeriut, de omni re quæ eſt ſuper terram, fiet eis a patre meo, quia ſecundum Hieronymum impoſſibile eſt preces multorum non exaudiri. Inde eſt vſus eccleſiæ cum multitudine proceſſionaliter incedere. Modus tamen placandi Deum eſt, vt omnibus proximis noſtris placati ſimus. Eccl. 18. Ho-

D Nũtius. De multiplicib. contradictoribus huic nũtio in cœleſti curia.

A Clamare. De duobus clamatoribus pro nobis ad Deum.

Oratiões multorũ de facili exaudiũtur.

B Oratio. Vtrũ ꝑ alijs debeamus orare Deum.

Homo homini ſeruat iram, & a Deo quærit medelam. Sed circa hoc quæritur vtrum pro alijs debeamus orare Deum. Vř ꝙ non, quia aut pro iuſtis aut pro iniuſtis. Non pro bonis, cum boni pro ſeipſis exaudiantur, & ſic fruſtra pro eis ab alijs oratur. Non pro malis, quia pro eis orare prohibemur. Hiere. 7. Tu ergo noli orare pro populo iſto, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Similiter ſcriptura ſacra contra malos & maximè contra inimicos imprecatur maledictiones. Iuxta illud. Pſal. 82. Cõturbentur omnes inimici mei, & confundantur, & pereant & ſic de alijs, igitur. Reſponſio. Prima propoſitio. Nullus ſe poteſt excuſare quin pro alio orare poſſit, quia nullus a collatione huiuſmodi eleemoſynæ ſe excuſare poteſt, nec diues, nec pauper, nec nobilis, nec ignobilis, nec ſanus, nec infirmus, nec eloquens, nec mutus, nec videns, nec cæcus, nec fortis, nec debilis. Et ſi ſe excuſent a ieiunio pro corporali infirmitate, vel capitis debilitate, & a manuali eleemoſyna præ paupertate, nullus tamen ab oratione, & ſi a vocali non tamen a mẽtali, etiam ſi mutus eſſet. Pſal. 41. Apud me oratio Deo vitæ meæ. Vnde ſuper illud. Pſal. 36. Iuſtus autem miſeretur & tribuet, dicit Aug. Semper eſt aliquid homini iuſto quod det, ſaltem oratio.

Orantes poſſunt, & debent.

C Oratio. Boni ꝑ malis exaudiuntur.

Dicitur ſecundò, quòd oratio bonorum ſæpe exauditur pro malis ad ſalutem, quandoque æternam, quandoque temporalem tantum. Hoc dicit ſaluator Luc. 13. In parabola de arbore fici plantata, quæ ad ſupplicationem cultoris vineæ non eſt amputata, ſed derelicta, vt foderetur, & coleretur. Eccleſ. 7. Verba ſapientum quaſi ſtimuli, qui ſcilicet cogunt Deum cito recedere a ſemitis iuſtitiæ ad latam viam miſericordiæ. Pſal. 4. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meę. i. Deus qui facit iuſtitiam, inuocatus pronus eſt ad exauditionem. Leproſus enim licèt ſit raucus, & eius clamor non audiatur, flabellum tamen pro eo clamat & auditur. Sic peccatoris vox rauca eſt, ſed iuſtus auditur pro eo. Moyſes enim multoties orauit dominũ. Exod. 8. 9. & 10. vt tolleret plagas ab Aegyptijs, & exauditus eſt, licèt mali eſſent. Sic exauditus eſt Iob pro amicis ſuis, quando faciem eius ſuſcepit dominus, vt non illis imputaretur ſtultitia. Sic exauditus eſt Moyſes pro idololatra populo. Sic Phinees aduerſus irã Dei, vt ceſſaret quaſſatio. Nullum.n. eſt vulnus, cui dominus per orationem non medeatur. Si enim tantæ ſit efficaciæ orõ, vt ſanctificet ſacrã & ſacralia, quæ ſunt ꝑꝑ animæ ſalutem ordinata, quanto magis i pſam animam contritam ſanctificabit? Non tamen pro omnibus peccatoribus exauditur oratio, ſed pro quibuſdam tantum. Exauditur enim pro prædeſtinatis, non pro præſcitis ad mortem ęternam. 1. Io. 5. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccato nõ ad mortem, oret, & dabit ei Deus vitã. Et ſubdit. Eſt autẽ peccare peccato ad mortẽ, non pro illo dico vt roget quis: ſed quia non poſſumus diſtinguere prędeſtinatos a reprobis, ideo nulli in præſenti vita eſt denegandum orationis ſuffragium: & ſic pro omnibus generaliter eſt orandũ.

D Proprædeſtinatis exauditur oratio nõ pro præſcitis.

Dicitur tertio, ꝙ oratio pro malorum conuerſione facta a bonis, non multum prodeſt, niſi mali ſe adiuuent, & coadiuuent eos qui orant pro eis. Mulier enim ſapiens operata eſt conſilio manuũ ſuarum, non alienorum tantum. Bonus paterfamilias ad meſſem cum operarijs ſuis apponit manum. ita vt ſecundum Ariſt. 2. Oeconomicę, ipſe paterfamilias debeat eſſe primus; & nouiſſimus in opere. Multi enim ſe committunt orationibus Sanctorum virorum, ſed indignos ſe faciunt moribus eorum, ſicut Antiochus, de quo. 2. Machabeo. 9. Orabat ſceleſtus ille dominum, a quo non erat miſericordiam conſecuturus. Iſti cupiunt extrema Sanctorum, ſed nõ principium, ſicut Balaam Numeri. 23. Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia, non quærit primitiua ſua ſimilia fieri. In vitis patrum, quidam frater tentatus ſpiritu fornicationis, rogauit quendam Sãctum virum, vt oraret pro ſe. Quod cum feciſſet aſſiduè, & ille diceret, ſe nõ eſſe

E Oratio. Oratio bonorum pro conuerſione malorũ facta nõ multum prodeſt malis niſi ſe adiuuent.

a ten-

Exemplū recenſendum. a tentatione illa alleuiatum, cum contriſtaretur ſenex ſe non exaudiri, vidit illum monachum quem diabolus tentabat ſedentem & ſpiritum fornicationis, ante illum ludentem & ipſum cum eo delectari, & Angelum Dei grauiter indignantem contra eum, quia non confugiebat & orabat iuxta conſilium ſuū, ſed magis delectabatur in cogitationibus & imaginationibus quas ei diabolus immittebat. Quem arguit ſenex de negligentia dicens. Impoſſibile eſt alienis orationibus ſpiritum hunc a te recedere, niſi & tu laborem aſſumas orationum, vigiliarum, & ieiuniorum. Sicut.n. in medicinis corporalibus nihil proficit cura medicorum, niſi infirmi a noxij ſe abſtineant, ſic nec orationes ſanctorum negligentibus, remiſſis, & reſolutis corde. Vnde quidam latrunculus deſerti venit ad hominem Dei, rogans vt orationibus ſuis faceret eum bonum, quod annuit vir Dei. Reuoluto vero anno, venit iterum latrunculus ille quærens a viro Dei ſi pro eo oraſſet. Cunque ſe illud feciſſe aſſereret vir Dei, ait latrunculus ego peior ſum quàm prius, quomodo pro me oraſti? Cui vir Dei pellem beſtiæ obtulit dicens, vt traheret eam contra ſe, quis viribus eam reportaret. Cui latrunculus, ſi mille aurei vel panni ſerici eſſent inter nos ad diuidendū, ſperarem eos viribus obtinere. Cunque traxiſſet contra virum Dei pellem, viribus obtinuit. Cui vir Dei, ego te orationibus meis traho ad dominum, tu cum malitia tua trahis ad oppoſitū. Tum fortior me es, ideo niſi mecū agas, nihil tibi proficient orationes meæ. Dī quartò, ꝙ pro iuſtis triplici ratione orandum eſt. Primò, quia multorum preces facilius exaudiunt. Roma. 15. Super illud adiuuetis me in orationibus veſtris, dicit gloſ. Rogat Apoſtolus minores pro ſe orare. Multi enim dum congregantur vnanimes, fiunt magni: & multorum preces impoſſibile eſt non impetrare. Qui non poſſet per ſe audiri a Rege, quia longe eſſet a palatio, alios ſi poſſet ſecum iungeret, vt clamarent vel lapidibus oſtium cōcuterēt, vt audiretur.

F Oratio. Pro iuſtis multiplici ratione orandum eſt.

Sic in orationibus publicis, vel cum alijs iunctis innocentius dominum, vt citius exaudiamur. Secundò, vt gratiæ agantur Deo de beneficijs, quę dantur iuſtis, quæ etiam in vtilitatem multorum vergunt. 2. Cor. 1. Adhuc cupiet nos adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierū eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæ agantur pro nobis. Tertiò, vt maiores in ſanctitate non ſuperbiant, dum conſiderant ſe minorum ſuffragijs indigere. Sic Salomon ſapientiſſimus pro tēplo ædificando petijt auxilium Regis Chiri minoris ſe. 3. Reg. 5. Sic cementariorum magiſtri indigent ſuorum ſeruorum officio, ad ſubleuandum lapidem in maceria parietis. Dicitur quintò, ꝙ iſte imprecationes in malum contra inimicos quę ſæpe habentur in ſcripturis, ſecundum Petrum de Alliaco, poſſunt quadrupliciter intelligi. Primò vt non optando ſed prædicando intelligantur. Nam prophetæ ſolent ſub figura imprecātis futura prædicere, vt dicit Aug. lib. 1. de ſer. do. in modo. Secundò, quædam mala temporalia petunt a domino peccatoribus infligi ad eorum correctionem, vt hic puniantur, & non in alio ſeculo. Tertiò, vt intelligantur petere non contra ipſos peccatores, ſed contra Regnum peccati .i. non contra hominū naturam, ſed contra culpam, vt ſcilicet peccatum deſtruatur. Et ſic etiam licitū eſt inimicos impugnare & temporalia mala eis inferre. Sic etiam ſancti vindictam de inimicis optant, & quærūt iuxta illud Apoc. 6. Vſque quo non vindicas ſanguinem noſtrum. gloſ. Auguſtini Vindicta martyrum eſt, vt euertatur Regnum peccati, quo regnante tanta paſſi ſunt. Quartò, iſte imprecationes fiunt a Sanctis conformando voluntatem ſuam voluntati diuinæ circa punitionem perſeuerantium in peccato. Sicut etiā lętantur Sancti de vindicta non propter ſeipſam, ſed propter diuinam iuſtitiam: iuxta illud. Pſal. 57. Lętabitur iuſtus, cum viderit vindictam, &c. Sexta conditio ꝙ nuntius iſte debet eſſe feruens & diligens in proſequendo, & ſolicitando

G Oratio. Imprecationes in malū cōtra inimicos factæ quadrupliciter poſſunt rectè fieri.

A Nūtius. Nūtius iſte dās

eſſe feruens, & diligens in proſequendo negotiũ ſuum.

do curiam cęleſtem ſuper negotijs ſuis Hiere.3. Onager in deſiderio animę ſuę attrahit ventum amoris ſui. Pſal.61. Cucurri in ſiti. Et ideo non debet apparere vacuus nuntius iſte, vt apud dominos curię cęleſtis facilius procuret negotia ſua. Ait.n. Exodi 23. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Propterea vocat orans quem deprecatur dominum, proteſtans ſe eſſe ſeruum, vt autem dicit Cryſoſtomus ſuper Mat. boni domini eſt omnium prouidere, quę ſunt ad vtilitatem ſerui: boni autem ſerui eſt vtiliter operari. Ergo ſi volumus ꝙ Deus nos orantes exaudiat tanquam bonus dominus, iuſtum eſt vt fideliter laboremus tanquàm boni ſerui. Pręterea Tullius in rhetorica dicit, ꝙ oratori ad perſuadendum maximè vtilis videtur eſſe pronunciatio conueniens, quę quidem ſecundũ eum conſiſtit non ſolum in figura vocis, ſed etiam in motu corporis: & orans officium habet perſuadendi Deo, vt aliquid ſibi tribuat, vel vt prius ſibi collata conſeruet: ideo ſic orare debet vt non ſolum vox, ſed & motus .i. opus orationi conueniat. Pſal.118. Confitebor tibi in directione cordis. Prouer. vlt. Laudent eam in portis opera eius, quia in ingreſſu nuntij eius in paradiſum, quæritur ſi aliquod munus aſportet. Videtur enim in porta illius curiæ ſcriptũm, quod in porta cuiuſdam diuitis ſcribebatur pro volentibus intrare. Sic enim erat ſcriptũm. Fers aliquid ? nihil, eſto foris. Fero, quid? ſatis, intra. Vnde Mat.7. dicit dominus. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit in Regnum cęlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei, ille intrabit in Regnum cęlorum. Non enim ſufficit dicere bis domine, ſed ter oportet dicere ſcilicet corde, lingua, & opere: & adhuc in operando oportet eſſe cordis lætitiam, iuxta illud. Pſal.99. Seruite domino in lætitia. Hinc. Hieronymus. Plus valet vnus Pſalmus decantatus cum mentis deuotione & iucunditate, quàm totum pſalteriũ cũ tedio & anxietate. Non debet maſticari mel cęleſte, aut fauus ſpiritualis, aut aromaticæ ſpecies Spiritus ſancti, quin dulcedo & uirtus ſentiatur. Eccl.35. Qui odorat Deum in oblectatione, ſuſcipietur deprecatio illius. Non ſic oratio porcorum qui non ſentiunt, ſed faſtidiunt dulcia & aromata. Ber. Quomodo in oratione Chriſtum tam cito faſtidit, deſcriptum eſt mel & lac ſub lingua eius? Tales ſunt ſimiles mulieri prægnanti, quæ dulcia abhorret, & amara diligit guſtare. Sed circa hoc quęruntur duo. Primo, quomodo & vnde acquiritur deuotionis feruor in oratione. Secundò, quomodo indeuotio hominis mentem occupat. Ad primum dicitur, ꝙ ſicut viri guloſi famem quęrunt & appetitum, vt bene comedant: ſic ſpiritualem appetitum viri ſpirituales quærunt. Quatuor autem modis hoc ſolet quęri. Primo ſpatiando & loca delectabilia quærendo. Sic loca religioſa viſitando, vel Chriſti vulnera, quæ cordi deuoto delectabilia ſunt & ſpatioſa ad delectandum in amore Chriſti. Hinc de viro ſpirituali in perſona onagri dicitur Iob 39. Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ: & virentia quæque perquirit. Eccl.40. Gratiarũ & gloriam deſiderabit oculus, & ſuper hoc virides ſationes. Viridia enim ſunt vulnera Chriſti. Nam in viridi hæc faciunt. Secundò, quærunt ſaporẽ acuẽdo appetitum aceto, ſed dominicę paſſionis, de quo. Pſal.68. In ſiti mea potauerunt me aceto, & clauis qui dicuntur gazophyli: idest clauis crucis, vt cibus animę redoleat, de quibus clauis canitur: dulce lignum dulces clauos, &c. Amaritudo enim domini Ieſu cauſat in nos dulcedinem. Nec mirum ſi vnum contrarium, aliud contrarium generet, quia aqua per accidens incendit fornacem. Aqua enim facit voluere rotam, & rota mouet folles, quorum vento incenditur fornax ferrea, quę facit liqueſcere ferrum. Sic aqua exiens de latere ſaluatoris, vel eius amaritudines, faciunt voluere rotam cordis noſtri, quod continuè mouetur: & ſic vento Spiritus ſancti incenditur fornax in corde noſtro ferreo, quę liqueſcere facit cor in deuotione. Tertiò, guſtando bonum cibum ſuſcitatur appetitus. Quis melior cibus quàm

B Nũtius. Nũtius iſte non debet apparere, corã Deo vacuus bonis operibus.

Oratio dẽt eſſe deuota.

C Appetitus. Appetitus ſpiritualis quatuor modis q̃ri ſolet exemplo appetitus corporalis.

quàm ſit ipſe Deus? de quo hymnus: guſtando viuimus Deo, maximè cum clauditur appetitus his cibis terrenis, qui non generant niſi ventoſitates. Fons enim viuus qui incluſus eſt, nec habet foramen, per quod poſſit exire, ſemper ad alta aſcendit. Sic cor, dum per ſenſus non effluit ad hæc inferiora, ſemper in altum ad ſuperiora conſcendit. Iob.7. Elegit ſuſpendium anima mea. Qui enim ſuſpenditur, pedibus non tangit terram. Quartò, appetitum inuenit homo & decore vaſorum, & nouitate & varietate ferculorum. Noua fercula ſunt agnus aſſatus, & panis viuus: noua vaſa ſunt ſacramenta. Per hæc enim omnia renouatur fames, & appetitus deſiderij. Vel varietates ferculorum ſunt varietates ſententiarum ex ſacra ſcriptura elicitarum. Hæ enim maximè excitāt affectum ad deuotionem, immo & quãque oratio deuota illuminat intellectũ ad Dei cognitionem. Noui enim aliquos plus deuota oratione, quàm rationis inueſtigatione in diuinis ſcripturis profeciſſe. Vnde & Ionathas.1.Reg.14. guſtauit paululum mellis.i. deuotionis, & illuminati ſunt oculi eius. Inde Nume. 24. Dicit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis videt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius. Qui enim coram Deo ſe per humilem orationem proſternunt, lumen gratiæ & ſcientiæ accipiunt, & ſic aperiuntur oculi eorũ, quando cadunt. Vel etiam auditor cadit, quando humana ratio deficit: & vbi menti aliquid diuinitus inſpiratur, ſenſus corporeus, memoria, & ratio ſuccũbunt. Inde tres diſcipuli ceciderunt vbi vocem diuini tonitrui in montis ſupercilio audierunt: & Rachel moritur.i. ratio ſuccumbit, vt Beniamin oriatur.i. intelligentia accedat. Dicitur tertiò, ꝙ principaliter hic feruor quærendus eſt a Deo, ſicut ab igne: quemadmodum petebat qui dicebat, intende deprecationem meam.i. fac eam intenſiorem & feruentiorem. Intenditur tamen deprecatio dupliciter, vno modo ad modum formę quæ augetur quando ex maiori feruoris igne procedit: & hoc contingit quando

D Oratio. Oratio deuota maximè illuminat intellectũ.

E Intẽſio. Dupliciter intenditur deprecatio.

mens ab exterioribus retrahentibus recolligitur, quia ſecundum auctorem de cauſis, omnis virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Vnde & ferrum fortius ealefacit, quàm ignis ex ſeipſo: & hoc quia partes ignis magis diſperguntur propter eius raritatem. Et ideo non poteſt deprecatio illorum eſſe intenſa, de quibus. Origenes in homilia de Chananea. Flectis quidem genua, ſed foris vagatur mens tua, vſuras cogitat, poſſeſſionũ reditus ſupputat, deſcriptionem domorum decernit, amicorum verba voluit, negligentias famulorum intuetur. Hæc Orige. vbi præmittit. Tu non audis orationem tuam, & Deum vis audire eam? Vnde taliter oranti poteſt Deus dicere illud.1.Reg.15. Quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis? Secundò modo, poteſt intendi deprecatio ad modum quo arcus intenditur, vt ſagittam longius proiiciat, quemadmodum filij Effrem intendentes & mittentes arcum. Ad hoc autem, vt ſic intendatur, oportet vt curuetur. Sic oratio eſt quaſi arcus, non ſolum quia eo dæmones effugamus, ſed ẽt quia per eã vota noſtra procul quaſi in Deũ dirigimus. Luc.16. Steterunt a longe, & leuauerunt vocem ſuam. Sicut autem arcus habet duo cornua quæ quanto magis ſibi inuicem appropinquant, tanto fortius & longius proiicit arcus: ſic & oratio duo habet cornua, ſcilicet ieiuniũ quaſi cornu inferius, & eleemoſynã quaſi cornu ſuperius, cui intendendo arcũ manus tendentis innititur. Et ita ad hoc ꝙ arcus iſte intendatur, & percutiat: oportet ꝙ ieiunium & eleemoſyna conueniant: & quanto magis conueniunt, tanto celerius, & altius penetrabunt. Vnde de eleemoſyna ait Cryſoſto. Vacuus intrat ante Deum, qui veniens ad orationem, nullam facit eleemoſynam. Et de ieiunio dicit. Oratio ſine ieiunio gracilis eſt & infirma. Ideo autem petit ꝙ arcum iſtum Deus intendat, quia arcus fortis eſt, & nos imbecilles & parui: ideo niſi ſit alius qui eo vtatur & intendat, nos eo vti non poſſumus. Io.15. Sine me nihil poteſtis facere. Nihilominus tamen

Oratio ẽ quaſi arcus.

Ieiunij, & eleemoſynæ neceſſitas.

tamen ſicut contingit in Anglia, quòd paruulis iuxta capacitatem ſuam datur arcus, vt diſcant trahere & trahendo ſiant huius ludi boni artifices, ſic parentes debent dare doctrinam arcus huiuſmodi, ſcilicet orationis ſuis paruulis, vt diſcant orare a iuuentute ſua. Sed ſunt multi iracundi, qui de arcu iracundiæ trahũt ſagittas vindictæ in proximum. Pſal. 10. Intenderunt arcum rem amaram, vt ſagittent, &c. huius arcus duo ſunt cornua: ſcilicet odium quo perſequitur, & ſuperbia propter quam non vult uinci. Ad ſecundò quęſitum dicitur, quòd indeuotio cauſatur ex eo, ꝙ non ſentit cor amoris diuini ſtimulos aut aliquos pios eius affectus in quos reſoluatur. Sicut enim deuotio eſt pia cordis liquefactio: iuxta illud. Pſal. 21. Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcẽs: à calore ignis diuini, in medio ventris mei. i. memoriæ quæ eſt venter animę, quia ſicut in ventre reliquiæ ciborum recipiuntur: ſic memoria reliquiæ Sanctarum cogitationum & beneficiorum Dei quibus agitur feſtũ ſolemne, & deuotum Deo: iuxta illud. Pſal. 78. Reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. Sic econtrario indeuotio eſt cordis ariditas. Pſal. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi: ſicut erant corda filiorum Iſrael arida a ſpirituali pinguedine, quando dicebãt Nume. 11. Anima noſtra arida eſt. huius autem ariditatis inueniuntur ſeptem cauſæ, primò quandoque prouenit ex bonorum ſpiritualium faſtidio. Nume. 11. Oculi noſtri non reſpiciunt niſi man. Grauis eſt enim illa infirmitas, quæ faſtidit, & abominatur omnem eſcam delectabilem. Pſalm. 106. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & ideo appropiquauerũt ad portas mortis. Terra ſterilis ad quam non poteſt aqua rigationis deduci, ibi perditur labor culturę: nec inde fructus vtiles conſequi poſſunt, immo non eſt apta niſi ad germinandum ſpinas & tribulos. Sic cor aridum dum non recipit rigationem bonorum operum, & inſtinctum Dei, nihil valet, niſi ad malum procreandum. Secundò, prouenit indeuotio ex carnalis conſolationis abundantia, quia quanto magis caro impinguatur, tanto magis anima eſt macilenta: ſicut quanto pinguior efficitur caſeus, tanto minus relinquitur de ſubſtantia & bonitate butyri. De quã Iob. 29. Lauabam pedes meos butyro, id eſt affectus pinguedine deuotionis. Bernar. Delicata eſt diuina conſolatio nec conceditur admittentibus alienam. Quidam enim ſunt qui ita pellem impinguant, quòd omni ineptam reddunt vſui bono. Pellis enim craſſa nec ad ſcribendum valet, nec ad alium vſum. Sic opus impinguatum delicijs, ad nullum opus bonum eſt aptum, niſi ad comedendum & dormiendum. Vnde dicitur in lib. de dono timoris, quòd quidam ruſticus inuitatus ad nuptias regales cum in via ſitiret, inuentam aquam turbidam & fœtidam cępit bibere. Socij autem eius rogabant eum, vt parum expectaret, & quòd in nuptijs biberet optima vina. Sed ille non acquieſcens, impleuit ventrem ſuum aqua illa fœtida, intantum quòd eructabat fœtorem, propter quod alijs intrantibus ad nuptias, ille ſolus repulſus eſt. Sic qui hic implentur conſolationibus deliciarum & carnis, carebunt vino illo deuotionis, & per conſequens gloriæ. Tertiò, cauſatur indeuotio ex ſuperbia, quia ſuper montes Gelboæ, nec ros, nec pluuia venit, nec ros gratiæ, nec pluuia liquefactionũ pietatis. 2. Reg. 1. Vnde Bernardus in perſona deuoti. Heri & nudiuſtertius inuaſit me languor animæ, & inde hebetudo inſolita. Poſt inertiam quædam ſuperbia inuenta eſt in me, & Deus declinauit in ira a ſeruo ſuo. Iacob. 1. Ortus eſt ſol cum ardore, id eſt cum ardenti honoris ambitione, ortus eſt nobilis ſecundum mundum & clarus, & areſcit fœnum, id eſt animam ab omni humore gratiæ. Hic comparatur vineæ, de qua Ezechie. 17. Nonne cum tetigerit eam ventus, ſcilicet ſuperbiæ ſiccabitur, & in aeris germinis ſui ſiccabitur? Aream germinis vocat voluntatem benefaciendi & orandi, quæ multoties areſcit

Indeuotio quo cauſetur in nobis.

F

Ariditas. Septem cauſæ ariditatis cordis, et in deuotionis.

ſcit in eo qui tangitur vento ſuperbiæ. Quartò, oritur indeuotio ex cordis duricia, & ex antiquata malitia. Bernar. Ipſum eſt cor durum, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate emollitur, nec deuotione mouetur. Omnes montes in circumitu eius viſitat dominus, ad ipſum autem non appropinquat. Quintò, cauſatur indeuotio ex ingratitudine, quæ (ut dicit Bernar.) eſt uentus urens, exiccans uenas pietatis, totam gratiæ, & fluenta miſericordiæ. Sunt enim plures ut pauperes trutanni, qui ad manus eleemoſynarij propter dona reſpiciunt, ſed recepta eleemoſyna eleemoſynario dorſum uertunt, & ipſum deinceps obliuioni tradunt. Sic multi beneficijs iam receptis a domino, per ingratitudinem auertuntur ab eo. de quibus Eccl.26. Qui quærit locupletari, auertit oculum ſuum, quia obliuiſcitur Dei auertens oculum conſiderationis ab eo. Securitas magna nimis eſt, cum optimus gubernator ſtat in puppi, quæ eſt pars poſterior nauis. Sic ſecurus eſt homo de Dei influentia bona, cũ ipſe dominus optimus gubernator reſidet in memoria, quæ eſt in poſteriore parte capitis ſituata. Sextò ex negligentia bene operandi fit anima arida, ſicut è contrario per aſſiduitatem boni operis impinguatur. Eccl.13. Anima laborantium impinguabitur. Exemplo Chriſti, qui pernoctabat in oratione. Adam.n.in Paradiſo vbi habebat diuinas conſolationes, illic poſitus eſt vt operaretur. Et mirum eſt, quòd homo non vult propter ſe operari, vt bene ſit ei in deuotione & oratione apud Deum: quandò Sol, & Luna, & Stellæ inceſſanter operantur propter hominem, qui talem qualem homo non expectat mercedem, immo excitat pigrum radius Solis ad feneſtram domus ſuæ mittens etiam ſuper faciem pigri, niſi fuerit obſtaculum: quaſi dicens. Vſquequo piger dormis? ego iam ſurrexi, qui heri tota die & nocte tantum pro te cucurri. Septimò per impatientiam fit anima arida. Pſal.21. Aruit tanquam teſta virtus mea: quæ cito frangitur. Homo enim impatiens eſt ſicut lignum aridum, quod modico tribulationis igne, cito in iram ſuccenditur: & tunc in cinerem aridum conuertitur. Sicut autem lignum aridum, eſt aptiſſima corporalis ignis materia: ſic impatientes ignis infernalis. A quo nos liberet ille, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Anima quomodo fiat arida.

Finis Sermonum de pœnitentia.

SERMONES
DE MATRIMONIO, AC VIDVITATE,
SVMMA PERFECTIONE ORNATI EIVSDEM REVERENDI PATRIS MAGISTRI IOANNIS RAVLINI.

Sermo primus de Matrimonio.

A Nuptiæ. De quadruplicib. nuptijs ſecũdum quatuor ſenſus ſcripturæ.

HOnorabile connubium, & thorus imaculatus. Heb.13. Innocẽtius Tertius in ſermone dicit nuptias eſſe quadruplices, ſecundum quatuor ſenſus ſcripturæ. Primò inueniuntur nuptiæ carnales inter virum & fœminam legitimè coniunctos. De quibus dicit Gen.3. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, &c. Et in iſtis nuptijs duo fiunt, vnum in vna carne prolis. Secundæ nuptiæ ſunt ſacramẽtales inter Chriſtum & Eccleſiam, & hoc ſecundũ ſenſum allegoricum. De quibus Apoc.21. Veni oſtendam tibi ſponſam vxorem agni. Et per has nuptias fiunt duo, immo multa in vno corpore. Vnde 1.Cor.12. Omnia membra eum ſint multa, vnum tamen ſunt corpus: ita & Chriſtus. Tertiæ ſunt ſpirituales inter Deum & deuotam animam, per quas duo fiunt in vno ſpiritu .ſ. Deus & anima. quia 1.Cor.6. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cum eo: & hoc ſecundum moralem ſenſum. Quartę nuptiæ ſecundum anagogiam ſunt perſonales, quando Deo homine facto in vno diuino ſuppoſito, iunctę ſunt ſimul ineffabiliter duę naturę, diuina .ſ. & humana. De quibus Cant.3. Egredimini filię Syon, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eũ mater ſua in die deſponſationis & lętitię cordis illius. Illa autem mater fuit Maria, quę diademate humanitatis circundedit verum Salomonem Regem pacificum, in die quo deſponſata eſt humana natura diuinę. Ad quam matrem recurramus, dicentes. Aue.

B Matrimoniũ.

Primò

Duodecim dignitates matrimonij.
C
Matrimoniū. A ſolo Deo iſtitutū eſt ſacramētū matrimonij.

Primò dicendum eſt de commendatione & dignitatibus matrimonij, vt qui in ea uocatione uocati ſunt, ſtatum ſuū diligant, & uenerentur: & indicetur honorabile cōnubiū & thor⁹ imaculatus. Et ꝑ pn̄ti ſermone duodecim m̄rimonij dignitates in mediū adducemus. Prima m̄rimonij dignitas, excellentia, vel commendatio, eſt ab auctoritate inſtituentis. Cum enim alios ordines inſtituerit aliquis Sanctus, vt Auguſtinus, vel Benedictus, ordinem matrimonij ſolus inſtituit Deus, qui errare non poteſt. Ideo ſi culpabilis eſt, qui ordinem Sancti Benedicti, & regulam viuendi impoſitam tranſgreditur: conſtat ꝙ valde culpabilis eſt, qui tranſgreditur ordinem matrimonij a Deo inſtitutum. Nec ſolum fuit ipſe huius ordinis inſtitutor, ſed etiam miniſter primus quando adduxit Euam ad Adam. Gen. 2. Vnde ſubiunxit Adam formam matrimonij dicens. Propter hoc relinquet homo, &c. Et ſi dicatur hoc ſacramentum tūc non fuiſſe inſtitutum a Deo, ſed ab Adā qui illa verba expreſſit. Reſpondetur primò quòd hęc verba cum fuiſſe Adæ, ſcriptura dicat Chriſtus in euangelio Deum dixiſſe declarat. Mat. 19. Nunquid legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio maſculum, & fœminam fecit eos, & dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, &c. Ex quo patet ꝙ verba ipſa fuerunt principaliter Dei reuelantis, & Adæ inſtrumentaliter ſicut proferentis. Dicitur ſecundò ſecundum Bonauen. quòd non legitur hic alicubi dominus præcepiſſe, vt Adam duceret Euam, ſed eam adduxit ſibi ſolum, & voluntati ſuæ dimiſit: per hoc innuens poſteris Adæ formam accipiendi vxores, non quidem coactè, ſed ſpontaneè. Hæc Bonauen. 4. diſt. 26. Secunda dignitas & commendatio eſt a loco inſtitutionis. Alia enim ſacramenta inſtituta ſunt in loco miſerię: hoc autē inſtitutūm eſt in paradiſo. Inſtitutū eſt enim immiſſo ſopore in Adā. Tunc enim (vt dicit Altiſſi. in quarta parte ſummæ) erat Adam in duplici paradiſo, ſcilicet in terreſtri, ſecundum corpus, vbi dormiebat: & in cęleſti ſecundum ſpiritum, vbi curiæ celeſti aſſiſtens agnouit inde virtutem matrimonij, & cuius rei eſſet ſacramentum. Vnde ſuper Gen. 2. dicit Gloſ. Auguſtini. Ecſtaſis rectè intelligitur ad hoc immiſſa, vt mens Adæ particeps Angelicæ curiæ: & intrans in ſanctuarium Dei nouiſſima intelligeret. Vnde euigilans prophetico ſpiritu eructauit. Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. In quo valde culpandi ſunt, qui hoc ſacramentum in tam nobili loco inſtitutum polluunt. Baptiſmus enim in hac lachrymarum valle inſtitutus eſt. Et tamē quis in aquis baptiſmi lutum proijciens, & ſacramento illi aliquam contumeliā faciens, non eſſet parum culpabilis. Sic nec parum culpabilis eſt, qui matrimonij ſacramento in tam nobili loco conſtituto contumeliam facit. Tertia dignitas eſt ex tempore inſtitutionis. Primò, quia ante peccatum & in ſtatu naturæ integræ ordinatum fuit, & in officium tantum. Cætera vero poſt peccatum & in ſtatu naturæ corruptæ: & in remedium tantum, licet nunc matrimonium etiam ſecundariò inſtitutum ſit in remedium. Secundò, quia antiquitate temporis excedit omnes alios ordines, & omnia alia ſacramenta. Et quia tandiu durauit, ſignum eſt magnæ bonitatis, quia ſecundum Philo. 4. Ethico. Quod malum eſt omnino ſubſiſtere non poteſt. Et Matth. 19. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Omnes enim alij ordines in terris conſtituti veteraſcunt, diſſipantur, & deformantur. Matrimonium verò a tempore illo ſemper in ſuo vigore & perfectione manet. Similiter omnes arbores ſenectute deficiunt, nec amplius fructum gerunt. Arbor verò matrimonij non obſtante ſenectute mundi, ſemper fructum portat, & fructum optimum. Arboris enim antique libenter fructus ſunt meliores. Quarta dignitas eſt, quia in matrimonio conſtituta eſt aliquando ſalus corporalis humani generis. Nam tātum voluit Deus honorare matrimonium, ꝙ tempore diluuij ſolū voluit Deus illos,

Matrimonium quādo q̄ ris inſtitutio.

Humani generis ſtatus corporalis in ri matrimonij ſita ē.

& illas ſaluare,qui erant in connubio & illis ſolum benedicere, ubi tamen oẽs uirgines,uiduæ.ſ.& concubinarij,& me retrices omnes deletæ ſunt. Tale enim ac tantum fuit matrimonium, ꝙ etiam per originale peccatum vbi deleta fuerunt omnia alia ſacramenta data in ſtatu innocentiæ, vt eſus ligni vitæ,&c.nõ potuit deleri matrimonium, vbi etiam deletus eſt ſtatus vidualis & virginalis. Ideo in benedictione matrimoniali dicitur. Deus per quem mulier iungitur viro, & ſocietas principaliter ordinata ea benedictione donatur, quæ ſola nec per originalis peccati pœnam,nec per diluuij eſt ablata ſententiam.Ideo ſicut cũ venit diluuium ſuper terram,Noe ad arcam confugit,& ſic ſaluatus eſt,ſic coniugati imminente luxuriæ & aliorũ vitiorum diluuio(de quibus Oſeæ 4.Mendacium, maledictum, furtum, adulterium, homicidium, inundauerunt ſuper terram) confugiant ad arcam continentiæ coniugalis ne pereant, quia ſicut tunc ſuper Noe cum intrauit arcam cœli aperti ſunt: ſic de cœlo ſuperuenit his auxilium qui ſanctè & caſtè viuunt in matrimonio,quibus Deus paratus eſt aperire cœlum, dummodo feneſtra arcæ clauſa ſit: vt non pateat pluuię ingreſſus,ideſt dummodo caſtum ſit cõnubium,& ita clauſum, vt ad ipſum nõ pateat libidinis, & turpitudinis ingreſſus. Quinta dignitas, quòd Maria mater Dei hunc ordinem intrare voluit, licet virginitatem ſeruare propoſuiſſet. Nec parum facit ad decorem matrimonij, ꝙ Deus ex ea noluit carnem aſſumere donec deſponſata eſſet. Eſt.n. matrimonium ipſius virginis pallium, ſub quo ſe occultabat diuina maieſtas, & ſe celabat diabolo: ſub quo myſteria noſtræ redemptionis occultauit principibus huius ſeculi, & his indigni erant. Væ illi qui talem mantellum vaſtat, & luxuriæ ſuæ turpitudine fœdat. Væ ẽt illis qui in concubinatu & fornicatione perſeuerant, eligentes potius eſſe in cõfuſione diaboli, quàm in ordine matris Dei. Confuſio enim diaboli eſt ſtatus meretricum, quæ quandoque peccant

Matrimonium a beata Virgine magnam ſumpſit dignitatem.

cum patre, quandoque cum filio, quandoque cum duobus fratribus vel cognatis,quandoque cum ſolutis, quandoque cum coniugatis, qñque cum religioſis, quandoque cum leproſis.Sexta dignitas eſt ꝙ omnis virtus quantũcumque magna ſit,immo etiam ipſa virginitas (q̃uis multum ſit excellens) de matrimonio naſcitur.Propter quod dignam multũ reputari debet arbor talis, ex qua talis ac tantus fructus naſcitur: immo etiã ille qui eſt omnium origo virtutum,matrimonio voluit eſſe ſubiectus. Luc. 2. Ideo non vituperent ſuperbæ virgines matrimonij caſtitatem. Melius enim eſt humile cõiugium,q̃ ſuperba virginitas. Vnde ſecundum Auguſtinum Ioannis Baptiſtæ celibatus non præfertur coniugali caſtitati Abraæ, & ſic matrimonium in merito aliquando virginitati æquatur. Exemplum in vitis patrum de præſide Aquileiæ & vxore ſua.Cũ enim vir quidam ſanctus in deſerto peteret a domino cui ſimilis eſſet in gloria.Reſpõſum accepit, ꝙ illi præſidi, & vxori ſuæ qui in caſtitate matrimonij optimè viuebant.Vnde Hieronymus. Laudo coniugiũ,quia virgines gñat, lego de ſpinis roſam,de concha margaritam. Licèt.n. ſtatus virginitatis ſit dignior, tñ in ſtatu matrimonij ita próptè aliquando ſuã ſalutem operantur, ſicut in ſtatu virginali.Incedunt enim viam ſalutis coniugati claudicando uno pede,quia cũ integritate mentis incedunt,licet non cũ integritate corporis vbi virgines vtroque pedes incedunt. contingit autem quandoque claudum velocius incedere q̃ q̃ duobus pedibus vtitur. Mar.9. Bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, q̃ duos pedes habentem mitti in gehẽnam ignis. Septima dignitas ꝙ dominus ſua præſentia nuptias voluit honorare vna cum matre ſua, & nobili illo collegio Apoſtolorum ſuorum, cui collegio nunquam ſimile fuit. Vtinam in omnibus nuptijs inueniatur Ieſus. Non.n.inuenitur in nuptijs clãdeſtinis, quia vocatus erat Ieſus ad nuptias. In iſtis aũt nõ vocatur, ſed magis diabolus princeps tenebrarum. Vnde Ioan 3. Qui ma-

Virtus oẽs ex matrimonio oritur.

Matrimonium fuit a Chriſto honoratus.

malè agit,odit lucem.Sed vbi inueniunt concubinarij, ꝙ Chriſtus & Maria in domibus repletis ſordibus fornicationis & adulterij comederint? Diabolus potius in domibus eorum inhabitat, cui de corporibus ſuis ſacrificia faciunt.Sicut enim qui continenter viuunt corpora ſua Deo ſacrificant,' iuxta illud Roma.12. Obſecro vos per miſericordiam Dei,vt exhibeatis membra ueſtra hoſtiam uiuentem:, ſic qui lubrice uiuunt corpora ſua hoſtiam præſentant diabolo. Quomodo enim habitaret Deus ubi exercetur opus illud,quod plus Deo fætet & Angelis eius, quã aliquod cadauer hominibus fætere poſſit? Propter quod Deus uoluit in nuptijs primum miraculum facere, & bonũ,immo optimum uinum dare. Primo ut oſtenderet eas celebrandas eſſe cum gaudio, ſed Deo præſente, quia cum timore domini. Secundò ut oſtenderet cuius uirtutis ſit matrimonium, in quo aqua uilis, fit uinum precioſum. Sic enim opus carnale abſque matrimonio uile eſt, ſed cum matrimonio precioſum. Ideo infelices ſunt concubinarij,qui aquã fętentem uino precioſo præligunt, potius uolentes exercere opus illud extra matrimonium cum periculo damnationis ęternę, quàm in matrimonio ſine peccato. Infęlices etiam ſunt illi qui uinum bonum & purum habent, & relinquunt illud pro prauo quaſi felle mixto. Hi ſunt qui proprias uxores habent, & alienis adhærent. Tertiò, ut ſua pęnitentia approbaret matrimonij ſtatum eſſe ſalubrem contra futuros hęreticos.Prius enim approbauerat ſtatum uirginalem, cum de intemerata virgine naſci uoluit.Secundò,ſtatum uiduałem, cum ab Anna uidua benedici uoluit, & ſic non reſtabat niſi ut hic approbaret matrimonij ſtatum, ex quo apparet in quolibet ſtatu hominem poſſe ſaluari. Octaua dignitas eſt matrimonij in figurando. Figurat enim tria. Primò, coniunctionem matris eccleſiæ cum Chriſto: de quo Ephe.5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Secundò, Chriſti vnionem cum anima ſancta. Tertiò, unionem humanitatis cum diuina natura. Si crux ita mundè ſeruatur & honoratur, quia repreſentat Chriſtum crucifixum quomodo debet honorari,& ſolicitè cuſtodiri matrimonium, quod repreſentat Chriſtum incarnatum? Propter cuius vnionem obſeruandam etiam voluit ſuum præcurſorem Ioannem Baptiſtam ſubire martyrium ab Herode adultero. Nona dignitas, quia de matrimonio naſcitur pulchrior & præcioſior fructus, qui in mũdo poſſit imaginari quãtum ad corpus, ſcilicet proles. Habent enim coniuges prolem quæ pro eis orat, & poteſt eis eſſe cauſa ſalutis & appodiamentum & baculus ſenectutis. Non enim eſt aliqua arbor quæ generet fructum vnde poſtea fulciatur, niſi matrimonij arbor,quæ fructum gignit ſuæ ſenectutis baculum: immo certè nulla res eſt tam precioſa, cuius fructus mediatè vel immediatè ex matrimonio non procedat. Ex matrimonio enim gignuntur homines ſancti, qui poſtea omnem fructũ in eccleſia precioſum referunt. Ideo maximè honorãdum eſt matrimonium. Honorando enim ipſum, honoramus eum qui inſtituit illud, immo qui inhonorat ipſum,ſeipſum inhonorat, qui ex matrimonio proceſſit. Et ideo laudandus eſt ornatus & apparatus matrimonij quo paratur ſponſa in nuptijs, dummodo cum diſcretione illud fiat, quia non oportet filiam vnius burgenſis ita ornari ſicut filiam vnius diuitis, ſed in omnibus differentiam oportet eſſe ſecũdum variorum ſtatuum differentias. Similiter generantur inde filij huius ſeculi, qui poſtea per adoptionem fiunt filij Dei.Si quis haberet vineam quæ annuatim ferret mille modios vini,valde amaret eam. Quantum ergo amandum eſt matrimonium vnde pueri procreantur? cum puer vnus præualeat toti vino mũdi.Ideo matrimonium ſignificatur Hierem.11 per oliuam vberem, & ſpecioſam, & fructiferam: & per agrum plenum, cui benedixit dñs. Gen.27.Decima dignitas,ꝙ matrimoniũ ab oĩbus generationibus collaudaẽ, & approbatur.

Miraculum primum a Chriſto cur ĩ nuptijs factũ

Matrimonium tria figurat.

Matrimonium honorandum.

Nam generationes cœli, ſcilicet Angeli ipſum approbant: immo multoties in propria perſona cōcurerunt ad tractādā matrimonia, vt patuit in Raphaele, qui tractauit coniugium inter Tobiam iuniorem & Saram, & de Angelo qui tractauit etiam matrimoniū inter Ioſeph & Mariam Mat. 1. Quod non feciſſe niſi fuiſſet res digniſſima. Nec mirū cū ordinetur ad reparationem ruinæ angelicæ. Ex matrimonio enim generatur fructus qui in horreo Paradiſi conditur: & inter choros Angelorum aſcribitur. Eſt enim matrimonium tanquam ortus deliciarū, de quo colligit chorus Angelorū augmentum gaudij ſui: vt patet in omnibus Sanctis, q. ſunt in Paradiſo, ex iſto orto collectis. Eſt enim matrimonium drachma decima perdita, ad quam accenſa lucerna diuinitatis in teſtamentum humanitatis, deſcendit mulier. i. more mulieris ſua teneritudine compatiens Deus, vt eā recuperaret. Computatis enim nouem Angelorū ordinibus pro nouē drachmis non perditis, matrimonium decima erat perdita. Decima autem Dei eſt, & qui eam polluit vel furatur ſacrilegus eſt. Secundo, commendatur matrimonium non ſolum a fidelibus, ſed etiam in eius approbatione nobiſcum conueniunt infideles tam Iudæi, quàm Gentiles: qui in veneratione habuerūt coniugium, & filios qui de cōiugio non erant procreati, illegitimos ad ſuccedendum iudicabant: immo ſecundum legem veterem indigni iudicabantur ingreſſu templi. Deuter. 23. Non ingredietur Māzer. i. de ſcorto natus in eccleſiam Dei, vſque in decimam generationem. In hoc etiā conueniunt ſapientiſſimi nobiſcum, vt Salomon. Prouer. 19. Domus, & diuitię dantur a parentibus: a domino vero propriè vxor prudens. Similiter & Apoſtolus in verbis propoſitis. Hebræ. vlt. Honorabile connubium, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus, ideſt damnabit, immo ipſe dominus & inſtitutor matrimonij ita ipſum voluit honorare, quod voluit eorum titulo appellari, qui in matrimonio erant coniūcti, & illo nomine in omnibus benedictionibus antiquis vti. Vnde Exo. 3. Deus patrum veſtrorum, Deus Abraā, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meū in generatione & generationem: immo ipſe eſt cuſtos matrimonij: vt patuit in Abimelech quem comminando præſeruauit ne fœdaret matrimonium Abraæ. Gen. 20. Et flagellauit Pharaonem, propter ſimile factum. Gen. 12. Sed contra matrimonij dignitatem obijciet aliquorum ſuperbia dicentium, matrimonium non eſſe ita dignum aut bonum ſicut prædicatur: quia in eo tot mala infortunia, ſolicitudines, miſeriæ, caſus, & gemitus inueniuntur, quod vix poteſt homo cogitare. vt etiam dicat Apoſtolus 1. Cor. 7. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. Et in eodem. Si nupſerit virgo non peccauit, tribulationem .n. habebunt huiuſmodi. Reſpondetur quòd certum eſt, non eſſe ſtatum aliquem in mundo, in quo non ſit aliqua miſeria & tribulatio, ſpecialiter quantum ad corpus. Si tamen matrimonio iuncti bonum habeant fundamentum, hoc eſt quod erga Deum ſint religioſi, ſeruando doctrinam & mandata eius, tales leniter & cum pauca ſolicitudine & vexatione poſſunt prouidere ſuo meſnagio, & viuere ſimul pacificè cum gaudio & conſolatione ſpirituali. Sed ſi non piè & religioſè cōuiuant, ſed ſecundum delectationes, & complacentias, & voluptates mūdi, quod carnis, in delicijs & pōpis ſeculi: non eſt mirum quando dimittunt Deum ad ſeruiendum mundo, ſi Deus eos dimittat, & habeant plurima mala, gemitus, & tribulationes. Vndecima dignitas eſt, quod matrimonium tam fortiſſima eſt defenſio a Deo donata, quod hominem defendit ex ea parte, qua diabolus eū fortius impugnat. Iob 41. Fortitudo eius in lumbis eius. Habet .n. diabolus cum hominem fortiter impugnat, carnem hominis quæ ipſum adiuuat ad tentandum, vbi in alijs vitijs neminem habet adiutorem. Gal. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritū, & ſpiritus aduerſus carnem. Aut ergo habet iuſtum bellum caro contra ſpiritum, & ſic fruſtra labo-

Matrimonium ab oībus generationibus collaudatur.

A Matrimonium. Viſis ſoli ciiudinibus matrimonij quō tam perfectū eſſe dicitur.

Matrimoniū ē maxima fortitudo a Deo donata.

rauc-

rauerunt tot milia ſanctorum, dimicantes cum ſpiritu tam ſtrenue contra carnem. Si iniuſtum, tunc compeſcenda eſt ab omni rebellione contra ſpiritũ. Hoc aũt maximè fit per matrimoniũ, qñ oẽs bellatores, & omnis exercitus carnis ſup peditatur. Cuius exercitus (vt dicit Guil. Pariſ.) prima facie eſt primorum motuum, ſecunda delectationum, tertia conſenſuum, quarta operum, quinta cõſuetudinum, ſexta excuſationum, ſeptima defenſionum, octaua gloritationum de huiuſmodi, nona dogmatizationũ, & prędicationum, quibus dogmatizantur & prædicantur incentiua carnis: decima eſt impugnationum puritatis & ſanctimoniæ & munditiæ carnis, ſiue apertè detrahendo, ſeu diſputando, inſidiando, decipiendo, vel vim, uel uiolentiam inferendo. Prima acies minimum habet culpæ, ſecunda plus, tertia amplius, & ſic aſcendendo, cuius aciei Regina & Dux ẽ carnalis uoluptas. Duodecima dignitas, ꝙ natura matrimonium ipſum ueneratur & colit, adeo ut natura uideatur ipſum matrimonium inſtituiſſe: ut apparet in columbis, turturibus, ciconijs, & urſis, quæ immobiliter uidentur ipſum matrimonium obſeruare: immo natura tam honeſtum reddidit matrimonium, ut ex eius contrario uitio & fęditate eius appareat quanta ſit dignitas & honeſtas in eo, ita ut uideatur eſſe de dictamine legis naturalis. Fecit inſuper natura, ut uox mulieris eſſet gracilior, & excelſior in duplo ad uocem uiri, ut uult Ariſtote. in lib. de problema. Quæ proportio dupla eſt inter omnes proportiones optima & ſuauior, quæ dicitur Diapaſon. In quo uoluit natura inſinuare optimam eſſe uiri & mulieres coniunctionem. Et ſi dicatur. Si matrimonium ſit ita dignum, mirabile eſt, ꝙ prædicatores & ſacerdotes non ſunt in tali dignitate promoti. Reſponſio. Et ſi matrimonium ſit laude dignum, magis tamen uirginitatis ſtatus, quia ſecundum Hiero. Nuptiæ replent terram, iuxta illud, Creſcite & multiplicamini, & replete terram: uirginitas uerò replet Paradiſum. Sequuntur enim uirgines agnum

Matrimonium ueneratur natura ipſa.

quocumque ierit, ſiue in cęlo, ſiue in terra. Apoc. 6. Si enim tam abominabilis eſt fornicatio, uel etiam adulterium detectum: quàm honorandus eſt thorus immaculatus, de quo thema. Honorabile connubium, &c.

De eodem ſermo 2. per thema præcedens.

Quæri poſſet cum omni tempore multiplicentur homines, cur nõ omni tempore fiunt nuptiæ: quare ter in anno inhibentur, ſcilicet tempore aduentus, & quadrageſimæ, & per tres hebdomadas ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ, non immediatè tamen, ſed circa Penteceſten, ut habetur. 33. q. 4. non oportet. Si enim honorabile eſt connubium, cur tam honorabili tempore inhibetur? Reſpondetur primò ꝙ non omni tempore bonum eſt plantare arbores fructiferas. Eſt enim tẽpus plantandi, & tẽpus euellẽdi. Eccl. 3. Nec eſt tempus inſerẽdi ſemper, ſed eſt ad hoc ſpeciale tempus agricolis deputatum. Sic nec omne tempus expedit ad plantandum, & inſerendum plantas matrimonij: ſed ſicut eſt ab eccleſia ordinatum. In matrimonio enim inſeritur unus ſexus in alio, ſicut ramus inſeritur in vno trunco, diuiſo tamen prius ab arbore ramo. Sic in matrimonio iunguntur duo in vnum ad portandum bonum fructum, non degenerem vel ſyluestrem. Lignum enim non inſertum degenerem ſolet portare fructum, non ſic inſertũm, in qua inſertione ſeparantur ambo a patre & matre, ut ſint duo ĩ carne vna. Dico ſecundò, ꝙ his tribus tẽpibus ceſſat eccleſia conueniẽter pp triũ tpũ repreſentationem. Primò tẽpus quadrageſimæ repreſentat tempus luctus, in quo lugemus caſum Adæ, & caſum noſtrum in ipſo, & conſequenter pericula in qua propter hæc incidimus. Tempore autem periculorum non eſt gaudẽdũ, ſed lachrymandum magis & orãdũ. Ideo conuenienter eccleſia illo tempore quo deflet ſua peccata, & timet pericula, non vacat gaudij nuptiarum. Et conformiter ad hoc dicunt, & conſulũt do-

B Nuptiæ. Quare tribus anni tẽporibus nõ celebrãtur nuptiæ.

doctores, ꝙ tpe illo quo periclitaẽ homo, vel bellis, vel infortunijs, vacare debet a delicijs vxoris. Vnde Damaſ. 1. ſenten. dicit, ꝙ Noe dum per annum fuit in arca cum periculo maris, non habitauit cum vxore ſua, neque filij eius cum vxoribus eorum, ſed ſeparati erant, immo & animalia cuncta, quamuis eſſent ſimul maſculus & fœmina, non ſe tetigerunt in arca, ſed caſtè ſe habuerunt. Cum enim per annum integrum fuerũt in arca, non legũtur in exitu fuiſſe multiplicata. Vnde ait ꝙ ſcriptura cum loquitur de ingreſſu Noe in arcam, dixit ingreſſi ſunt in arcam Noe & filij eius, & deinde ſubdit quaſi ſeorſum, & vxor eius, & vxores filiorum eius. Sed in receſſu aliter videtur dicere ſcriptura, ſcilicet egredere tu & vxor tua coniunctim, ſcilicet ad habitandum, & filij tui, & vxores filiorum tuorum: ita ut quæ diuiſim loquitur in ingreſſu arcæ, coniungat eos in exitu. Non ſic modo gentes armorum in bellorum periculis, qui ſecum ducunt meretrices publicæ victi a mulieribus & concubinis ſuis. Vnde & Hannibal ſtrenuiſſimus miles inter cætera laudatur, ꝙ meretrices minime diligebat. Hinc Hieronymus ſuper Zachariam dicit temporibus tribulationis & luctus, non debere ſapientẽ inſeruire operibus nuptiarum. Zacha. 12. Plangẽt terræ: familiæ & familiæ ſeorſum, familiæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, familię domus Natham ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum, omnes familiæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum. Ideo illo tempore quadrageſimæ ceſſant omnia cantica lætitiæ. Secundò, tempus aduentus repreſentat tempus abſentiæ ſponſi, in quo maximè deſiderat ſponſa ſponſi aduentum, & quotidie ꝑ filios ſuos inuocat vt ueniat. Non autẽ uacare debet ſponſa fidelis delicijs ſuis in abſentia ſponſi ſui. Et ſicut ſponſa (ut inquit Chryſoſtomus) quęrit a ſuperuenientibus & trãſeuntibus qñ veniet ſpõſus, ſic ſponſa eccleſia tẽpore aduentus eum quærit in lectione Prophetarũ, quos tunc legit, & qui de hoc certã habuerunt reuelationem. Ideo in memoriã ſponſi abſentis, ſed deſiderati, eccleſia tunc tpis ordinat ſuos filios a nuptijs abſtinere. Et quia ſponſa in huiuſmodi expectatione affligitur, ſubticet aliqua lętitię cãtica. Sed quia certitudo ſpei eam aliqualiter exhilarat, ideo aliqua cãtica lætitiæ retinet. Tertiò, tẽpus paſce per octo dies, & tẽpus aſcenſionis & Pẽtecoſtes repreſentant illam gloriã, in qua (ſicut dicit dñs) erimus ſicut Angeli Dei, qui nec nubent, nec nubentur. Luc. 20. Ideo in illo tempore prohibet eccleſia nuptias celebrare. Primum tempus eſt tribulationis. Secũdum reconciliationis. Tertium glorificationis, in quo videbimus cũ ſicuti eſt i diuinitate. ſ. & humanitate, quã de Maria aſſumpſit. Ad q̃ concertamur dicẽtes. Aue gratia plena.

Noe & filiorũ cõtinentia in arca.

Nota ꝙ populus tenetur ea maximè ſcire, quę ſuum ſtatum cõcernunt: quia ſi in eis errent, non excuſat negligentia. Quilibet enim tenetur cogitare ea quę ad ſtatum ſuum dinoſcuntur pertinere. Qui enim errat ignorantia iuris, coram Deo minime excuſatur: ſicut iudex errãs per ignorantiã eorũ q̃ ad officium ſuum ſpectãt, ſi ꝓmulget falſam ſñiam ignorãter, obligatur illi q̃ lęſus eſt ad intereſſe. Ideo q̃a mulieres & viri debẽt maximè inſtrui i his q̃ cõcernũt ſtatũ ſuũ, ꝓpea huic materię maximè debẽt intendere. Quod ſi dixeris materiã eſſe pinguẽ, & vix poſſe loqui de ea honeſtè. Dico ꝙ ꝑdicator de ea loqui debet caſtè & honeſtè, q̃a eloquia dñi caſta. Si tñ uerbũ aliquod excedat in prędicatione ſupportari debet, quia hoc debes conſiderare, ꝙ nõ animo inhoneſto, ſed ex charitate ea ꝓfert. Melius. n. eſt, vt tibi dicanẽ intelligibiliter peccata & defectus tui, q̃ ornatis verbis & fucatè & obſcurè. Nec eſt pinguis materia de mr̃imonio loqui, ſed honeſta, & ſancta: q̃a Hebrę. vlt. Honorabile cõnubiũ, & thorus immaculatus. Hic dicẽdũ eſt de effectibus mr̃imonij, qui ſunt ſeptẽ. Primus eſt gr̃ę ſacramentalis collatio. In alijs. n. ſacramentis datur uni gratia. In hoc uero duobus, & aliqñ uni eorũ ꝑ alterius bonitatẽ confert gr̃a maior, vei bi gratia. Si quis multũ bonus deſponſet mulierẽ honeſtã & moribus

A Matrimoniũ. Licet materia matrimonij videatur pinguis, põt tamen de ea prædicator caſtè loqui.

B Matrimoniũ. Septẽ effectus mat imonij.

C *Matrimonium. Quatuor conditiones requiſitæ ad percipiẽdum gratiam Dei in matrimonio.*

moribus adornatam, ille melior propter ea efficitur. Vnde Eccl. 26. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata. Carbo enim viuus mortuum ſuſcitat. Sed ad hoc ꝙ hanc gratiam percipiant, quatuor conditiones requiruntur. Primò, ꝙ contrahens non ſit in peccato mortali. Alioquin accedit fictus, & addit peccatum peccato. Vnde & punitur qui ad nuptias acceſſit non habens veſtẽ nuptialem. Mat. 22. Nam vt vult Scotus in 4. Non ſolum ſponſus & ſponſa ſunt ſuſcipientes ſacramentum, ſed etiam ſibi ipſis miniſtrantes per mutuum eorum cõſenſum: licet hoc aliquando faciant parentes pro filijs, & ſic gerunt vices duorũ, ſcilicet miniſtri Sacramenti, & ſuſcipiẽtis: & ita duplicem gratiam acquirunt, niſi obſtet peccatum. Ideo debent præuenire benedictionis ſuſceptionem ſancta confeſſione: non in die quo nubunt, vel die præcedenti, ſed longè ante: vt ſi quid fortè periculi, vel obſtaculi inueniat ſacerdos quo matrimonium cõtrahi non poſſit legitimè, inueniat modum ſine ſcandalo vt diſſoluatur. Quandoq; enim veniunt ad confeſſionem ita tardè, ꝙ vel non audent confiteri peccatũ, quod forte cum matre ſponſę, vel amita ſponſæ, vel cum ſorore eius commiſerunt. Vel ſi dicunt, non dimittunt contrahere propter pudorem, vel forte confeſſor nõ eſt ſatis idoneus ad iſta cognoſcenda, & tunc ſe periculo exponunt, cui vix aut nunquam, poteſt medicina adhiberi. Nec eſt ibi verum matrimoniũ .ſ. diſſolutio & fornicatio tecta mantello matrimonij. Secundò, requiritur ꝙ non ſit inter eos conſanguinitas, vel affinitas ſpiritualis, aut carnalis: quia tũc ibi eſſet fornicatio, & grauiſſimè peccarent, vel ambo, vel alter eorum hoc cognoſcens. Tertiò, ꝙ non interueniat votum cõtinentiæ, quia ſi ſit ſolemne dirimit matrimonium, & contrahendum, & iam contractum. Si verò nõ ſit ſolẽne hoc, multipliciter fieri poteſt. Quandoque inter partes contrahentes, & tũc peccant mortaliter quoties alter alteri debitũ petit, aut reddit. Nec in tali matrimonio ſperanda eſt temporaliũ proſperitas, qui ſic Deo illudunt, a quo omne bonum recipiunt. Vel alter eorum ſcit huiuſmodi votum continentiæ qđ fecit ſola ſponſa, vel econuerſo. Et ſić vterque cõtrahendo peccat mortaliter. Vnus quia votum frangit, & ſe impoſſibilitat ad votum reddendum. Alius qa ſcienter alteram partem peccare facit, quam ſaluare debuerat. Et ſimiliter peccant qui tales tradunt nuptui. quia Roma. 1. Non ſolum (ſcilicet excluduntur a Regno Dei) qui mortalia faciunt, ſcilicet etiam qui conſentiunt facientibus. Et propter hoc dicunt matres & parentes monere liberos ſuos, ne faciles ſint ad uouendum, quia ſæpe uotum ex indiſcreta deuotione procedit, quod dum ore, vel corde expreſſum eſt, illaqueat. Sed cum recedit illa deuotio, tunc uel non curant de uoto, uel pęnitent, & vix poteſt eis dari conſilium, vel ſubuentio. Quarto requiritur ne clandeſtine nuptias celebrent, ſed benedictionem in facie eccleſiæ recipiant, quia ſecundum Guil. ſuper Raymundinam, videtur peccare qui ante benedictionem cognoſcit vxorem ſuam in locis vbi conſuetũ eſt benedictionem adhiberi. Et ſi quæratur circa iſtum primum effectum, cum oĩa ſacra conferant gratiam ex conformitate ad paſſionem Chriſti & virtute eiuſdem, qũo matrimonium confert gratiã cum per ſacramenta conformantur paſſioni Chriſti quę fuit pœnalis, matrimonium autem delectabili? Reſpondet Thomas, ꝙ licèt matrimonium non cõformetur paſſioni Chriſti quo ad pœnam, tamen benè quo ad cauſam paſſionis, ſcilicet propter charitatem nimiam per quam pro eccleſia ſibi in ſponſam coniungenda paſſus eſt. Secundò, quia ſicut in cruce genuit eum doloribus maximis filios eccleſiæ ſuæ: ſic in matrimonio eſt conformitas ad paſſionem, quia ordinatur ad generandũ liberos ſeculi, qui poſtea ſunt filij eccleſiæ. Tertiò, quia ſicut in paſſione cruci ſuæ adhæſit vſq; ad mortem, nec ꝑꝑ quęcũque promiſſa eam dimiſit, ſic conformãtur paſſioni coniuges: eo ꝙ vinculum matrimonij vſq; ad mortem perdurat.

D *Matrimonium. Qũo matrimoniũ cõformatur paſſioni Chriſti.*

Secun-

E Matrimonium. Gratia ſacramentalis matrimonij tripliciter diminuit concupiſcentiam carnis.

Secundus matrimonij effectus procedit ex iſto, ſcilicet diminutio concupiſcentiæ carnalis, propter collatam gratiam. Vt enim vult Bona.4. diſt.26. Tripliciter gratia ſacramentalis matrimonij inclinat ad copulam carnis contra triplicē concupiſcentiæ inordinationem, & ſic tripliciter diminuit concupiſcentiam carnis. Primò enim concupiſcentia inclinat ad multas mulieres. Luxurioſus enim non eſt vna contentus, ſed indifferenter ſe ad omnes extendit concupiſcētia eius. Lupus enim ouile furtim ingreſſus, quāuis ſibi ſufficeret vna ouis, omnes tamen (ſi licentiam habeat) ſuffocat & ſtrangulat. In matrimonio aūt datur gratia homini ad copulam ſingularem, vt ſcilicet ſoli vxori velit coniungi, & ſic concupiſcentiam in ſe diminui manifeſtè cognoſcit. Secundò concupiſcentia inclinat ad delectationem non ad vtilitatem. Luxurioſus enim nō vult niſi ſuo appetitui ſatisfacere. Sicut enim guloſus tabernas frequentat vt ſatisfaciat gulæ ſuæ, non curans de vtilitate ſua, ſed omnia conſumens. Sic lubricus frequentat lupanar, vt libidinis ſuæ cui inſeruit ſatisfaciat, non curans de vtilitate domus ſuæ. Sed in matrimonio datur gratia, vt non recognoſcat vxorem niſi propter prolem inde fururam, conſiderans ex eadem coniunctione multas domui ſuæ vtilitates accedere. Tertiò concupiſcentia faſtidium generat poſt adimpletionem eius. Vnde luxurioſus poſtquam cognouit vnam, communiter eam reſpuit, & ad aliam vadit, nec primam diligit, vt patuit in Amon filio Dauid poſtquam inceſtum commiſit cū ſorore ſua Thamar. 2. Reg. 13. In matrimonio verò datur, vt ſemper velit eſſe cum vna, & ita excluditur per copulam inſeparabilem, & ſic manifeſtè diminuitur concupiſcentia. Sed dices ſi matrimonium concupiſcentiam diminuat, bonum ergo eſſet, vt virgines & presbyteri contraherent, vt in eis diminuerent huiuſmodi concupiſcentia. Reſpondet

F Sacerdos.

Thomas hoc verum eſſe, ſi nō eſſet aliud efficacius remedium. Nā plus diminuitur cōcupiſcentia per opera ſpiritualia, & per carnis mortificationē, quàm per propriæ vxoris cognitionem. Dico ſecundò, ꝙ non nubunt ſacerdotes propter multas cauſas. Prima eſt, quia ordinantur ad conſecrandum corpus Chriſti, & adminiſtrandum populo eccleſiæ ſacramenta. Et quia iſta debent in omni puritate, & mundicia exerceri, & in deuotione, quam non ita poſſunt habere in matrimonio ſicut extra. 1. Cor. 7. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi: quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Gloſ. partim ſeruiens Deo, & partim mundo, quantumcumque benè viuat in matrimonio. Vnde & in lege antiqua in qua ſacerdotum dignitas non erat tanta ſicut nunc Chriſtianorum, tempore quo miniſtrabant in templo, a copula ſuarum vxorū ceſſabant. Sed iterum dices, ꝙ in principio eccleſiæ Apoſtoli, immo Sanctus Petrus & multi alij presbyteri contraxerant, & ita nunc poſſunt. Dico ꝙ qui contraxerant, erant in paruo numero, & antequam ad legem Chriſtianā conuerterentur contraxerant, & in eis erat magna perfectio qua vxoribus vtebantur ſobriè & caſtè. Nec tunc eccleſia ita erat dotata reditibus ſicut nunc, ideo tunc non erat ita magnum periculum abuſus ſicut nunc. Sed dices, quòd moderni presbyteri nunc non cuſtodiunt caſtitatem. Dico, ꝙ ſi ſint aliqui mali, multi etiam ſunt boni & caſti. Sed dicunt, ꝙ coguntur illud malum facere, quia non poſſunt abſtinere. Dico quòd falſum dicunt, ſed hoc eſt tantummodo eorum mala voluntas. Et ſi dimitterent fortia vina & delicias, quæ inducunt huiuſmodi voluptates, & conuerſari inter mulieres, facilè poſſent caſtitatem obſeruare. Præterea, ſi pro qualibet vice qua cōmitterent tale peccatū, daretur eis pœna amittendi mediā partem pecuniæ eorum, vel ſcinderetur vnus digitus, ipſi bene abſtinerent: & tamen modo quando hoc faciunt, perdunt corpus & animam, niſi Deus eorū habeat pietatem. Sed fortè iterum dicis

Quare non nubunt ſacerdotes.

dicis de Grȩcis,ꝙ contrahunt. Dico ꝙ eis ex hoc malè contigit,quia ſicut dicit Bonauen.Propter hoc perdiderunt intellectum ſacrarum ſcripturarum,& deuenerũt in plures errores. Vnde Aug.Nihil tam impedit intellectum ſacrarum litterarum ſicut matrimonium. Hinc Tullius aiebat ſe non poſſe vacare mulieri & philoſophiæ. Secunda cauſa eſt vt melius cuſtodiant fidelitatem ſuæ ſponſæ eccleſiæ, quàm depredarentur maritati, vt darent ſuis vxoribus & filijs,vt faciebat proditor Iudas, argentũ datum Chriſto furtim accipiens, & dãs vxori. Item & mulieres ſuis viris ſuggererent rapere, facere fraudes,mercari, & præterire omnia mandata Dei, ſicut fecit Adam,qui de pomo maluit comedere contra Dei præceptum,propter ſuȩ mulieris voluntatem. Item bona eccleſiæ ſunt bona pauperum,& tunc exponerentur ad promouendum pueros eorum & frauderentur pauperes,& facilè committerentur ſimoniæ. Tertia ratio,quia curati & prælati habent prolem ſpiritualem,ſcilicet ſubditos ſuos quos ad exẽplum patrum carnalium debẽt dulciter caſtigare per condignam correctionem, & ſanctiſſimè docere per deuotam prædicationem, & ſanè nutrire per bonum exemplum & orationem: quæ omnia melius perfici poſſunt extra matrimonium, quàm intra. Primò, quia difficile eſt,ꝙ homo ſit ſpiritualis inter onera matrimonij, & ſolicitudines: nec ita perfectè poteſt conuerſari, nec ita puras habere orationes,vt vult Apoſtolus ſicut in principio allegatum eſt. Secundo in prædicatione faciliter impedirentur, quia ſolicitudo mulierum & puerorum faceret eos cupidos & auaros,& carnaliter & mundanè diligere ſuam prolem ſpiritualem: deinde mundanus timor faceret eos dubitare maiores,adulari me dijs,& ſpernere minores.Et per hoc omnis correctio & prædicatio eſſet diſſimulata & corrupta. Et propter hoc(vt dicit Gerſon)multum expediret, vt prȩdicatores exemplo Pauli nihil acciperent, quia eorum prædicatio magis reputaretur, quia ſæpe per hoc ꝙ prædicator capit ad oẽs manus, diſſimulantur vitia q̃ debent impugnari. Tertius matrimonij effectus eſt triplex m̃rimonij bonũ, qui ſunt fides, ꝓles, & ſacr̃m: de q̃bus amplius dicetur in ſequentibus.Fides,vt.ſ. neuter alieno maculetur thoro. Sacramentum autem, vt indiuiſibiliter & ſine ſeparatione vniantur. Proles vero, vt ad cultum Dei educetur. Nec hoc bonum prolis eſt in obligatione ſicut duo prima, ſed ſolum ſub conditione,ſ. ſi eueniat ꝙ ſuſcipiatur cum gratiarum actione, & religioſe educetur. Poteſt enim mulier,vel vir ſterilis eſſe. Iſta autẽ ſterilitas poteſt multis de cauſis contingere. Primò propter gloriam Dei, vt contingit in Sara & Rebecca, & ſimiliter in Elizabeth,vt Deus miraculosè eis aperiret vuluam, & daret prolem Sanctam,& mundo mirabilem: ſicut & partus videbatur ſupra naturam. Secundò,hoc contingit quandoque ad humiliationem, vt contigit in Rachel quæ ſterilis erat. Et quia magis erat a viro dilecta, ne ſororem ſuam contemneret, facta eſt ſterilis vſque ad viſitationem Dei. Tertiò in pena alicuius peccati, vt patuit in Michol, quæ quia deriſit Dauid qui ludebat coram arca domini, facta eſt ſterilis vſque in diem mortis ſuæ. Quartò, ad augendum gratiam in coniugatis. Tunc enim coniugati feruentius orant pro prole habenda, & ipſam habitam, quia cum difficultate habuerunt, magis ſolicitè nutriunt & inſtruunt in moribus, vt patuit in parentibus Sancti Nicolai. Quintò hæc ſterilitas naturaliter aduenit propter ſalutem coniugatorum,qui ſi prolem haberent,vel ſpernerent Deum, & congregarent diuitias contra Dei præceptum per fas & nefas,vt ditarent prolem: nec eſſent miſericordes in pauperes,qui prole non habita multa bona faciunt,vel ſi haberent prolem,forſitam eſſet peſſima. Melius enim eſt non habere prolem, quàm habere & eſſe nequam. Eſt enim ſecundum Aug. in matrimonio proles, ſed non eſt ſemper bonum matrimonij, niſi ſit bona proles. Vnde in vita Ioannis Eleemoſynarij legitur, ꝙ quidã dives

A Sterilitas. Sterilitas ĩ muliere põt multipliciter contingere.

nes rogauit eum, vt ſanaretur ſterilitas vxoris ſuæ, vt ſic habere poſſet filium, quod & fecit. Natus ergo filius vſque ad 12. annum creuit, qui ambulans iuxta fluuium in eo dimerſus eſt. Quo audito pater pueri inceſſanter infeſtabat virum Dei dicens, ꝙ vellet ꝙ nunquam ei locutus eſſet, pro tanta triſtitia habẽda. Cui reuelatum eſt per noctem, vt nõ amplius Sanctum virum infeſtaret, & ꝙ per preces eius ſibi ablatus fuerat & ſaluatus, qui ſi vixiſſet peſſimus euaſiſſet & perditiſſimus. Sextò, procuratur hæc ſterilitas per artem peſſimã. Quędam enim mulieres nimium ſtringendo, conſtringunt ſe, vt pulchriores & graciliores appareant: & ſic interius indiſponuntur membra ad ſuſcipiendũ ſemen. Quandoque verò per venena & potiones procurant abortiuum, quod eſt vitium peſſimum & abominabile. Obligantur enim vir & mulier pro ſemper & ad ſemper non impedire iſtud bonum ſtudioſe. Quandoque etiam hoc procedit ex nimio coitu, ſicut in meretricibus contingit, quæ ſecundũ Albertum ſunt ſteriles, eo ꝙ matrix per continuam ſuſceptionem ſeminis fit nimis fluens: & ideo non poteſt retinere ſemen conueniens generationi. Ideo valde infelices ſunt meretrices, quæ operi carnali intendunt, & exponendo ſe omnibus ita ſe inquinant, ꝙ indignæ ſunt, vt det eis Deus fructum prolis. Mira fatuitas, non ceſſant ſeminare, licet videant ſe nullum fructum inde colligere. Habent enim meretrices in mundo iſto officium iugulãdi homines denario & denario. Vix inuenitur aliquis inter latrones, qui tale officium velit habere. Ipſe enim ſunt adiutrices damnationis humanæ, ſicut & dæmones. Quid dicent in die iudicij cum quæretur ab eis, vbi ſunt filij earum? Ipſe enim damnabuntur quaſi eos occiderint. Exponendo enim ſe omnibus quaſi ſuffocauerũt eos. Sed dices, ſterilitas meæ vxoris bonum matrimonij impedit, ſcilicet prolis fæcunditatem: & ita in agro ſterili ſeminare non poſſum, & quicquid agam, inde nullus fructus ſuccreſcit, ergo cauſa ſterilitatis dirimi debet matrimonium. Reſpondetur, ꝙ non ſolum fructus prolis eſt cauſa ſiue bonum matrimonij, ſed etiam peccati remedium, elongatio prohibitarum turpitudinum, & ſacramentum quod eſt ſignũ ſpiritualis coniugij animæ & Dei. Ideo propter hoc non eſt diſſoluendum matrimonium. Quartus effectus matrimonij eſt decor in actu matrimonij, qui alias eſſet actus turpitudinis, niſi a matrimonio excuſaretur. Nullus enim prudens voluntariè debet pati iacturã, niſi recompenſatione æqualis boni, vel maioris: ſed in coniunctione maris & fœminæ rationis iactura accidit, tum quia ratio abſorbetur, tum quia caro tribulationem patitur. 1. Corin. 7. tum quia nullę pro tunc prophetarum gratiæ conferuntur: ergo expectari debent per matrimonium illa tria bona ad recompenſationem talium. Licèt enim (vt inquit Altiſſiod.) primi motus carnales non poſſint ex toto eijci, tamen in matrimonio fiunt tributarij, quia de eis accipiunt coniuges meritum & prolẽ, & actus iuſtitiæ bonos: ſicut filij Iſrael Iebuſeos non potuerunt eijcere de terra Sancta, ſed fecerunt eos tributarios. Quintus effectus matrimonij eſt prouiſio ſiue procuratio enixarum, educatio liberorum, cuſtodia & eruditio eorum, & tota ſequens prouiſio eorum & hæreditatum determinatio quo ad ſucceſſores: niſi eſſet matrimonium, omnia eſſent confuſa. Primò non curarentur mulieres in partu, ſed dimitterentur improuiſe & miſerè. Nunc autem ita prouidetur, ꝙ fiunt expenſæ ex ceſſiuæ. Nec ita educarentur liberi, ſed dimitterent. Dicitur enim de filijs extra matrimonium genitis, ceſt vng auantage. Nec communiter benè inſtruuntur, neque eis benè prouidetur, neque ſciretur quis deberet eſſe ſucceſſor in hæreditate & bonis acquiſitis per patrem & matrem. Hæc enim omnia ex matrimonio dependent. Sextus effectus eſt domorum ædificatio, familiarum propagatio, multiplicatio ciuitatum, cõgregatio populorum & adunatio. Eſt enim matrimo-

Meretrices cur reddãtur ſteriles.

trimonium vnum ſicut ſtipes, qui plantatus in terram ſæpe reuerſus in terram multiplicat vineam vnam. Sic ſtipes vnius matrimonij prolem ſæpe generãs, multiplicat vnam regionem. Vnde & apud Romanos proletarij.i.qui ſingulis annis prolificabant, non ibant ad bella vt poſſent prolem generare, quæ poſſet multiplicare terram, & ſuppleret interemptorum in bello numerũ. Septimus effectus eſt charitatis dilatatio, inimicorum recõciliatio, bellorum ſedatio, Regnorum pacificatio. Vnde in die ſolemni nuptiarum diuinitatis & humanitatis Chriſti, cantauerunt Angeli. Et in terra pax hominibus, &c. Nihil tamẽ periculoſius & damnabilius, quàm inter parentes & per matrimonium affines iurgia commoueri, quia nihil periculoſius, quàm cum eo bellum gerere cum quo familiariter vixeris. Nullum enim peius bellum quàm inteſtinum. Vnde cum Danaus quinquaginta filias haberet, & Aegyptus filius fratris ſui, quinquaginta filios: & filij filias alterius accepiſſent in matrimonio: dolo Danai filiæ eius interfecerũt vna nocte omnes filios Aegypti. Et ſic videtur quantum ſit periculum inter eos qui charitatem & amorem in matrimonio non habent. Hæc Oroſius 1.lib.cap.2.

Sermo 3. de eodem per thema præcedens.

B Nuptiæ. De hæreticis qui prohibẽt nubere.

Fuerunt quidam dicti Tatiani, & Martiani, & Patareni, qui dixerunt homines in ſtatu coniugali non poſſe ſaluari, qui ab eccleſia tanquam hæretici reprobati ſunt & condemnati. Et forſitã ſunt illi de quibus Apoſtolus 1. Tim. 5. Spiritus ſanctus manifeſtè dicit, ꝙ in nouiſſimis temporibus diſcedent quidã a fide, attendentes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi loquentium mendacium. Prohibentium nubere &c. Cũ enim Deus fuerit actor & inſtitutor coniugij, vt patet Gen. 2. Dicere coniugium eſſe peccatum, eſſet aſſerere Deum fuiſſe auctorem peccati, quod eſt maxima blaſphemia. Omnes etiam penè ſanctiſſimi viri veteris teſtamenti fuerũt coniugati, non ſolum Adã primus pater noſter, ſed & Enoch tranſlatus in Paradiſum terreſtrem. Noe etiam qui præſeruatus fuit in diluuio. Illi tresglorioſiſſimi Patriarchæ Abraã, Iſaac, & Iacob: prudentiſſimus & Sanctiſſimus Ioſeph, Moyſes legiſlator qui Deum per eſſentiam videre meruit in hac vita. Cantor Spiritus ſancti Dauid. Ezechias qui fecit redire ſolem in cęlo decem lineis. Optimus ille Ioſias. Denique & ipſa domini mater Maria deſponſata fuit Ioſeph, ſed non per hominem, ſed opere Spiritus ſancti impregnata. Mat. 1. Quod enim in ea natũ eſt de Spiritu ſancto eſt. vt ſicut prima cauſa ruinæ humani generis fuit mulier Eua coniugata, & tunc virgo, ſic & mulier eſſet cauſa noſtræ reparationis & vitæ Maria deſponſata, & ſemper virgo: cuius filius voluit nuptijs in Chana Galilee intereſſe, primo ſuo miraculo eas approbans: & hoc per Mariæ interceſſionem, ad quam recurramus dicentes. Aue gratia.

Ad hoc ꝙ ſint honorabiles nuptiæ neceſſarius eſt finis honorabilis. Si enim finis ſit de genere bonorum honeſti, tunc actus matrimonialis cum cæteris debitis circunſtantijs erit honeſtus. Et ideo pro nunc videndum eſt de cõtractu matrimonij ſ grã cuius debeat fieri. Circa quod ponuntur quinque concluſiones. Prima concluſio. Ad matrimonium requiritur ad hoc ꝙ ſit honorabiliter factum, quòd non propter auaritiam contrahatur: ita vt propter diuitias nõ principaliter vir ſibi aſſumat vxorem. Et huius ratio eſt, quia nulla ſyncera & firma amicitia fundari poteſt in tranſitorijs rebus & caducis, ſed iſta temporalia bona variabilia ſunt, ideo his ceſſantibus ceſſat amicitia. Vnde Ethico. 8. Amicis extantibus propter bonum delectabile ſiue vtile, hoc ceſſante ceſſat amicitia. Tales enim non maritantur, ſed eorum bona quæ amantur. Hiero. contra Iouinianum lib. 1. Cum a Martia filia Catonis ſapientis iuniore quæreretur, cur poſt amiſſum virum non

A Matrimonium. Contractus matrimonij nõ debet fieri propter auaritiam.

nu-

nuberet. Reſpondit ſe non inuenire virum, qui ſe magis vellet quàm ſua. Et inde eſt ꝙ propter diuitias multi aſſumunt ſibi vxores, moribus ſuis non conuenientes, nec ætati. Aſſumunt enim quandoque ſibi virum idiotam licet diuitem, & deſponſant filiam ſuam diuitijs illius. Et tamen vt plurimum ille prodigus conſumit illas diuitias. Vnde cum cuiuſdam philoſophi filia in coniugium a duobus ſcilicet a paupere, ſed ſapiente, & a ſtulto ſed diuite peteretur. Requiſitus quare non dediſſet filiam ſuam diuiti, reſpondit ſe malle dare filiam ſuam viro indigenti pecunia, quàm pecuniæ indigenti viro. Hinc fabuloſe dicitur ꝙ ordinatum fuit in cõſilio auium, vt ad procreandum grandiores aues, aſſumere ſibi aquila ſtruthionem in matrimonium: ſed ab aquila comperto, ꝙ comedebat ferrum & chalybem, & ꝙ indifferenter ſingula deuorabat, factum eſt diuortium. Vnde Apoſtolus 1.Cor.5. Scripſi vobis ne commiſceamini fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus. Difficilis enim eſt hæc coniunctio. Vnde Hiero. contra Iouinianum. Pauperem vxorem alere difficile eſt, diuitem ferre, tormentum, quia propter diuitias quas apportant graues ſunt maritis, & eis improperant: ſub quo prætextu volunt eis dominari. Inde mulieres ſæpe ſequuntur conditionem naturę tortuoſę .i. coſtę tortuoſę de qua factę ſunt. Aliquando contingit etiam ꝙ aſſumunt ſibi differentes ętate: vt vetulus iuuenculam, & econuerſo, vt ſua ſcuta deſponſet, ſicut vulgo dici ſolet: quod eſt ridiculum & deriſio ſacramenti matrimonij, & vt videtur contra primam eius inſtitutionẽ. Vnde dictum eſt a domino Gen.2. quãdo matrimonium inſtituit. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi, iſtud autem eſt penitus diſſimile. Pręterea, inter tales non poteſt eſſe perfecta amoris conglutinatio. Non enim benè poteſt vetus ſurculus inſeri cũ iuueni planta. Et ideo malè pingunt qui Ioſeph virum Mariæ vetulum pingunt, cum ipſe tunc iuuenis eſſet. Non eſt tamen intelligendum quin in matrimonio minus, principaliter, & tanquam ſecundarius finis honeſtè quęrantur diuitię: ſine quibus non contraheret matrimonium, vt ſcilicet ſupportentur onera matrimonij, & vt proles melius educetur, & vt poſſint honeſtius viuere, & magis lætè & fęliciter ſeruire Deo. Sunt enim diuitiæ organa fælicitatis, vt dicit Ariſto. 1. Ethic.

B *Matrimonium. Propter faſtũ nõ debet contrahi matrimonium.*

Secunda concluſio. Finis contrahentium matrimonium non debet ferri in ſuperbiam, vt ſcilicet contrahant minores cum maioribus, ſecundum differentes ſtatus: ita ut vir accipiat vxorẽ quæ ad ſtatum ſuum non ſpectat, & econuerſo, ſicut nunc agricolæ quærunt filias ſuas filijs burgenſium deſponſari, & burgenſes nobilibus; parum aut nihil de prole curantes: dummodo magnas in ſuis habitibus habeant caudas, & zonas deauratas, & vocentur domini vel dominę. Has enim necat ſuperbia. Et quãdoque contingit, ꝙ ruſticus cum nobili muliere iungatur, quod multorum ſæpe eſt cauſa malorum. Primò, ſequuntur odia. Nam Eccl.13. Omne animal diligit ſibi ſimile, & ad ſibi ſimile coniungitur. Ideo per oppoſitum, quia ibi diſſimiles coniunguntur, ſe mutuo oderunt. Si ſimilitudo eſt cauſa amoris, diſſimilitudo iſta erit odij cauſa. Iob 38. Nũquid poteris coniungere micantes plyades, nobilem cum ruſticis? quaſi diceret, nõ. Secundò, ſequũtur inter eos opprobria, & lites. Vnus enim aliam vocat ruſticã, alia vocat eum miſerum & coquinum, & indigentem. Diuerſæ enim conditionis animalia non debent adinuicem copulari, vt dicitur Leuit. 19. Eccl. 13. Pondus ſuper ſe tollit, qui altiori ſe communicat. Item Leui. 19. præcipitur. Non feres agrum tuum diuerſo ſemine, quia alter ab altero facile contemnitur. Et ſicut vnum ſemen faciliter aliud ſuffocat, ſic quandoque lectus matrimonij tali diuerſo ſemine facile ſuffocatur. Eccl. 13. Quæ pars bona diuitis ad pauperem? Et ibidem. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim ſe colli-

ſerint

ſerint confringentur. Tertiò, ſequuntur frequenter indignationes, & populariũ & quandoque maiorum, vtpotè conſanguineorum, qui exiſtimant ſe in tali matrimonio deprimi & detur pari eorum progeniem. Et ex hoc quãdoque ſequũtur homicidia vel verbera. Vnde. 4. Reg. 14. & 2. Paral. 25. Carduus miſit ad cedrum quæ eſt in Libano dicens. Da filiam tuam filio meo, vnde indignatę omnes beſtiæ ſaltus, conculcauerunt carduum. Sic multa mala enim contingunt qui nobiliori & potentiori ſe iungit, propter ſuperbiam & præſumptionem. Quod notanter dico, quia licet aliquando ſuperiori propter humilitatē & virtutes alicuius inferioris ei nubere, vt Aſſuerus, Heſter, virtuoſiſſimam mulierē ſibi aſſumpſit, & Vaſti propter ſuperbiam expulit. Sic & Chriſtus dominus maieſtatis noſtræ humanitatis paupertatem ſibi copulauit. Illud tamen periculoſum eſt, ne vir in ſeruitutem mulieris nobilis redigatur, vel econuerſo. Vnde Hiero. Prudens ille Metellus Mario quęrenti cur filiam ſuam forma nobilem, dote diuitem, genere claram, fama fęlicem ducere nollet: legitur reſpondiſſe. Malo (inquit) meus eſſe, quàm ſuus. Vnde Poeta. Si qua voles apte ducere, nube pari. Paritas autem optimè in matrimoniali annulo deſignatur, qui ſi ſit ſtrictior, digito non congruit, ſi latior decidit. Sic ſe habet inter coniuges, ſi ſint diſpares, quia vel ſimul manentes non ſunt concordes, vel vnus ab altero diſcedit. Pręterea ſunt alij qui per principium violentiam filiam alicuius bonę domus gratia nobilitatis, vel diuitiarum quas poſtea forſitam diſſipabunt accipiunt, contra parentum & filię uoluntatem: cum tamen ſint miſerrimi & valde inutiles. Hæc matrimonia vix ad bonum finem perueniunt, vt patuit in Emor filio Sichen, qui rapuit Dinam in vxorem, qui inde occiſus eſt, & domus eius tota ſubuerſa. Gen. 34. Et tales veniunt excommunicandi, vt habetur. 20. q. 2. nullus. Tertia concluſio. Non debet matrimonium principaliter

C Matri- monium.

contrahi propter voluptatem. Primò, quia talia matrimonia non diu durant in concordia, quia omnis amor qui ex corruptione naſcitur, facilè in odium conuertitur, ſed talis amor ex corruptione naſcitur. Facile.n. perditur mulieris pulchritudo. Prouerb. 31. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo. Eſt.n. vanitas citò tranſiens. Exemplum de Amon primogenito Dauid, qui poſtquã deflorauit ſororem ſuam Thamar, maiori eam odio habuit, quàm antea dilexiſſet. Tale enim matrimonium ſæpe ſequitur pęnitudo. Vnde Auguſtinus ad Rufinum. Placet delectatio, ſed pungit delictum. flos veneris roſa, quia ſub eius purpura multi latitant aculei. Prou. 5. Nitidius oleo guttur eius, ideſt locutio, nouiſſima eius amara quaſi abſynthium. Vox enim earum cantus ſyrenarum, quæ dulci melodia tranſeuntes attrahunt, ſed tandem in mare præcipitant vires auferendo. Secundò, quia communiter talia matrimonia malo fine terminantur, vt zelotypia, vel adulterio, vel alio quouis peccato. Non enim bono fine terminari poſſunt, quæ malo ſunt inchoata principio. Vnde propter pulchritudinem aliquando vetulus iuuenculam accipit, & tunc fit zelotypus, nec mulier ipſum diligit, ſed contemnit, & quandoque eius procurat mortem. Propter pulchritudinem enim mulieris multi perierunt. Hinc in hiſtoria Longobardorum legitur de Roſimunda quę erat nobiliſſimæ & pulcherrimæ formę: quæ ſtans Rauennæ cum viro, dũ quendam Romanum conſpiceret ſibi in tempore & pulchritudine ſimilem, vt eum ſibi poſſet habere maritum, venenum marito dedit ad bibendum. Quod dum bibitum ſenſiſſet vir eius, partem illius dedit Roſimundæ cogens eam ad bibendum, & ſic vtrique eodem veneno perierunt. Vnde quidam Philoſophus nomine Theophraſtus, vt vult Hiero. contra Iouinianum. Nec pulchram (inquit) volo mulierem nec turpem. Non pulchram, quia difficile erit cuſtodire quod omnes amant: nec turpem, quia

Matrimonium pp pulchritudinẽ factũ ſæpe malo fine terminatur.

Mulieris pulchritudo eſt multorũ cã malorũ.

quia moleſtum eſt poſſidere, quod nemo dignatur habere. Et quandoque etiam committuntur adulteria. Vnde quidam Philoſophus interrogatus cur potius turpem, quàm pulchram vxorē duxerat. Reſpondit turpem ſeruabo, pulchram autem quæ omnibus placet quomodo ſeruare potero? Quercus enim pulchra & alta non fert niſi glandes pro fructum, qui fructus eſt porcorum, vitis vero vilis arbor & tortuoſa fert optimum vinum, Deum & homines lætificans. Sic pulchra mulier, vt plurimum cum fatua eſt pro porcis gerit libidinis fructum. Quæ verò turpis eſt, vel de pulchritudine non curat, optimā prolem gignit ad honorem Dei & hominum lætitiam. Et quia talia matrimonia non fiunt propter Deum, in talibus ſequuntur multa inconuenientia & ſæpe diſſoluuntur. quia Mat. 15. Omnis plantatio quā non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Tertiò, quia in talibus matrimonijs quæ non propter Deū, ſed propter libidinem fiunt: vt plurimū præualet dæmonium. Vnde Tob. 6. Angelus Raphael loquens de Sara filia Raguelis quæ ſeptem habuerat viros a dæmonibus occiſos, ait. Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmonium. Hi ſunt qui coniugium ita ſuſcipiunt vt Deum a ſe & a ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Quartò, quia ſuper talia matrimonia quandoque cadit ira Dei. Propter enim huiuſmodi matrimoniales contractus iratus dominus, immiſit diluuium ſuper vniuerſam terram. Prohibuerat enim dominus ne contraherent filij Seth cum filiabus Cain, & econuerſo. Sed vt dicitur Gen. 6. Videntes filij Dei filias hominum ꝙ eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Quintò, quia hoc videtur cedere in deriſionem ſacramenti matrimonij. Quia enim antiquus propter libidinem ſuam accipiat iuuenculam, vel vetula iuuenē, cedit in opprobrium & in fabulam, & in riſum omnium qui vident & audiūt. Ideo Prouer. 6. dicitur. Lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ, quia cum diſpare ætate nulla eſt lætitia, ſed lis, vel zelotypia. Et ſi dicatur, ꝙ Iacob accepit Rachel in vxorem propter pulchritudinem, & tamen non peccauit, ſic nec ego ſi principaliter propter pulchritudinem eam accipiam mihi. Reſpondet Tho. in 4. diſt. 30. in expoſitiōne, ꝙ decor faciei non fuit principalis cauſa matrimonij Rachel cum Iacob, ſed ſecūdaria tantum. Principalis autem fuit eius prudentia, qua ſe viro amabilem exhibebat. Pulchritudo autem in muliere ſenſata, eſt ei ad ornamentum, ſed in muliere fatua, ad ruinam & ad peccatū. Hinc Prouer. 11. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra & fatua. Sed iterum dices: mulierem propriam propter voluptatē cognoſcere non eſt mortale peccatum, ergo nec principaliter eam ducere propter voluptatem. Reſpōdetur ꝙ non eſt ſimile. Non. n. eſt ita damnabilis abuſus rei communis, ſicut rei ſacræ, ſicut bibere in ſcypho communi propter voluptatem, non eſt in ſe niſi veniale: ſed non propter hoc ſequitur ꝙ portans calicem ad tabernam ad bibendum propter voluptatem, quin peccet mortaliter, & hoc propter abuſum rei ſacræ: ſicut fecit Balthaſar de uaſis ſacris domus domini. Dan. 5. Qui autem contrahit matrimonium principaliter propter finem indebitum, abutitur re ſacra, ſcilicet ſacramēto matrimonij. Qui uerò cognoſcit uxorem fine indebito, abutitur re non ſacra, & ideo non tantum peccat. Quarta concluſio. Non obſtantibus prædictis malis intentionibus in contrahendo habitis, matrimonium taliter contractum eſt verum & legitimum matrimonium, dummodo non aſſit aliud impedimentū. Patet, quia ſi quis baptizaretur cauſa luxurię tantum, quia concupiſcit ſpeciem alicuius Chriſtianę mulieris: quam aliter habere non poſſet niſi baptizaretur: vere baptiſmū ſuſciperet, licēt mortaliter peccaret. Sic iſte cōplet verum matrimonium, licet

Matrimonium non dirimitur ex mala aliqua intentione contrahentium.

cet ex cauſa illicita, cui poteſt dici propter huiuſmodi abuſum illud Dan.13. Semen Chanaam & non Iuda, ſpecies mulieris decepit te. Nulla enim res eſt tam bona, quin malitia ea abuti poſſit: non tamen inde res illa mala eſt, ſed abuſus eius. ſicut religioſus apoſtata vituperabilis eſt, & malus, nec tamen inde vituperanda eſt religio. Nolo tamen dicere, quòd omnes taliter contrahentes mortaliter peccant, niſi altera iſtarum trium cauſarum ſit præciſa, & principalis cauſa excludens omnem alium finem.

Vir contrahens cũ muliere ad duo reſpicere debet.

Quinta concluſio. Vir contrahens cum muliere, principaliter debet reſpicere ad duo. Primò, ad prudentiam & diſcretionem mulieris: quia Prouer.14. Sapiẽs mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. Et eiuſdem.19. Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a domino autẽ propriè vxor prudens. Secundò, reſpicere debet ad bonitatem & mores eius: quia Eccl 26. Mulieris bonæ beatus vir, non dixit mulieris pulchræ, vel diuitis, ſed bonæ. Ex moribus n. mulierum ſæpe formantur mores virorũ. Pſ.17. Cum ſancto ſanctus eris. Corrumpitur enim vinum ſanũ ſi fuerit aceto commixtũ, & mẽbrum ſi a carne putrida non fuerit ſeparatum. Vnde & oĩa mundi corpora ſortiũtur illorũ corporũ figurã quibus ſunt immediate coniuncta. Ex hoc enim probant philoſophi, q̃ ſi primum corpus eſt ſphericum, q̃ corpus ex omni parte tangens illud eſt ſphericum. Et ſi duo ligna dura fuerint vniẽda, & ſibi mutuo applicãda applicatione perfecta, oportet ea eſſe in figura ſimilia ex ea parte qua fuerint applicata, quia ſi vnum eſſet rectum, & aliud tortuoſum: vel vnum rotundum, & alterum planum: ſimul applicari non poterunt, niſi vel rectum fiat curuum, vel è contrario. Sic ſi vir caſtus cum impudica contrahat, timendum eſt uiro ne ſimilis ei efficiatur.

Contrahentium intentio quæ ſit & quinque concernere debet.

Sexta concluſio. Intentio eorum qui in Chriſto nubunt, ſecundum Guil. Pariſien. debet quinque concernere. Primo, eo debent nubere, vt ſe elõgare poſſint a turpitudine & excecatione earum immunditiarum, quę per matrimonium annullãtur. Secundo, ad mutuã amborum ſubuentionem & ſeruitutem & cuſtodiam, qua unus alteri ſubuenit in infirmitatibus & alijs tribulationibus. Vnde Eccl.4. Vę ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe. Tertiò, ad mutuam cohortationem & eruditionem ad ſe mutuo ſaluandum, ut poſtea dicetur. Quartò, ad mutuam diligentiam pro vita lucranda & educãda, id eſt nutrienda & prouidenda ſobole ſi habeatur. Quinto, ad prolem procreandam ad Dei honorem, ſi ſit in talibus qui prolẽ habere poſſint: & iſte modus coniunctionis eſt quem laudauit Raphael Archangelus. Tobiæ.6. Accipies, inquit, virginem cum timore domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus: vt i ſemine Abraę benedictionẽ in filijs conſequ ris. Inde dicebat iunior Tobias. Tob 8. Tu ſcis dñe q̃ non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, qua benedicatur nomen tuum in ſecula ſeculorum. Vnde. 1. Cor.7. Cui vult nubat tantum in domino, id eſt propter honorem domini & cauſa prolis habendæ qua honoretur, & non propter pulchritudinem vel diuitias. Qui enim propter Deum iunguntur, & bona habent voluntatem benè operandi, ſatis habẽt diuitias. Pſ.36. Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorum multas. Qui autem iſta bona in generali ſaltem intendunt, licet ſigillatim & diſtinctè iſta bona nõ nouerint, nihilominus laudabiliter coniunguntur. Si autem fiat matrimonium propter reformationem pacis, vel cauſa amicitiæ contrahendæ, tunc eſt cauſa honeſta, ſed nõ debet eſſe principalis, ſicut ſi quis contraheret vel baptizaretur tantummodo cauſa ſanitatis corporalis recuperandæ vel conſeruandæ. In his tamen contractibus ſæpe multa aſſeruntur mendacia, vt deceptione perueniant ad intentum: & hoc eſt graue peccatum ut peſſima iuuencula dicatur bona: & pauper iuuenis luſor, prodigus & deuius, dicatur diues & bonus. Et ideo non omnibus oia credas.

Q

das, ſed quære diligenter, non tatummodo ad dotem reſpiciendo, ſed ad mores.

Sermo quartus de eodem per thema præcedens.

A Status. De tripli ci ſtatu hominis ſignificato per Noe, Iob, & Daniel.

Nota q ecclesia Chriſti ſponſa (ſecundum Grego. in moralibus) tres ordines in ſe cõplectitur, per tres viros perfectos in ſacra ſcriptura deſignatos: Noe, Iob, & Daniel: qui quidem Deum exorabilem ſuis auertunt precibus, ne malũ inducat ſuper terrã. Sed tñ nihil obſtare pñt cũ exigũt demerita populi ꝑuerſi, iuxta illud Ezech. 14. Si dixero gladio tranſi per terram, & interfecero de ea hominem & iumentum. Et tres viri iſti, Noe, Iob, & Daniel fuerint in medio eius. Viuo ego dicit dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias, ſed ipſi ſoli liberabuntur. Per Noe qui arcam in vndis rexit, paſtorum ordo ſignatur: per Danielem cuius mira abſtinentia ſcribitur, continentium vita figuratur: per Iob vero vxorem & liberorum multitudinem habentem bene ordinatam, coniugatorum ordo deſignatur. Hos autem tres viros liberatos aſſerit Ezechiel: quia in illis tribus ſtatibus vnuſquiſque in ſuo ordine ſaluari poteſt. Et ideo Salomon huius ſponſę in his tribus ordinibus pulchritudinem aſpiciens dicebat. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora in coniugatis, qui parum luminis in cõparatione ad alios habent pulchra vt luna in continentibus, qui ſicut luna lucent in nocte huius ſeculi per continentiam & virtutes: electa vt ſol, in paſtoribus & doctoribus ad illuminandum cunctos: ſed vt caſtrorum acies ordinata in omnibus illis tribus collectis, cuius aciei dux eſt Chriſtus cum vexillo crucis. Maria verò prima bellatrix eſt in acie, quia Can. 4. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Ideo ad eam tamquam ad protectricem & adiutricem conuertamus orationem dicentes. Aue.

In nuptijs vbi Chriſtus eſt, ſemper eſt honor & gloria. Vtinam in omnibus nuptijs carnalibus intereſſet. Sed quia in nuptijs eccleſiæ ſemper pñs eſt, nõ ſolum vt inuitatus, ſed ſicut ſponſus. Ideo in talibus nuptijs maximè eſt honor & gloria: ideo nuptiæ illę honorabiles & thorus immaculatus. Quod autem Chriſtus ſit eccleſiæ ſponſus, & ipſa eccleſia Chriſti ſponſa, hoc apparet multiplici figura. Prima eſt in patriarcha Iuda. De quo Chryſo. ſuper Mat. homil. 1. Sicut Iudas meretrici cõiunctus eſt, & dedit illi uirgam & anulũ, ſic & Chriſtus eccleſiæ meretrici ex gẽtibus ſe coniunxit: dedit illi pro mercede coniunctionis virgam crucis, & anulum fidei ſignaculum per baptiſmum. Secunda eſt de Raab meretrice, de qua Chryſ. ibidem. Sicut Salomon Raab meretricem aſſumpſit, quæ ſuſcepit hoſpitio ſpeculatores populi Dei, ſic Chriſtus eccleſiam quę fornicata fuerat cum idolis, aſſumpſit ſibi in ſponſam, quæ ſuſcepit hoſpitio Apoſtolos domini, & eos fouit. Tertia eſt ex lege, quę habetur Deut. 25. de ſemine fraterno ſuſcitando. Lex enim erat talis, vt fratre defuncto ſine liberis frater ſuperſtes acciperet vxorem defuncti, & ſuſcitaret ſibi ſemẽ. Sic Chriſto mortuo in cruce, aſſumpſerunt Apoſtoli & prælati ipſam ſponſam eccleſiam, ad ſuſcitandum ſemen fratri ſuo Chriſto, qui filij ipſis prælatis non attribuuntur, ſed ipſi Chriſto, & ab ipſo tãquam a patre nominari ſunt Chriſtiani. Quarta eſt de arca Noe, q̃ inferius ampla erat munda & immunda animalia continens, bonos & malos, granum & paleas: ſcilicet hæc eccleſia militans, ſed ſuperius erat anguſta, ſcilicet triumphans ſolos bonos cõtinens, qui per anguſtam uiam niſi ſunt intrare. Hæc tamen inferius & non ſuperius perit. Eſt equidem uirgo ſine corruptione. Et ideo honorabiles ſunt illę nuptiæ: & thorus immaculatus. Secundum Auguſtinum tria ſunt bona matrimonij, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum. Bonum fidei in matrimonio principaliter conſiſtit in fidelitate amborum, & illud eſt de genere honeſti. Bonum prolis vtile ad naturam humanam perpetuandam eſt de

B Eccleſia. Qđ Chriſtus ſit eccleſiæ ſponſus, patet quadruplici figura.

Matrimonij tria bona.

nere conferentis. Bonum verò ſacraméti ad delectabile pertinet, quia iſtud bonum conſiſtit in viri & vxoris indiſſolubili vnione, in qua conſiſtit tanta delectatio, vt propter hoc relinquat homo patrem & matrem, & adhæreat vxori ſuæ. Et propter hoc (vt vult Bonauen. in 4. diſt. 28. in expoſitione textus.) In celebratione matrimonij cantatur ſolemnis miſſa de Trinitate, cuius hoc triplex bonum eſt repreſentatiuum. Patri enim appropriatur bonum prolis, cuius proprietas eſt generare, filio bonum fidei, qui eam in hunc mundum perſona iter detulit. Bonum ſacramenti, quod cõſiſtit in vinculo matrimonij competit ſpirituiſancto, qui amborum eſt nexus, & amor indiſſolubilis. Et ideo ſecundum Iſidorum in Etymol. lib. tribus de cauſis ducitur vxor. Vno modo cauſa prolis. Gen. 2. Creſcite & multiplicamini, &c. & iſtud proli correſpondet. Secundò cauſa adiutorij & ſocietatis, de quo Gen. 2. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: & iſtud bono ſacramenti correſpõdet, quod illam ſocietatis vnionem repreſentat. Tertio propter fornicationẽ. 1. Corin. 7. Vnuſquiſque habeat vxorẽ ſuam propter fornicationem, & iſtud tãgit fidem matrimonij, qua non poteſt dare corpus ſuum alteri quã viro ſuo, & econuerſo. Inde eſt ꝙ in tribus iſtis bonis tres virtutes Theologicæ comprehenduntur, ſcilicet fides in fidelitate, ſpes in prole. Nam de ea ſperatur fructus, & ampliatio cultus diuini, & charitas in vinculo. Ob quam cauſam Salomon in tribus ſuis libris iſta tria bona edocet. In primo ſcilicet in Prouerbijs, filium tãquam pater ſepiſſimè alloquitur & docet & caſtigat, quod ad bonum prolis pertinet. In ſecundo, ſcilicet in Eccleſiaſte mutabilitatẽ mundi, uanitatẽ, & eius infidelitatem denuntiat. Et quia oppoſitorum (ſecundum Ariſtotelẽ) eadem eſt diſciplina, in hoc de fidelitate thori coniugatos inſtruit. In Canticis vero uerba amoris ſponſi & ſponſæ ſe mutuo cohortantium recitat: uerba quidem ſancta & honeſta, propter quod iudicantur ille nuptiæ honorabiles, & thorus immaculatus. De bono ſacramenti. Primò dicemus breuiter expediendo, ſcilicet de uinculo, & inſeparabilitate matrimonij. Mulier autẽ poteſt ſeparari a uiro dupliciter. Vno modo ſic, ꝙ ſeparetur a cohabitatione uiri, non tamen a uinculo matrimonij: & hoc fieri poteſt multipliciter. Vno modo non cõſentiente muliere, & hoc propter fornicationem. Tunc enim licitè uir ſe ſeparat a mulieris coitu, ſi ſuſpitionem habeat de hoc uitio, & tandem a cohabitatione, ſi hoc ſit ſibi notũ, & non adulterauerit ſicut ipſa, uel non ſit ei reconciliatus. Tunc enim per eccleſiam, uel etiam in caſu per ſeipſum poteſt ſe ſeparare, & manere uel in ſeculo, non tamen alteri nubere, propter uinculum matrimonij permanens: uel etiã intrare religionem ſicut fecit beatus Paulus ſimplex, qui mulierẽ ſuam adulterantẽ dereliquit, & adhæſit beato Antonio, cum quo factus eſt ſummus monachus. In hoc tamen caſu uiuente illo uiro non põt alteri nubere mulier. Si. n. licet viro diſcedere in ſeculo remanenti, multo magis in clauſtro. Secundò, hoc fieri poteſt conſenſu vtriuſque, vtpotè quando matrimonio conſummato de communi aſſenſu intrant ambo religionem, ille virorum & illa monialium & profitentur: ſicut pluries factum eſt. Et tunc diſſolutum eſt matrimonium quo ad thorum & quo ad habitationẽ, non quo ad vinculum. Vnde ſi diabolo inſtigante vnus eorum regrederetur, nõ poteſt alter exire ad requiſitionem eius, ſed debet cõpelli ad reditũ. Nec ſi vnus aliũ viſitat dét alter debitũ reddere, vt fecit Epiſcopus Lugdun. Genebaldus viſitans vxorem ſuam monialem, ex qua ſuſcepit filium vocans eum latronem. Sed peccato confeſſo ſancto Remigio, & pœnitentia ſibi impoſita peracta, interim ſanctus Remigius gubernans eccleſiam ſuam, quia eum ſuſpenderat ab executione officij, Angelo ſibi reuelante peccatum dimiſſum, ſanctus Remigius eum reſtituit ſuæ dignitati. Tertiò, poteſt ſeparari mulier a thoro & cohabitatione, immo & in bonis temporalibus

A Separari. Quot modis ſe parari põt vir a cohabitatione mulieris eius: & econtrario.

a viro furioſo, vbi mulier cum viro, vel econtra in habitare non poſſ.niſi cum periculo animę,vel corporis,& ſic per iuſticiam ſeparari poſſunt, non poſſunt tamen alteri nubere ambobus viuentibus. Vnde proprium eſt [illegible] vitium ſuperbia,mulieris iracundia. Eccl.10. Nō eſt creata hominibus ſuperbia, [illegible] iracundia nationi mulierum. Quando.n. vir ſuperbus eſt,& mulier iracunda: pacari non poſſunt,nec conuiuere: & ideo eos oportet ſeparari.Eſa.2[illegible] Coangustatum eſt [illegible] .ſ. matrimonij, ita vt alter [illegible] : & pallium breue vtrumque operire non poteſt. Qui vero humiles ſunt [illegible] pallio & ſtratu vno ma[illegible] cōprehendi poſſunt,& in ipſo [illegible] uiuere. Quarto poteſt ſeparari ſimiliter uxor a uiro, [illegible] alter eorum incidit in hæreſim, uel idololatriam: a qua monitus non uult diſcedere. Dum enim obſtinatus eſt in ea,tunc debet mulier a uiro ſe parari ne uideatur conſentire in peccatum eius, & ne [illegible] deceptа per uirum cadat in idem periculum. Non tamen poteſt illa mulier alteri nubere uiuente uiro, quia cum [illegible] fuerunt fideles tempore quo matrimonium contraxerunt, [illegible] matrimonium. Ideo [illegible] infidelitate, permanet vinculum illud indiſſolubile. Nō ſic ſi alter eorum fuiſſet infidelis, & alter fidelis,quia tunc inter eos nunquā fuiſſet matrimonium, [illegible] coniunctionem illegitimam [illegible] ecclesia. Secundo poteſt intelligi matrimonium eſſe [illegible] quo ad vinculum matrimonij,& hoc [illegible] dupliciter intelligi. Vno [illegible] loquendo de matrimonio infidelium, & illud eſt ſeparabile, & quo ad thorum,& quo ad vinculum.Nam principio eccleſiæ cum plures conuerterentur [illegible],conſulebat Apoſtolus fideles cum infidelibus in matrimonio remanere,ſed cum eos obſtinatos videbāt, iubebant diſcedere, & maxime propter periculum ſubuerſionis, & contumeliā creatoris,vt patuit de S.Thoma,q. Migdoniā ſeparauit a Caritio [illegible] Regis Indorum propter contumeliā creatoris. Ideo nunc cum obſtinati videantur omnes infideles in infidelitate. diſſoluetur matrimonium, [illegible] ex parte fidelis qui poſſet alteri licite nubere, eo q̄ infidelium coniugia quæ ſunt in creatoris contumeliam,non ſunt rata, nec a Deo approbata. Hiero. contra Iouinianum lib. 1. Abraam adiurat ſeruum ſuū in tempore .i. in Chriſto [illegible] nunc ſiue erat naſciturus, vt filio ſuo Iſaac alienigenam non adducat vxorem. Et Eſdras huiuſmodi vxorum repudiatione iram Dei compeſcuit. Et ſi quę [illegible] de infideli agendum ſit [illegible] ab vxore ſua quæ [illegible] con[illegible]ſioni. Dr ſecundum Alli[illegible] q. de fideli curandū eſt ne [illegible] infideli non eſt multū curandū, [illegible] prius ſ.t. 1.Cor.5. Quid.n.mihi [illegible] q. foris ſunt iudicare? N[illegible] intus ſunt vos iudicatis? quaſi [illegible] de infidelibus nihil ad nos. Vnde A[illegible] li. de ciu. Dei dicit, q. Z[illegible] & quidam [illegible] erant in naui [illegible] & cū in [illegible] periculo [illegible], & non timuit [illegible]. Sed cū euaſiſſet [illegible] ab [illegible] a Zenone, quare [illegible] plus timuiſti cum ego [illegible]? Reſpondit Zeno, q. [illegible] timendum erat, qui [illegible] Ego non pro anima [illegible] inutilis erat. Sic pro anima [illegible] eſt,quæ precioſa [illegible] non pro [illegible] delis quæ [illegible] eſt. S[illegible] ligi [illegible] ad thorum [illegible] qui mulier nupta [illegible] præſenti, non [illegible] econtrario, [illegible] lū ſit matrimonium [illegible] ſu[illegible] p [illegible] ui,niſi p mortē [illegible] gi[illegible] hō ſpiritualit[illegible] patet in Ioanne [illegible] traxit a nuptijs,vt dicitur [illegible] [illegible] Alexio.Et illo caſu [illegible] [illegible] mulier cui [illegible] ex [illegible] matrimonium [illegible] copulā [illegible] [illegible] quæ [illegible] co por[illegible] & [illegible] ita vt ſup[illegible] poſſit contrahere [illegible] tius. 1.Corin.7. Mortuo viro [illegible] eſt

Infidelis. B

De matrimonio infideliū

Mortuo viro ſolu ta ē mulier a lege, licèt ſuſcitaretur vir.

mulier a lege viri, cui vult nubat tantū in domino, id eſt legitimè; vel in nomine Chriſti, quia Mat. 18. Vbi duo congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in me dio eorū. Sic in omni matrimonio Chriſtus eſt, vbi duo congregantur in noīe eius. Et quia obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. Ideo ſi coniugatus mortuus reſuſcitetur, nō ē matrimonio obligatus. Et ideo Lazarus reſuſcitatus ſi habuiſſet vxorē, non eam recuperaſſet, niſi de nouo cū ea cōtraheret, ſed bona quæ teſtatus fuiſſet recuperaſſet, quia in donatione cā mortis, plus ſe quàm alium cui donat vult habere. Ideo intelligitur tacita conditio in donationibus illis ſcilicet ſi permaneat in morte. Et ſimiliter curatus, vel prælatus reſuſcitatus, quamuis retineat conſecrationem, non tamen retinet eccleſiā niſi ſibi noua electione vel prouiſione conferatur, quia mortuus eſt ſpōſæ ſuæ. i. eccleſiæ quā habebat. Et ſic de religioſo qui ſuo modo in profeſſione promittit vſq; ad mortē obedientiā. Vnde Beda recitat. lib. 5. hiſtoriæ Anglicanæ, ꝙ quidam paterfamilias in Anglia mortuus eſt circa occaſū ſolis, qui in craſtino mane cū eū ſepelire volebant parentes & amici, ſurrexit, & fugerunt omnes præter vxorē. Qui ſtatim aſſumptis bonis ſuis, dedit vnā partem pauperibus, aliam eccleſiæ, tertiam vxori & liberis, & ſic ab vxore ad religionē euolans arctiſſimè vixit, vt ſatis ibidē deſcribitur. Sed ꝙ matrimonium iſtud ſit indiſſolubile durante vita hominis, niſi per mortē vel ciuilem, vel tēporalem; Patet primò per illud Mat. 19. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et 1. Cor. 7. His qui in matrimonio iuncti ſunt præcipio non ego, ſed dominus, vxorem a viro non diſcedere. Si aūt diſceſſerit, manere innuptam. Hiero. Ab exordio generis humani non dabamus repudium, nec pręputia nobis eripieban tur. Poſt diluuium verò repudij conceſſa eſt duritia, & cultellus circunciſionis appoſitus, quaſi manus domini in nobis plus creauerit quā neceſſe ſit. Sed poſtquam Chriſtus venit in fine temporum, reuolauit alpha ad ω, quia extremitatē

Matrimonij indiſſolubilitas oſtē ditur.

retraxit ad principium, vt nec repudium dare, nec circuncidi permittatur. Inde 1. Cor. 7. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Iſta ſunt vincula quibus alligantur nobiles in manicis ferreis, ne progrediantur ad illicita; quibus manicis ferreis voluit Ioannes ligare Herodem, ſed non potuit. Vulpes enim erat quæ hoc inſtrumento ligari non nouit. Vnde & dominus in euangelio vocat Herodem vulpem. Luc. 13. Dicite vulpi illi &c. Inde gentiles etiam indiſſolubilitatem matrimonij confeſſi ſunt. Nam Ariſto. 1. Polit. ait. Sæpe tranſmutatur qui politicè principatur. In nuptiali autem principatu non inuenitur huiuſmodi tranſmutatio. Præterea matrimonium carnale repreſentat matrimonium illud ſpirituale, quod erit inter Deum & ſponſam eius eccleſiā, quando ſibi exhibebit eam non habentem maculam neque rugam. Et hoc erit conſummatum in illa patria cęleſti quando anima coniungetur Deo intellectu clarè ipſum cognoſcendo, & affectu ardentiſſimè eum diligendo & inſeparabiliter: vnde ſequetur maximum gaudium, quod vincet omnem mundi delectationem. De multis ſanctis legimus, ꝙ rapti non quidem ad claram Dei viſionem: ſed ad aliquam altiorem diuinorū cognitionem, ita abſorpti ſunt in gaudiū & conſolationem, ꝙ nullū pęnale quod corpori infligeretur cognoſcebāt & non curabant de cibo, vel potu, ſed omnia mundi faſtidiebant vt lutum: multo magis in cor hominis non aſcendit immenſum illud gaudium, quod nunc recipit anima, & poſtea corpus ex coniunctione perfecta intellectus & affectus cum Deo in patria: de quo coniugio gaudent oēs Angeli, & ſancti amici ſpōſe, de quo Apoc. 3. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quoniam venerūt nuptiæ agni. ſ. Chriſti: & beati qui ad cęnā nuptiarum agni vocati ſunt. Ideo quia illud coniugium eſt indiſſolubile, ſequitur ꝙ coniugium illud repreſentans debet eſſe indiſſolubile. Tertiò indiſſolubilitatē eſſe in matrimonio oſtendit fructus matrimonij. Deſtruitur. n. proles, ſi

diuidatur matrimoniũ. Vnde & 3 Reg. 3. dixit mulier cuius filius erat viuus ad Regem, qui eum iuſſerat occidi. Obſecro domine mi, date illi infantẽ viuum & nolite interficere. Et ſi dicatur, quòd erunt plures filij, & ſic frũctus poteſt diuidi. Reſpondetur ꝙ nec ſic poſſunt diuidi: quia omnes ſunt filij patris ſicut & matris, & omnes tenentur tam patri quàm matri, & tam pater quàm mater omnibus. Quartò, ſi quando ſeparari deberent coniuges, non eſſet fidelitas inter eos, nec vnus in altero confideret, & maximè quo ad bonorum communicationem. Vnde Prou. vlt. legitur de muliere forti. Confidit in ea cor viri ſui. Tales enim ſic communicantes vxores ſunt hæretici, qui dicuntur Nicolaitæ: qui damnantur a Deo. Apoc. 2. Sũt etiã velut Ethnici, vt dicit Tertul. in apologico, qui cauſa procreandorum liberorũ patientiſſimè ſuis amicis ſua matrimonia communicant, quos ſecutus eſt Romanus Cato & Socrates, quem 2. Polit. in hoc grauiter reprehẽdit Ariſto. Quintò, requirit hanc inſeparabilitatem magnitudo amoris qui eſſe debet inter ipſos: qui inter omnes amores carnales videtur eſſe maximus, & qui ꝑualet amori patris & matris. Cum ergo aliqua vnio corporum ſit inſeparabilis, vt patet in mixtione elementorum in corpore mixto. Videtur ꝙ aliqua vnio, mentalis debeat eſſe inſeparabilis, maximè de illa quæ eſt maritalis amoris, quæ videtur eſſe familiariſſima. Præterea ſi omni tẽpore diligit qui amicus eſt, nulla aduerſitas debet ſeparare amorem coniugum: & ſic illud vinculum eſt indiſſolubile niſi per mortem. Propterea matrimoniũ contractus quidam eſt qui ſine conſilio præuio non debet fieri: cum non ſit res paruæ durationis, ſed vſque ad mortem. Ideo puellæ ſibi prouideant, quæ ſine parentum ſuorum conſilio ſe maritant ſæpe ad malam horam: vt patuit de illa quæ ſic ſe maritauit, & poſtea flebat gaudia, vulgo dicta, les ioyes dantam cum a ſuo marito verberabatur. Et de illa ſimiliter quam maritus verberabat baculo quodam quem vocabat parolle. Et cũ quærerent ab eo parentes quare ſic eam verberabat: Reſpondebat ꝙ non verberabat eam niſi de parolſe. Vnde ſecundum Ambro. lib de Patriarchis, & recitatur. 32. q. 2. honorantur. Puellæ debẽt expectare iudicium parentum in cõtrahendis nuptijs. Nam communiter parentes eas diligunt amore prudentiori, quàm ſeipſas diligant. Multæ tamẽ ſunt matres quæ potius ad diuitias reſpiciunt vel honores, uel uoluptates, quàm ad bonitatem & ſagacitatem uirorum: & interdum, quia non reſpiciunt, cadunt filię earum in manus virorum capitoſorum: & ſic uiuunt miſerè in continua lite, & rixa & diſcordia. Et hoc meritò, q a talia matrimonia irreligioſe facta ſunt, & exindè ſequuntur maledictiones eorum qui illa matrimonia contrahi procurarunt. Vnde beatus Ambro. dedit Auguſtino tria conſilia. Vnum de nunquam alteri ſeruiendo pro lucro quod uulgo dicitur ſoudoye. quia tali oportet obedire in omnibus, & ſępe oportet exequi quod malum eſt. Secundum fuit de non eundo ad conuiuia, quia uix in illis ſeruatur ſobrietas. Tertium de non dando conſilium in cõtrahẽdis nuptijs, propter maledictiones quę inde ſequuntur. In iſtis tamen quærenda eſt puellę uoluntas, ut patuit in Rebecca Gen. 24. Quęramus, inquiunt, puellę uoluntatẽ. Et multum debent rogare puellę Deum ut eis det bonam benedictionem, ut talem uirum habere poſſit, cum quo lętè & ad ſalutem animę poſſint conuiuere.

Conſilia Ambroſii ad Auguſtinum.

Sermo 5. de eodem per thema præcedens.

A Filius. Bonitas filiorum redũdat in honorem parentum.

SEcundũ Apoſtolũ Roma. 11. Si radix ſancta & rami: de bona uite, bonum uinum: de bona plãta, bonus fructus oritur. Ideo de bonis & ſãctis matrimonijs benè contractis in quibus uir & mulier uiuunt ſecundum obſeruantiam mandatorum Dei, communiter bona proles gignitur: & exinde beatificantur parentes, beatificatur uẽter qui tales portauit. Ex bonitate enim fructus benedicitur arbor. Vnde ex bonitate beati Nicolai benedi-

bene-

nedicuntur eius parẽtes. Et propter hoc communiter in legendis ſanctorum deſcribuntur bonitates patrum & matrũ, quaſi hoc faciat ad bonitatem filiorum. Ideo in ſcripturis ſacris cum incipiunt prophetæ diuinas viſiones explanare, vt plurimum ponunt parentes ſuos qui eos genuerunt, vt viſio Eſaiæ filij Amos: factum eſt verbum domini ad Ezechielẽ filium Buzi. & ſic de alijs. ad oſtendendum ꝙ ſanctitas & amicitia Dei quas habent filij, redundant in parentes: & totus honor virginis Mariæ ex ſuo fructu oritur: ad quẽ recurramus dicẽtes. Aue.

In præſenti ſermone dicturi de bono prolis, terminabimus tantummodo vnã quæſtionem: videlicet cum iuxta thema matrimonium ſit tam honorabile, & thorus immaculatus: vnde eſt ꝙ ex eo procedunt tam mali fructus, tam mali iuuenes, tam mala proles? Reſpondetur ad hoc, ꝙ ſicut ex grano puro oritur granum cum palea, ſic ex matrimonio aliquando procedit bona pueri natura cũ malitia, ſed bonitas naturæ ex matrimonio procedit. Malitia verò quandoque ab ipſa pueri peruerſa voluntate, quandoque ex parentum vitio vna cum pueri malignitate procedit. Vnde ſalua diuinorum iudiciorũ ordinatione, cuius nulla eſt cauſa niſi ipſa voluntas Dei, poſſumus pro nunc aliquas huius malignitatis occaſiones aſſignare. Primò quidem procedere poteſt huius prolis malignitas ex irreligioſitate parentum, poſtquam ſunt in matrimonio, quia nec Deo, nec ſibi fidem ſeruant, nec Deo ſeruiunt, nec eum timent, in ſuis mercantijs facientes fraudes, rapinas, & vſuras. Et ideo in peccatum parentum, quia fraudulenti ſunt, fraudulentos generant vel prodigos, & quia crudeles in pauperes, crudeles generant. Iuſtum enim eſt vt leo leunculum generet, & vulpes vulpem. Vnde quia Dauid ad mortem perſecutus eſt militem ſuum Vriã, percutus eſt a puero ſuo Abſalone vſque ad mortem, ſi eum apprehendere potuiſſet. Ideo conſulit beatus Ioannes Chryſ. ꝙ ſi velis filium vel filiam nutrire, non debes virum vel mulierem quærere in domo male famata. Ait enim ſuper illo. Salomon genuit Booz de Raab, quę erat mulier virtutis, ꝙ qui accipiunt mulieres bonas & de ſancta progenie, generãt filios bonos & virtuoſos. Sicut enim communiter de fortibus viris ueniunt pueri corporaliter fortes, ſic loquendo ſpiritualiter, de ſanctis ſancti viri procedunt: vt patuit in ſanctis Nicolao, Auguſtino, & Samuele. Qui verò de malis procedunt, in malis ſunt fortes, & in bonis debiles: vt legimus de filijs Cain, qui ſequendo patrem intendebant fraudibus & ædificationi vrbium: vt dicit Ioſephus li. 1. antiquitatum. Vnde ſecundum Ariſto. Fructus geniti in montibus, ſapidiores ſunt genitis in vallibus. Sic ex viro & muliere altæ & ſanctæ conuerſationis oriuntur meliores filij, quàm ex genitis ab his qui ſunt miſeræ vitæ. Hinc Raguel ad Tobiam. Tob. 7. Benedictio ſit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es tu. Et iterum. Huic filio timenti Deum debetur coniux filia tua. Vnde de Noe Gen. 6. Dicitur, quòd erat vir iuſtus, & poſtea ſubditur, ꝙ erat perfectus in generationibus ſuis. Legimus iterum in ſexto eccleſiaſticæ hiſtoriæ de ſancto patre Origenis martyre, qui vxorem progenie & moribus nobilem duxerat, & qui ſacram ſcripturam pro omni voluptate colebat, ꝙ meruit habere filium cuius repletum ſpiritu ſancto pectus frequenter oſculabatur. Inde Chryſoſto. ſuper Mat. homil. 60. Dedit dominus naturalem regulam, ſcilicet (Matth. 23.) vt de bonis parentibus boni, de malis mali naſcantur. Filij, inquit, eſtis eorum qui occiderunt Prophetas, vos autem implete, id eſt implebitis menſuram patrũ veſtrorum, id eſt conformiter ad parentes veſtros facietis. Filij qui naſcuntur baculus ſunt ſenectutis: aliquando ad portandum, & ſupportandum, & conſolandum, aliquando ad verberandum. Hæc enim ſunt duo baculi officia. Primum filij boni, ſecundum mali operantur. Ideo ſciens ſanctus Iſaac ꝙ dominus in generatione iuſta eſt, noluit

luit vt filius ſuus Iacob de tribu Chanaam acciperet vxorem. Tribus enim illa a Noe fuerat maledicta, & tunc idololatra erat, & incantationibus plena: ſed voluit ꝙ de ſtirpe ſua acciperet vxorem, quæ quidem ſtirps quodammodo erat a Deo cõmendata. Similiter Abrã Iſaac filio ſuo prouidit, dum illã ſapientiſſimam Rebeccam de ſua ſtirpe deſponſauit. Eſau autem reprobus accepit de vxoribus Chanaam, ideo malè ſibi contingit & ſemini eius, & ferè tota eius proles ad idololatriam declinauit. Vnde Ariſto. 1. Polit. Sicut de homine homo, & de beſtia beſtia procedit: ſic de bonis parentibus boni filij. Et hoc ideo, quia communiter filij ſunt eiuſdem complexionis cum parentibus, & ſimiles in corporis forma. Vt autem dicit Ariſto. lib. de phyſionomia. Animę ſequuntur corpora non quidem neceſſariò, ſed inclinatiuè. Et ideo etiam, quia a bonis parentibus melius educantur in moribus. Sed dices forſitan in vna domo pater malus eſt, mater bona, aut econuerſo, quomodo ſciam ego an in ea domo mihi debeam aſſumere vxorem an non? Reſpondet Chryſ. homil. 60. ſuper Mat. Si, inquit, pater bonus & mater mala vel econuerſo, filij quandoque matrem quandoque patrem ſequũtur. Si vtrique mali, vix naſcitur niſi malus, niſi raro: ſicut communiter naſcitur homo habens quinque digitos aut duos oculos, ſed ſi ſex digitos habens aut oculos non habens, hoc eſt raro, ſic ſi diſſimilis parentibus naſcatur. Ideo ſi uis quęrere nuptam, noli quęrere diuitias ſed mores, quia mores boni ſemper diuitias acquirunt, diuitię nunquam mores fecerunt. Noli quęrere ſpeciem quia circulus in naribus ſuis mulier pulchra, & non ſenſata. Et ideo ſi vis quærere vxorem, vide quales ſint parentes: & ſi ambo boni fuerint audacter illic pone pedem, ſi mali fuge familiam. Si autem dubij ſint parentes, tradis in mare animam tuam, neſciens an pereat, aut euadat. Sed quia filiæ, patrum conuerſantur cum patribus, multum cum matribus. Ideo ex matrum moribus coniecturare potes de moribus filiæ quæ proponitur pro coniuge. Hęc Chryſo. Vnde communiter dicitur, ꝙ quando bonorum conditiones parentum non ſequuntur filij, ꝙ degenerant a parentibus. Sed qui aſſumunt vxores de malis parentibus, aut econuerſo, eos ſequuntur multa inconuenientia. Quandoque periclitatio totius generationis ſuæ. Nam Sap. 3. Ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Sic tota progenies Cain deleta eſt: immo omnes aliæ progenies demptis octo perſonis propter commixtionem cum illo. Et. 3. Reg. 21. Omne ſemẽ Achab exterminatum eſt propter malitiam patris & matris. Secundò, tales multum ſunt ſubiecti indignationi iræ Dei, & periculum eſt habitare cum ijs qui odio habentur a Deo. Mat. 3. Genimina viperarum quis docebit vos fugere a ventura ira? Vnde & tres reges Iuda reſecati ſunt a genealogia ſaluatoris tamquam indigni propter malitiam Iezabel vxoris Achab: & malitiam etiam ipſius Achab, vt vult Hierony. ſuper Mat. Tertiò, tales qui ab eis deſcendunt ſubijciuntur maledictionibus parentum, quas ſæpe incurrunt propter eorum crudelirates vel enormia facta. Vnde & ſemen Ioab communiter leproſum erat, propter maledictionem Datan, ipſi Ioab propter eius homicidia. 2. Regum 3. Et maximè quando tales inhonorauerunt parentes, vt vult Chryſ. maledictio ſæpe continuatur in prole, quia Eccl. 3. Qui honorat patrem iucundabitur in filijs, igitur non iucundabitur in filijs qui patrem inhonorat. Quartò, tales meritò a Deo ſic puniuntur, quia opera parentum diſcunt. Pſal. 105. Et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. 4. Reg. 8. Ioram Rex Iuda fecit malum coram domino, & ambulauit in vijs Achab. Et ratio ſubditur, filia enim Achab erat vxor eius. Ideo periculum magnum eſt, quando pater vel mater ſunt malæ vitæ: & coram filijs non erubeſcunt eam oſtentare, tamquam ſint magiſtri malitiæ puerorum ſuorum. Deberent

A filius. Ex qua domo debet filio accipi cõiux.

Vxor ſũpta ex malis parentibus multa affert damna.

berent enim facere vt recitat Augu. 2. retracta. ſicut rex Cyprius deformis valde, qui inde ſicut ipſe erat, generabat turpiſſimos filios. Quod videns poſuit pulchram picturam ante faciem ſuam, vel oculus ſuos, vt in illius imaginatione poſſet pulchros gignere filios. Sic tu ſi malus es, noli tuam malam vitam coram tuo adoleſcente proponere, ſed bonorum virorum effigies & exemplo propone. Sicut enim naturaliter ſecundum corpus pater & mater generant filium ſibi ſimilem in forma & effigie, vel ſaltem alteri eorum: ſic communiter ſecundum animam ſibi ſimiles filios generant. Secundo procedere poteſt hęc filiorum malitia ex irreligioſitate parentum, vel alterius eorum propter mala & iniquitates quæ ante matrimonium perpetrauerunt, propter quæ iuſtè iram Dei ſuper ſe prouocauerunt, & ſuper ſuos. Vnde Sap. 11. Per quę quis peccat, per hæc & torquetur. Et quia in peccato ventris & luxuriæ abominabili peccauerunt ante matrimonium, ideo in fructu ventris ſui puniuntur ſemine ſerpẽtino, qđ non ſolum ventrem matris, ſed et cor ipſius patris & matris diſrumpit. Si quis puerorum tuorũ vaſtaſſet lectum ſuum, eum punires ſi ratione vteretur. Cur ergo a Deo non punieris qui præueniſti maculare ſtratum tuum, & totus fętidus luxuria pergis ad tam nobile ſacramentum? Multi etenim aliquando contrahunt cum his quas non poſſunt habere, vt potè qui ſororem vxoris prius cognouit, vel qui matrem vxoris, & ſic de alijs. Et ſuper hoc ad perquirendum debent confeſſores mirabiliter vigilare, quia qui talia commiſerunt in maxima inconuenientia & confuſibilia, & quaſi irremediabilia labuntur. Et ſi hoc confeſſor ſciat, debet prudenter ſi poſſit differre, & ſecundum varios caſus & vario modo cũ conſilio agere. Vnde in matrimonio puro & mundo procedit pura ſoboles, in fætido, inhoneſta. Fructus enim in loco mundo diutius ſeruatur, in immundo putreſit. Similiter contingit, vt pueri mali ſint, quia vel ante vel poſt

B Filius. Qũo ex malitia parentũ ante matrimoniũ quãdoq; procreãtur mali filij.

matrimonium fuerunt in pauperes exactores & crudeles, ideo pueri eorum ſequuntur patrum malitias. Ob quam cauſam dominus non multũ dat primatibus prolem. Pauci enim ſunt lupi, & ſi multum generarent periculum maximũ immineret ouibus propter paſtum. Sic ſi eſſent multi Principum filij, oporteret moderno more eos oues comedere, & vix ſufficerent oues. Ideo benè prouidit Deus paucitatem prolis diſtribuẽdo eis, & pauperi homini dando multitudinem prolis, vt pauci ſint lupi, & multæ oues: & dona Dei ſingulis impartiantur, vt vnus, ſcilicet princeps habeat temporalia & honores, pauper agricola puerorum multitudinem. Nec mireris ſi Deus non dat eis prolem, quia agricola libenter ſeminat in terram bonam, non malam. Vnde fabuloſè dicitur, quòd Sol ſemel genuit alterum Solem, omnes lætabantur præter terram, quæ irremediabiliter flebat, a qua cum quæreretur fletus occaſio, viſa omnium aliorum lætitia. Reſpondit. Cum erat tan tummodo vnus Sol vix ſibi ſufficere poteram, & me totam deſiccabat, vt nullum fructum ferre poſſem. Quid ergo faciam, cum duos ſoles me oporteat ſuſtinere, quæ vix vnum poſſum? Poteſt tamen alia ſuperaddi ratio magis naturalis quam facit Ariſto. lib. de problematibus. Nam nobiles communiter veſcuntur delicatis, & his quæ facilis ſunt digeſtionis, vt perdicibus, faſianis, & alijs volatilibus. Et quia facile digeruntur, paucum, aut nihil dimittunt ſuperflui, quod eſt materia generationis. Ruſtici vero groſſis veſcuntur cibis, vt boue, lardo, caſeo, & huiuſmodi quæ multum derelinquunt de ſuperfluo. ideo multiplicãtur in prole. Tertiò, hoc contingere poteſt ex malitia contractus matrimonij, quia non propter prolem, ſed propter uoluptatem coniuncti ſunt. Super malum fundamentum uix poteſt fieri bonum ædificium. Vix enim niſi a caſu, & a fortuna poteſt conſequi finem, qui non intendit illum: talis autem non prolem, ſed uoluptatem intendit: quare ex tali ma-

Principes cur non multam habeãt prolem.

C Filius. Qũo ex malo matrimonij cõtracto ſæpe procreantur mali filij.

li matrimonio difficile eſt ſequi prolem bonam. Et quia de hoc ſatis dictum eſt in alio ſermone, ideo nihil hic amplius. Non tamen ſine cauſa de hac materia debet prædicator aut etiam legiſlator tractare, quia proles fructus eſt qui in ciuitatibus plantari debet, & per quem continuari debet ciuitas. Si quis autem ortum haberet, laboraret ad hoc vt optimas illic plantas inſereret, propter quarum plantarum raritatem ſæpe ciuitas in moribus corruit. Quartò, hoc poteſt contingere ex parenrum incuria, qui eos bonos genuerunt: ſed non curant eos diſciplinare aut erudire. Fructus enim boni & ex bona arbore, niſi in bono loco & ſicco ponantur, & ſæpe viſitentur, ſtatim putreſcunt: ſic filij ſine diſciplina. Non.n.debet ſolummodo verſari parentum cogitatio circa terrena, vt filijs ſuis prouideant, ſed etiam circa mores: & plus de anima, quàm de eorum corporibus cogitare: ne forte eos nutriant diabolo, & non Deo, vt ſint velut quercus quæ glandes fert porcis.i.lubricis & diabolicis viris. Tu ſatis vigilares circa fructus terræ ne perdantur, & de fructu vteri tui non curas. Tu vigilaſti die ac nocte tempore quo paruus erat, vbi non erat periculum niſi perditionis corporis non animæ, propter quod magis inuigilandum eſt quando imminet periculũ perditionis vtriuſque. Et ideo parentes nec ſe nudos pueris oſtendant, vt dicunt aliqui doctores poſtquam venerint ad tertium ſuæ ætatis annum, quia ſemper in animo reuoluent illud, nec coram eis debent dicere blaſphemias, turpia verba, irriſiones & huiuſmodi, quia pueri illud cito menti imprimunt, vt patet de puero blaſphemante quinque annos habente, quẽ Aethiopes rapuerunt de manu patris, qui eum docuerat blaſphemare, vt refert Grego.4. dialogorum. & de quadraginta pueris, qui Heliſeum deriſerunt deuoratis & ſuffocatis ab vrſis 4.Reg.2. Sed non ſic boni parentes, qui filios tradunt optimis viris ab infantia imbuendos, vt patuit de illa prudentiſſima Rebeccà, quæ (vt volunt expoſitores Hebræi) filium ſibi dilectum Iacob mittebat ad ſcholas Melchiſedech & Heber, vt diſceret colere Deum, & propter hoc conſecutus eſt paternam benedictionem. Matres enim ſuas debent caſtigare filias. Hiere.9. Audite mulieres verbum domini, & docete filias veſtras lamentum, & vnaqueque proximã ſuam planctum. Sed econuerſo hodie docent filias ſuas cantilenas laſciuiæ quas in choreis cantant: & audientes ad luxuriam prouocant. Planctum autem pro peccatis ſuis, vel credo, vel fidem, vel mores bonos non docent. Et quando vident filias ſuas inter duos iuuenes ſedere, quorum alter in ſinum eius manum mittit, alter ventrem præmendo tangit, tunc exultat mater miſera dicẽs. Ecce quàm honorificè ſedet filia mea; quantum iuuenes illi charam habent illam, & reputant pulchram. Et quia non caſtigant illas, riſus earum & gaudium ſtatim in luctum conuertitur. Et quæ noluerunt eas docere luctum, velint nolint addiſcent in confuſione ſua lugere, quando ſcilicet cęperit intumeſcere venter earum, & dicent. Beatæ ſteriles quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Multæ enim tales factæ ſunt meretrices, eo quòd parentes non caſtigauerunt eas. Prouer. 29. Virga atque correctio tribuit ſapientiam. Puer autem qui relinquitur propriæ voluntati confundet matrem ſuam. Melius autem eſſet carere filijs & filiabus, quàm habere malos & non corrigere. Eccl.16. Ne iocunderis in filijs ſi multiplicentur, nec oblecteris ſuper ipſos ſi non eſt timor Dei in illis. Et ſequitur. Melior eſt vnus timens Deũ, quàm mille filij impij: & vtilius eſt mori ſine filijs, quàm relinquere filios impios. Maximè debent matres erudire filias ne commiſceantur iuuentuti. Vnde a matribus cum nubunt dantur eis monilia, quæ a muniendo dicuntur, vt ita ipſe ſponſæ muniatur ꝙ non recipiãt immiſſiones per Angelos malos garſiones, & macque rellas. Quintò, hoc poteſt contingere ex mala parentũ educatione corporali, quia dedignantur matres lactare filios ſuos, ſed dant alijs ad nutrien-

D Filius. Incuria parẽtum ſæpe eſt cã malorũ filiorum.

Parentũ officium erga filios.

A Filius. Pluribus rõnibus probatur

quòd matres laſtare debent filios.

nutriendum. Aliquando propter laborem fugiendum, quæ poſtea multo plus laborant, quando pueri malè educati faciunt eos laborare in triſtitia multa. Aliquando propter luxum, vt citius impleant ſuam libidinem. Vnde mater ſancti Bernardi quinque filios habuit Sanctos in eccleſia Dei, quæ quamuis multum nobilis eſſet, tamen nutriebat pueros ſuos pane hordeaceo, & porretis, & groſſis cibis: & eos exercitabat ad penā, & laborem, ne forte aſſueſierent delicijs, & obliuiſcerentur Dei: nec volebat ꝙ ab extraneis nutricibus alerentur, ſed ipſa ſola lactabat. Et hoc decet propter multa, quorum aliqua refert Aulus Gellius 11. noctium atticarum. Primò, ne ex educatione nutricum, proles earum malas conditiones imitetur. Sæpe enim complexio nutricis transfertur in pueros, & per conſequens mores: quia ſecundum Ariſto. lib. de Phyſionomia. Animę ſequuntur corpora, & exinde quia nutrices ſunt lubricæ, vel guloſæ, vel latrones, vel idiotæ, vel ebriæ: ita contingit ꝙ puer earum mores ſequatur non parentum. Ideo videant quales nutrices exhibent pueris ad lactandum. Et ſecundò, quia matres earum eſſent magis ſolicitę quàm nutrices de alendo pueros ſuos: quia nutrices non niſi mercenariæ matres. Vnde & Maria nutriuit dominum lacte ſuo. Ideo canit eccleſia. Ipſum Regem Angelorum ſola virgo lactabat: ꝓpter quod magis ſolicita erat ad quærēdum & conſeruandum eum. Tertiò, qa ex hoc minuitur amor filiorum ad parentes ſuos, eo ꝙ partitur ad ſuam nutricem: & inde ſæpe contingit ꝙ tales ſunt indomabiles, & parentibus inobediētes, & in eos faciliter inſurgunt. Quartò, pueri taliter educati ſunt breuioris vitæ, qa ſunt trium partium. ſ. patris, & matris, & nutricis. Minoris enim eſt durationis, quod ex tot, & tam varijs partibus eſt complexum. Vnde dominus Ieſus, qa erat tantum vnius partis, fuiſſet longiſſimæ durationis. Quintò, quia illæ matres quæ non lactant ſuos, non faciūt ea ad quæ iure naturali obligantur: qa ita puerum mater obligatur nutrire extra vterum quando videt & experitur eum hominem iam viuentem, & matris officia implorantem, magis quam quando erat in vtero, vbi non erat certa de vita pueri. Et ad hoc prouidet natura de duobus fontibus lactis, ſcilicet de duobus vberibus, quorum finis non eſt ornatus mulieris, ſed liberorum educatio, & ſic fruſtrant vbera fine ſuo naturali. Vnde nobiles quondam aluerunt filios ſuos, vt Sara lactauit Iſaac, Anna Samuelem. & ſecundum Ioſephum: Moyſes nullius mulieris Aegypriacæ voluit vbera ſugere, ſed tantummodo matris ſuæ. Sunt & alij idiotæ parentes, qui poſt ablactationem alunt eos curioſis & guloſis, vnde fiunt pueri guloſi & lubrici. Hinc recitat Aug. de ſancta Monica matre ſua in lib. confeſſionum 9 ꝙ dum erat iuuenis puella pater & mater eius dabant ei bibere vinum in ſcypho eorum, & paulatim ita didicit bibere, ꝙ ad magnos hauſtus biberet & ſæpe. Contigit autem ſemel cum illa ancillam ſuam increparet, improperauit ei ancilla, ꝙ eſſet vini bibula, quod uerbum conſiderans ſuā conditionem in melius commutauit, & ſic uerbum iracundiæ ſanauit eam. Sextò, hoc contingere poteſt non propter parētum malitiam uel defectum, ſed propter ſolam malitiam filiorum, qui a Deo diuino iudicio quod Deus ſcit derelinquūtur, & fortè ut parentes probentur in patientia. Et ſi quę mala perpetrauerint: in pueris ſuis quaſi in purgatorio puniantur, & in remedium ultimum debent cōuertere ſe parentes ad orationes Sāctorum uirorum, quia ſcriptum eſt Heb. 11. Acceperunt de reſurrectione mortuos ſuos. i. matres per orationes Sanctorū filios acceperunt reſuſcitatos a morte ſpirituali. Vnde & ſancta Monica cum pro filio Auguſtino in hęreſim Manicheorum lapſo rogaret quendam ſanctum ſenem, audiuit ꝙ filius tantarum lachrymarum perire non poterat. Quandoque hoc contingit, quia malas imitantur ſocietates Pomum enim ſuper quod cadit malus aer, cito putrefit: uel ad intra, uel ad extra, & citius ſeparatur, & cadit ab arbore bona in qua ſtabat. Sic puer procedens

B Filius. Filij mali a bonis parentibus procreātur quandoque non ex defectu parentum.

cedens

cedens a bono matrimonio quandoque per malum aerem .i. corruptam doctrinam, vel malorum imitationem, putreſit & ſit malus: & ſic faciliter ſe ſeparat a ſuorum parentũm regimine, vt ſuam malam compleat voluntatem. Vnde fructuũ quidam ſunt ſemper acerbi, & iſti ſunt mali qui nunquam matureſcunt: quia aliquando ſunt in vmbra, nec reſpiciunt ad Solem, ſed ſunt ſemper in carnis voluptate, ſicut coluber in vmbra quaſi colens vmbras, ſicut adulteri, & fornicatores. Hinc Iob 24. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Aliquando hoc procedit, quia inculta eſt arbor unde ꝓceſſit fructus: ſicut uinea inculta & non foſſa, ſylueſtrem & acerbum gignit fructum, qui ad maturitatem non peruenit. Sic multi pueri perduntur propter doctrinæ & diſciplinæ defectum. Aliqñ hoc procedit, quia fructus nimis cito tollitur ab arbore. Sic multi citò auferũtur a diſciplina, & immediatè ponuntur in dignitatibus & officijs, & nihil inde ꝓficiunt. Alij ſunt fructus acerbi in principio, ſed longo tẽpore matureſcunt. Difficulter quidem mali ab acerbitate ſua recedunt, ſed tandem per calorem Solis matureſcũt.i. per amorem quem in Deo inueniũt. Alij ſunt qui cito matureſcũt propter bonum reſpectum Solis, ſicut Nicolaus in infantia ſua iam maturus erat. Sic Samuel, Sic Athanaſius & alij multi. Fructus autem maturus cuſtoditur in fœno & palea, ſic in humilitate cuſtodiuntur pueri, ubi ſuperbia & arrogãtia eos perdit. Secundò, eſt ad eſum optimus, ſic talis ad eccleſiæ uſum. Tertiò, cito cadit ab arbore, & potius (ut dicit Plinius) de nocte quàm de die. Sic tales ad pauperes cito diuertunt, & magis in aduerſitate quàm in proſperitate, ut patuit in multis Sanctis uiris. Quicquid ſit tamẽ habere bonos filios & filias nõ eſt in poteſtate parentum, ſed Dei miſerentis, & ipſius filij ſe ad hoc diſponentis, & eſt maximum donum Dei quod debet a Deo uotis & precibus obtineri. Nam fuerunt multi Sancti uiri, qui malos filios habuerunt, & econtrario multi mali, qui optimos filios habuerunt. Bonus fuit Ezechias Rex Iuda, qui tamẽ filium habuit ſceleratiſſimum.ſ. Manaſſen. Bonus fuit Dauid, qui tamen peſſimos filios habuit, Amon & Abſalon. Similiter peſſimus fuit Achã, qui tamen optimum filium genuit Ezechiam, Et peſſimus fuit Amon, qui tamen ſanctũ Ioſiam genuit. & ſic de alijs. Hieroad. Athletam. Ex radicis amaritudine dulcis fructus procedit, & uiles uirgulæ precioſa balſama ſudant. Licet communibus bona arbor bonos fructus faciat. Pſal. 24. Anima eius in bonis demorabitur. Ideo ſequitur. Et ſemen eius hæreditabit terram, tanquam bonum reipublicæ vtile. Et hoc ideo, quia vbi eſt Deus, ibi eſt bona hęreditas. Dominus autem in generatione iuſta eſt, vt dicit Pſal. 13. Ideo nil mirum ſi talis generatio bona hęreditet terram & cęlum.

Filij boni a miſericordia Dei proueniunt.

Sermo 6. de eodem per thema, vt prius.

A Matrimoniũ. Matrimonium carnale ſex modis ſignificat ſpirituale matrimonium inter Deũ, & animam.

Matrimonium carnale ſecundum Guil. Pariſ. ſignificat matrimonium ſpirituale inter Deum & animam iuſti, ita ꝙ in carnali matrimonio ſicut in libro, ſex legere poſſumus ſpectantia ad illud matrimonium ſpirituale. Primò legimus, ꝙ ſicut vir coniũctione & amplexu carnali de vxore quærit & intendit ex ea generare filios carnales, ſic in ipſo matrimonio & amplexu & coniunctione charitatis cum anima ipſa, bonorum operum ſoboles procreatur. Secũdò, ꝙ ſicut ex ipſo viro ſemen transfunditur carnalis generationis in ipſam vxorem, vt concipiat & pariat filios, ſine quo nec conciperet nec pareret, ſic ſciat vir iuſtus ab omni fructu bonorum operum animam ſuam remanere ſterilem, niſi a Deo ſpiritualiter viuificum ſemẽ gratiæ diuinæ infundatur. Vnde Io. 14. Sine me nihil poteſtis facere. Tertiò, quia ſicut iure matrimonij carnalis ſubiecta eſt vxor regimini viri, ſic animam ſuam ſciat homo eſſe ſubiectam legibus Dei in nullo ſibi contradicens, ſed dicens illud. Pſal. 61. Nonne Deo ſu-

ſubiecta erit anima mea? quaſi dicens, &c. Quarto, ibi legitur, vt ſicut vir vult vxorem ſuam eſſe ſpecioſam & ornatā, ſibique per omnia placentem, ſic & animam ſuam decore virtutum ſpecioſam, & per omnia Deo placentem exhibere ſtudeat, vt dicat ei ſponſus. Surge propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Quinto vt ſicut caſtitatem corporalem zelat in vxore, ſic & Deum ſciat amplius incomparabiliter zelare caſtitatem ſpiritualem in anima ipſius. Zacha. 8. Zelatus ſum Syon zelo magno. Sextò, vt ſicut ipſam vxorem decet habere curam domus vt munda ſit, & cuſtodiam & educationem filiorū, ſic animā Chriſti ſponſam vult Deus curam & ſollicitudinem gerere domus conſcientiæ ſuæ ſcilicet vt munda ſit ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & vt educet & nutriat pinguedine deuotionis ac lachrymarum, & continuitate aſſuefactionis bonorum operum. In nulla enim domo vult ille ſponſus habitare, niſi in munda. Et quia domus Mariæ nunquam fuit maculata, ſed ſemper munda, ideo in ea dignatus eſt facere ſibi nuptias tanquam in thalamo nuptiali, coniungendo [illegible] humanitatem [illegible] ſibi. Pſal. 18. Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Ad eam igitur recurramus dicentes. Aue.

B Amor. Qualis debet eſſe amor in matrimonio.

Dicto de bono ſacramenti matrimonij, & de bono prolis, reſtat dicere de bono fidelitatis in matrimonio. Fidelitas autem in quatuor conſiſtit: Primò in mutua interiori cordium dilectione. Secundò, in mutua temporalium adminiſtratione. Tertiò, in mutua honoris impenſione. Quartò, in mutua & indiuiſibili thori conuerſatione. De primo dicendum eſt pro præſenti ſermone. Primò igitur dicendum eſt qualis amor inter coniuges eſſe debeat. Secundo, quid huic amori aduerſetur. Amor in matrimonio eſt matrimonij cauſa. Sine enim amoris nexu, non eſt vinculum in matrimonio: ita q̄ ſi alter etiam animo diſſentiret, non eſſet verum matrimonium. Ideo multi inæqualiter accedunt ad rogandum filias qui ſe dicunt eas diligere, ſed non diligunt. de quibus Pſal. 77. Dilexerunt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. Et ideo, o filiæ, nolite eos audire. Tales enim habent linguam ſerpentinam, & venenum in ore ad vos decipiendum, & famam intoxicandam. Nolite eſſe ſicut Eua faciles ad credendum, ſed ſuper [illegible] quærite a parentibus veſtris conſilium. Non enim vos diligūt, ſed voluptatem ſuam, & cum fecerint quod voluerint, vos amplius non curabunt, ſed odio habebūt, ſicut Amon Thamar ſororem ſuam poſtquam corrupit eam. Et ideo reprehendendi ſunt illi qui dicunt [illegible] ſponſalia facta eſſe, dū dicitur [illegible] puellæ ignoranti. Do tibi hoc in nomine matrimonij, quia non exprimūtur hic verba expreſſa deſignantia matrimonium, aut ſponſalia. Sunt enim verba deceptiua & operta. Sacramenta autem dari debent per verba non fallacia, ſed apertam ſignificationem exprimentia. Amor triplex ab Apoſtolo iubetur in matrimonio obſeruari. Primus debet eſſe quo vnus alium diligat, & econuerſo ſecundum animam: vt ſcilicet ad ſalutē æternam mutuo ſe diligant. Vnde præcipit Ephe. 5. Vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, ex intimis cordis, & non ex apparentia tantum. Hoc enim ſummè Deo placet. Nam Eccl. 25. In tribus beneplacitū eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier ſibi benè, id eſt in bono conſentientes. Amor enim iſte principaliter attenditur ad ſe mutuo exhortandum ad bonum & opera ſalutis. 1. Cor. 7. Sanctificatus eſt uir infidelis, per mulierem fidelem. Bona enim mulier eſt quandoque cauſa ſalutis animæ viri ſui, vt per Clotildam Francorum Reginam conuerſus eſt ad fidem Clodoueus vir ſuus. Sic habetur Theodoſium Imperatorem Placida vxor ſua, nō [illegible] Regni [illegible], ſed diuino amore [illegible] & [illegible] quam habebat, per ipſam [illegible], ſæpe [illegible] ſuo, dicens. Oportet te ſemper [illegible]

C Amor. De triplici amore quem iubet Apoſtolus eſſe in matrimonio

Mulier, bona eſt cauſa ſalutis ſui viri [illegible]

cogitare quid dudum fuiſti,& quid modo ſis. Hæc ſi ſemper cogitaueris,ingratus benefactori non eris, ſed Imperium quod ſuſcepiſti,legaliter gubernabis, & harum rerum placabis auctorem. Hæc ex tripartita hiſtoria li. 10.c.30. Et ideo mulieres cum in priuato ſunt cum viris ſuis,exemplo huius ſanctæ mulieris debent benignis verbis,ſi qui defectus ſint in viris ſuis demonſtrare, & econuerſo viri mulieribus, & ſe mutuo ad bonum exhortari. Si enim ſe perfectè diligant, debent ſicut hic nolunt ab inuicem ſeparari,ſic nec in alia vita, vbi perpetuò inuicem habitabunt. Magna enim & indicibilis triſtitia erit ſi in die iudicij uerificetur illud. Mat. 24. Erunt duo in lecto vno,vnus aſſumetur & alter relinquetur, vnus ad gloriam, alter derelinquetur in damnationem. Dura ſane ſeparatio. Vnde in hiſtoria tripartita Rex quidam Perſarum vxorem habuit pulcherrimam, ſed Deo fideliſſimam, quæ cum baptizari vellet,nec poſſet propter maritum eius paganum, ipſo marito & omnibus ſuis derelictis Conſtantinopolim fugit,& illic ſe baptizari fecit. Quā Rex dum illuc fugiſſe cognouit eam ſequutus cum 40. milibus illuc venit, & vxoris amore cum vniuerſis baptiſmum accepit,& ſic cum ea ad propria remeauit. Et ſi quod ſit peccatum aut mala conſuetudo inter eos, cum ſilentio corrigatur. Vnde Plinius 8. de naturalibus dicit, ꝙ aſpidis ad coniugem ſuam tantus eſt amor, quòd altero interempto, alter incredibilem habet curā perſequendi, & infeſtandi interfectorem etiam inter maximam multitudinem populi,nec deſiſtit perſequi donec ipſum mordeat, niſi celeri curſu, aut ab aquis impediatur. Sic coniuges tali amoris nexu coniungi debent, ꝙ ſi quis eorum aliquo vitio ſpiritualiter interimatur, ꝙ bonis & ſanctis exhortationibus vbique perſequantur. Sed ſicut per bonas mulieres quandoque ſaluantur viri, ſic per malas mulieres deprauantur viri, vt Salomon per mulieres, & Achab per Iezabel. Sic mulieres tranſlatæ de terra Iuda in Aegyptum quæ ſacrificabant Reginæ cęli: excuſabant ſe per viros ſuos qui ſimilia faciebant Hiere. 24. Et ſic etiam mali viri per mala exempla ſalutem ſuarum vxorum impediunt. Secundò, præcipit Apoſtolus vt vnus alterius corpus diligat ſicut ſuū. Ephe. 5. Viri debent diligere vxores ſuas,ſicut corpora ſua, vt ſcilicet corpus ſuum nunquam alteri diuidant, vt mutuo ſibi ſecundum corpus ſubueniant. Dicitur enim Eccl. 4. Melius eſt duos eſſe quàm vnum,quia cum ceciderit vnus non habet ſubleuantem ſe. Et ſic in infirmitate mutuò ſibi debent ſubuenire, contra illas quæ de ſuis viris non curant, ſed eis aliquando procurant mortem, vt ab eis liberentur. Memini me audiuiſſe in confeſſione mulierem quandam,quæ litibus continuis confeſſa eſt afflixiſſe virum ſuum bonum & honeſtum, qui cum ægrotaret,nec ſe iuuare poſſet mēbris ſuis, famæ & ſitim eum interemit. Quæ ut confeſſa eſt mihi poſtmodum cum tranſiret ſero,per cęmiterium quædam facula ardens exiuit a quodam ſepulcro,& introiuit in os eius,quo facto horrendè vexata eſt. Ex tempore illo ſemper ſenſit in inferioribus ventris aliquod graue inſtar maſſæ plumbi, vel ferri,quod ēt tempore quo confeſſa eſt dicebat ſe geſtare in vtero, & quotieſcumq; graue illud mouebatur, horrendè vexabatur. Cuius cauſam percipiens cum ſecundum maritum hiſdem litibus afficeret,monui eam ut pro pœnitentia per ſex ſeptimanas inducias litigandi cum marito faceret, ſi forte diabolus a vexatione eius quieſceret: & caſu quo deficeret, ad me iterum accederet, referens veritatem eorum quæ ſibi contigiſſent. Poſt menſem verò iterum rediJt dicens ſe per menſem abſtinuiſſe,nec eo tempore vexatam eſſe,ſed immediatè poſt terribiliter fuiſſe aggrauatam. Quo audito ſibi dixi, tu aperte cognoſcis tuæ vexationis originem. Nemo eſt qui tibi mederi poſſit, niſi tu tibi conſulas,& ab illo peccato abſtineas. Hic autem amor percipitur exterius in ſubuentione. Virtus enim & diſpoſitio cordis percipitur in pulſu brachiorum per motum ſpirituum.

Mulieres malæ multorū malorū ſunt cā.

tuum. Sic Abigail prudentiſſima ſubuenit. Nabal ſtulto viro & peſſimo, & per eam liberatus eſt a morte. 1. Reg. 25. Secundò, hoc percipitur quando vnus alteri benignè ſuam aperit neceſſitatem. Hic .n. amantium mos eſt (vt vult Cyprianus) vt amorem ſuum ſilētio tegere nequeant, ſed neceſſarijs & charis ſuis prodant & efferant. Ideo cum in matrimonio vnus alium perfectè diligat, vir ſi quid amaritudinis aut triſtitiæ in corde habeat, debet illud ſuę fideli vxori reuelare. Leuius enim a duobus pondus vnum ſuſtinetur quàm ab vno. Sic pondus triſtitiæ potius ab illis duobus, quā ab altero illorum ſuſtinebitur. Ideo debent mutuò ſicut in gaudio, ſic in tribulationibus communicare. Vnde pollex & index ſe maximè inuicem iuuant: de quibus Hieronymus. Pollex & index qui blandiori quàm cęteri digiti ſe lambunt oſculo, legitimam maris & fęminæ coniunctionem deſignant. Tertiò, præcipit Apoſtolus Ephe. 5. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus eccleſiam. Primo vt ſi quando fornicatur & pęnitet ipſam recipiat, ſicut Chriſtus animam pęnitentem recipit, & gratiam ſibi reddit. Vel ſicut Chriſtus eccleſiam. i. membra ſponſæ ſuæ: ſic vir amicos ſuę vxoris diligere debet, & econtrario vxor amicos viri ſui. Debet enim eis facere lætum vultum, ſalua tamen ſemper in talibus honeſtate, vt euitetur omnis occaſio malæ ſuſpitionis. Vulgo dicitur. Qui me amat, amat canem meum.

A

Amor. Quinq; conditiones requiſitæ ad amorem coniugum.

Secundò, videndum eſt qualis eſſe debeat matrimonij amor. Reſpondetur ꝙ debet habere quinque cōditiones. Primò, non ſolum debet eſſe apparens exterius, ſed & interius ex corde debet procedere, quia ſine tali non fit matrimonium. Non enim poteſt ramus inſeri trunco ad ferendum fructū, ſine calore interiori trunci & rami, licet etiam terra apponatur tenax. Sic nec matrimoniū ſine vtriuſque interno amore quamuis dentur magnæ dotes, & augeatur terra & poſſeſſio. Sic diligebant vxores ſuas Sancti patriarchę, vt Iſaac, qui viſa Rebecca, adeo dilexit eam, vt omnem dolorem quem de morte matris Saræ habuerat obliuiſceretur. Secundò, debet eſſe permanēs & perſeuerans, vt nunquam amor ille (niſi morte) rumpatur. Vnde Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non ſeparet. Debet .n. amor ille vſque ad cęlos perſeuerare, vt ſit currus igneus quo Helias in cęlum raptus eſt.

B

Amor.

Amor cō cubinarius non durat.

Non ſicut amor vilis concubinæ cum concubinario, vel adultero, qui non permanet, ſed cito tranſit, ſicut & illa turpis delectatio. Samſon etenim cito rupit ſeptem vincula, quibus eum ligauerat ſua concubina. Tamdiu enim durat amor ille, quamdiu delectatio vel miſeri concubinarij opes, vt patet de quodam ſcholari, qui contenuiſſet concubinam tempore ſcholaritatis ſuæ, cum qua totam ſubſtantiam ſibi a parentibus legatam de terra ſua cōſumpſiſſet, capa quadam bona retenta, cum qua honeſtè ad ſuos redibat: quæ meretrix cum conduceret eum repatriantem, cum ancilla quadam & ſocijs eiuſdem fortiter flebat in receſſu: ſed ſtatim eo ſeparato, cępit ridere & ſaltare. Cui alij præſentes. Quomodo tu ita flebas amaſio tuo recedēte, & ſic modo rides? At illa. Non credatis ꝙ ego ita flerem propter eius receſſum, ſed quia ita bonā capam ſecum defert, quam nondum ſimul expendimus. Tertio debet eſſe amor perfectè cordium vnitius. Vnde ferrū ignitum alteri ignito benè vnitur: non frigidum frigido, nec calidum frigido. Sic vir plenus igne diuino mulieri bonæ, benè coniungitur, & amore perfecto, & bonum & Sanctum matrimonium faciunt: ſed malus malè, nec diligenti Deum non bene coniungitur, nec malus bonæ mulieri: niſi aliquando per bonitatem mulieris calefiat amore diuino. Et propter hoc ita ordinauit Deus, vt amor eſſet perfectus in matrimonio, ꝙ vna eſſet vnius viri vxor, quia ſecundum Ariſt. 8. Ethico. Non poteſt eſſe inter plures amicitia perfecta. Et hæc ſingularitas in anulo oſtenditur qui vnicum digitum capit, & in hoc damnantur qui corpus ſuum diuidunt. Vnde Hieronymus ad Salomum. Primus

Lamech

Lamech maledictus, & ſanguinarius: de ſtirpe Cain deſcendens unam coſtam diuiſit in duas in plantarium bigamię. Sed dices Sancti patriarchę veteris teſtamenti habuerunt plures vxores, & ſic eorum exemplo poſſum habere plures, & amorem diuidere & partiri. Reſpondet Altiſſi. q dominus certis de cauſis diſpenſauit cum illis. Primò, ad multiplicationem cultus diuini. Tunc enim fere totus mũdus idololatrię ſubiacebat. Cęteri quidem erant ſicut quercus ſyluarum pro porcis inferni fructificantium: & poſt exitum de vtero matris in fauces luporum infernalium proijcientium. Ideo ad generandum Deo prolem, conueniens fuit eos habere plures vxores. Secundò, propter temperantiam eorum. Sicut enim dicit Auguſtinus, quando mos erat, peccatum non erat, vt mos dicatur non ſolum propter conſuetudinem, ſed etiam propter temperantiam, quia moderatè & temperanter appetebant antiqui coitum. Et hoc apparet ex textu ſcripturę de multis, qui non leguntur genuiſſe ante ſexageſimum, vel ſeptuageſimum annum. Tertiò, quia tunc temporis erãt plures fęminę quam viri. Tunc enim nulli deputabantur ad virginitatem ſeruandam, ſicut nunc omnes ſacerdotes & religioſi, & fortè nunc ſunt plures viri quam mulieres, ideo oportuit propter hoc diſpenſari. Quartò propter figuram. Vt enim dicit gloſ. ad Tit. 1. Plures vxores antiquorum patrum ſignauerunt futuras ex omnibus gentibus eccleſias vni viro ſubditas .i. Chriſto. Hæc eſt gloſa Auguſtini. Dicitur ſecũdò, q non erat tantus amor ad ſingulas vxores, ſicut vnius ad vnam: quoniam amor ille diſperſus eſt & diuiſus. Vnde & Iacob prætulit amorem Rachel priori ſcilicet Lyæ. Ideo nunc matrimonium per Chriſtum redactum eſt ad eius ſummam perfectionem. Sed iterum dices. Debeo igitur plures habere vxores vt ſic multiplicentur cultores Dei, cum vnus homo ſufficeret multas fæcundare? Reſpondetur q dominus non tantum attendit multiplicationem prolis in matrimonio ſicut faciunt Saraceni cum ſuo pſeudo propheta Machometo, quantum attendit multiplicationem quæ ad meritum, quia vt frequentius qui generantur non ſunt veri cultores Dei. Eccl. 15. Non concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium. Vnde Luc. 23. Venient dies in quibus dicent. Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt. Licet etiam eſſent pauciſſimi homines tempore primorum parentum, tamen dominus noluit ordinare vt Adam haberet duas vxores ſimul, & ſic citius multiplicaretur genus humanum. Præterea primus quem genuit Adam malus fuit, ſcilicet Cain, & ſic citius genuit imitatorem diaboli, quàm Dei cultorem. Præterea qui ſufficit quandoque multas fæcundare, vix ſufficit vni vxori & proli eius ſine periculo animæ ſuæ prouidere. Legitur in libro de naturis animalium de aquila, quòd valde grauatur in nido, ita vt non poſſit ſufficienter venari ſibi pro duobus pullis nutriendis, ideo tertium eijcit. Hinc Tertullianus lib. de monogamia. Monogamia, inquit, in matrimonio eſt de lege naturæ. Nam in arca Noe in ipſis animalibus monogamia recognoſcitur. Ex omnibus, inquit, beſtijs, ex omni carne duo induces in arcam, vt viuant tecum, maſculum ſcilicet & fœminam de omnibus volatilibus, etiam de omnibus ſerpentibus, ſecundum genus ſuum duo intrabunt ad te maſculus & fœmina. Etiã ſeptena ex illis binis colligi mãdat, nec cum binis fœminis aliquod animal arcam introire licuit. Hæc Tertullianus. Etiam propter plures vxores nimium multiplicaretur proles. Vnde ſecundum Ariſto. 2. politicæ ſequerentur multa inconuenientia, quia paupertas tales per neceſſitatem cogeret ad cauſandum ſeditiones, malignitates, & conſpirationes. Iuſtinus. 10. lib. hiſt. dicit Archipeopum Regem Perſarum genuiſſe centum & quindecim liberos, quorum quinquaginta conſpirauerunt in mortẽ patris, nec vnus eorum patri reuelauit. Cuius conſpirationis principalis cauſa fuit primogenitus eius, quem contra patriæ

E Amor. Verũ amor poſſit eſſe ad plures vxores.

Vxorum pluralitas maxima cauſa nimis dãna.

patriæ more ipſo viuente per reſignatio nem fecerat Regem. Sic Oroſius lib. 1. dicit, ꝙ vna nocte commiſſa ſunt quinquaginta parricidia. Quidam.n. vocatus Danaus genuit quinquaginta filias, & alter qui vocabatur Aegyptus genuit q̄nquaginta filios, ſed q̄nquaginta filiæ q̄nquaginta filios uiros ſuos una nocte occiderūt. Similiter. 4. Re. 10. hr̄ de filijs Regis Achab quos genuerat numero. Septuaginta qui omnes uno die malè mortui ſunt, & in porta Samariæ Metropolis Iſrael poſita ſunt cadauera in duobus aceruis. Similiter Iudicum. 9. Abimelech filius Gedeonis interfecit ſeptuaginta fratres ſuos ut impetraret Iſraeli. Et hoc ut prædictum eſt, quia amicitia generis naturalis quę debet eē magna non poteſt eſſe ad plures. Ideo in huiuſmodi liberorum pluralitate uix poteſt eſſe cōcordia. Et ſi dicatur quòd in principibus hoc ritè poſſet fieri, qui habent unde ſufficit eis. Dicitur ꝙ ut frequentius iſti minus ſufficiunt prouidere uxori & filijs ſine periculo animarum ſuarum, quā alij. Tum etiam quia multiplicatio dominorum eſt deſtructio terrarum, quia multiplicatis hæredibus, ſequitur diuiſio Regnorū & dominiorum, quam conſequitur deſolatio, iuxta illud Matth. 12. Omne Regnū in ſe diuiſum deſolabitur. Item multiplicatis principibus, multiplicātur mala ſuper terram, vt patet. 1. Macha. 1. de Alexandro, qui diuiſit Regnum ſuum pueris nobilibus qui ſecum erant nutriti a iuuentute, & ſinguli poſt mortem eius impoſuerunt ſibi diademata, & ſtatim ſequitur, & multiplicata ſunt mala in terra. Immo quando aliquis habet duas diuerſas vxores ſucceſſiuè, vix eſt pax, inter filios qui ſunt ex illis vxoribus. Quartò, debet eſſe amor matrimonialis viuificatiuus, vt quemadmodum per calorem vitalem manet vnio corporis ad animam, ſic per amorem viuificatur illa connexio duorum in una carne. Amor enim calor eſt vitalis quo extincto vita extinguitur. Vita quippe (vt dicit Ariſto. lib. de longi. & breui. vitę) cōſiſtit in calido & humido temperante

Diuiſio Regnorū vnde ortum habeat.

calidum. Sic vita matrimonij conſiſtit in amore iungente partes, in quo ſi non eſt amor, melior eſt ibi mors q̄ uita. Sed tamen ſic debet eſſe temperatus, vt propter illum non offendatur Deus. Fuit.n. inter Adam & Euam amor, ſed non fuit humidum temperans calorem amoris, quia propter amorem mulieris, Dei præceptum tranſgreſſus eſt. Sed dices. Aug. dicit. Periculoſum eſt tibi cum eo fieri vnum a quo neceſſe habes ſeparari, neceſſe eſt autem te per mortem ſeparari ab vxore tua, vel econuerſo, ergo periculum eſt ne maximam incurras triſtitiā, pro ſeparatione rei quam amas ita perfectè. Reſponſio, quòd periculoſum eſt fieri vnum cum aliquo a quo habes ſeparari perpetuò, & ideo periculoſum eſt tibi fieri vnum cum diuitijs, honoribus, vel voluptatibus carnis, a quibus neceſſariò habes ſeparari. Auarus enim qui ſic vnitur corruptibilibus rebus, ſi vinea eius ſit degrandinata, dicit ſe degrandinatū, ſi combuſta, ſe combuſtum propter eius vnionem ad ipſa bona. Sed non eſt periculoſum ratione triſtitiæ ſeparari ab aliquo pro tempore. Cum enim fideles ſint vir & mulier, ſi per mortem aliquando ſeparentur & ad tempus, proximitas tamen videndi alterum & bonitas finis debet temperare triſtitiam, quia vnus alternm antecedit ad locum præparandū. Verum eſt tamen quòd in hoc virgines antecellunt, quæ non ſunt in periculo illius triſtitiæ, ſed expectant ſui ſponſi p̄ſentiam. Quintò, debet hic amor eſſe cōſeruatiuus, non conſumptiuus bonorum naturæ, neque fortunæ. Amor enim carnis, & libidinis incendit quos reperit iuxta fornacem Babylonis, ideſt confuſionis, & conſumit ipſos, eorum vitam diminuendo, & eorum bona; cuius oppoſitum facit amor matrimonij. Amantes enim ſe carnaliter ſunt velut titiones infernali igne combuſti, & velut ſpinæ ſe amplectentes, vt pariter in ignem inferni mittantur, & velut duo ſcle amplectentes, vt ſe ſubmergant. Non autem amat quis illum cuius mortem & contumeliam quærit. Sicut.n. qui diligit iniquitatem propriam,

Amor inter coniugem quō eſſe dēat.

R odit

A Zelotypia. Quō inordinatus amor inter cōiuges quādoq; procedit ex zelotypia, & alijs.

odit animam ſuam:ſic qui diligit iniquitatem alterius odit animam illius. In amore verò matrimonij vnus alterius iniquitatem odit & perſequitur, & bona tam naturæ quàm gratiæ diligit & proſequitur. Tertiò dicendum eſt quid huic amori ſancto aduerſetur, ſcilicet inordinata dilectio. Contingere autem poteſt hæc inordinata dilectio, ex multis effectibus. Primò perpendi poteſt ex zelotypia, quæ ſecundum Tho. in 3. diſt. 27. q. 1. oritur ex amore non patiente conſortium in re amata, ita enim propter hoc homo inordinatè diligit vxorem, vt die, & nocte ſit in continua ſuſpitione. Et per hoc de vxore peſſima format iudicia, & quandoque de alijs ab vxore, licet nonnūquam vera. Et aliquando ita vehementer, ꝙ quandoque ſequūtur homicidia, iurgia, odia, contumeliæ, &c. Vnde narrat Egeſippus, ꝙ Herodes ex huiuſmodi zelotypia Marianam propriam vxorem occidit, qui poſtea factus amens nec credens eam eſſe mortuam, eam alloquebatur vt uiuam. Et tales ſæpe ex illa zelotypia ſtulti, & dementes facti ſunt. Et hæc infirmitas peſſima eſt, & hoc propter duo. Primò, quia nihil affert utilitatis uiro, ſi zelotypus ſit, quia uel mulier bona eſt & prudens, & tunc peſſimè agit in eam male ſuſpicatus. Vel eſt mala, & tunc difficile eſt ſeruare malitiam mulieris, ſi uelit eam adimplere. Fruſtra enim ad hoc nititur, quia Eccl. 25. Breuis omnis malitia ſuper malitiā mulieris. Vnde a quodam philoſopho nomine Areolo quærebatur, an cuſtodiēda eſſet uxor, an non? Reſpondit. Quid prodeſt vxoris diligens cuſtodia, cum ſeruari impudica non poſſit, pudica non debeat? Mala enim mulier teneri non poteſt, quia omni virtute nuda eſt. Nudus autem nō habet vnde teneatur. Nec eſt ad adiutorium ſalutis, ſed impedimentum. Bona vero eſt ad ſalutem, & adiutorium viri, non ſolum ad procreādum prolem carnalem, ſed etiam ſpiritualem, & debet reputari tamquam donum Dei. Prouer. 19. Domus & diuitiæ dantur a parentibus, a dn̄o autē propriè vxor prudens. Prudentia. n. a ſolo Deo

Vxor mala difficillimè cuſtoditur.

eſt, nec diuitijs emi poteſt. Secundò, quia illa zelotypia difficilis eſt ad portādum ei qui innocens eſt. Vnde Hieronymus contra Iouinianum. Quidā nobilis Romanus vxorem habebat a foris gratioſam, ſed intus cū vito nimis litigioſam & zelotypam, quam vir a ſe eiecit, cumque reprehenderetur ꝙ vxorem ſic gratioſam a ſe repuliſſet, pedem protendens dixit. Videtis hoc calciamētum. A foris quidem multum pulchrum eſt, & tamē intus me premit. Calciamenti quidem videtis formoſitatem exteriorem, ſed nō videtis meā moleſtiam interiorē. Vnde Guil. Pariſ. Mala uxor hominem eiecit a Paradiſo. Sic mala vxor in matrimonio virum a ſui animi quiete deijcit. Sic credidit facere vxor Iob, ſed non potuit. Sic conuerſa eſt vxor Loth in ſtatuam ſalis. i. in imaginem amaritudinis & diſplicentiæ. Sed illa immobilis erat, iſta verò multum mobilis & pedibus & lingua. Secundò, perpenditur hæc inordinata dilectio ex publicis & inordinatis ſermonibus & vilibus, quibus fortè in publicum laudatur exceſſiue mulieris pulchritudo, non mores, & ſæpe reuelātur ſecreta vxoris vnde oriuntur multa mala. Refert Herodotus, ꝙ Giges Rex Lydorum laudabat pulchritudinē vxoris ſuæ coram duobus amicis ſuis, nec ſatis fuit ei, niſi ēt eam oſtenderet nudam. Sed vxor eius quæ prius eum diligebat, hoc reputans ad iniuriam & confuſionē, conſpirans in eum ipſum interemit, & ſic vna cum regno vitam perdidit. Sicut .n. matrimoniū caſtū eſſe debet, ſic vir & vxor verba dicunt habere caſta, contra eos qui ita turpiter loquuntur in mēſa. Et de iſtis verbis turpibus iterrogare debent confeſſores, & audacter interrogationē peccati luxuriæ dicunt cautè incipere ab iſtis vilibus tactibus vel uerbis, quia ſi de hoc confiteantur, ſatis credibile eſt quæ la boche ſente le harenc. Inter iſta ēt verba impudica, vt plurimum mēdacia proferunt & iactant, & quaſi in malis gloriantur, immo aliqn̄ ſe gloriantur in impudicitia feciſſe aliqua mala, q̄ nunquam fecerunt. Sunt ēt mariti ꝗnq; fatui, & multa inordinatè ab vxoribus

ſuis

ſuis requirunt. Vnde quidam ſe iactabat, ꝙ vxorem pulcherrimam & obedientiſſimam, & eum maximè diligentem habebat. Cui cùm alius diceret, ꝙ unum ſaltum non faceret pro eo, yadium ſuper hoc inter vtrumque poſitum eſt. Sed cū requiſita eſt vxor vt ſaltaret, noluit, quia ſe dixit non eſſe ſaltatricem. Tertiò, ex inordinatis habitibus perpenditur, quando ſ. mulieres maritatæ ornantur habitibus meretricijs, & vt dicunt vt placeant viris ſuis, quod non debet fieri, ſed honeſto habitu induantur, vt ſit differentia inter eas quæ ſunt de ordine matrimonij & extra ordinē. Quilibet n. ordo habet ſuum habitum diſtinctum. Vnde ſecundum Valerium lib. 2. Mulieres honeſtæ Romanæ portabant habitum quendam album longum retro, ſed tamen ille habitus inhibebatur mulieribus inhoneſtis, & malè famatis. Si n. mulieres honeſtæ videant meretrices, uel concubinas ferre habitum ſuum, dicunt eum rumpere, uel ad iuſtitiam ſuper hoc recurrere ſi non poſſint, ſicut & puellæ debent deponere ornamentum illius quæ uenit ad deſponſandum cum habitu & ornatu ſpectante ad puellas & uirgines. Impudicum eſt etiam paramentum, quādo fucantur & palliantur, & urinis ſe palliant, & currunt ad magas & maleficas, & in confeſſione dicunt ſe excuſando, ꝙ hoc faciunt ut uiro ſuo placeant: & uidetur eis ꝙ Deus non bene fecerit eas, ideo uolunt ſe recreare. Vetus pellis quę non indiget niſi creta ad dealbandum. Heſter quæ non quæſiuit unguenta, plus placuit marito quā cæterę quæ q̄ſierunt.

Sermo 7. de eodem per thema vt prius.

B Matrimoniū. Multiplex conueniētia inter matrimoniū carnale, & ſpirituale: & ſimiliter multiplex differentia.

INter carnale matrimonium, & matrimonium Chriſti & eccleſiæ multiplex inuenitur conuenientia, & multiplex differentia. Prima ſimilitudo, quia ſicut in carnali matrimonio ſponſus dat anulum ſponſæ, ſic & Chriſtus Eccleſiæ dedit fidei ſignaculum. Vnde Chryſoſt. homil. 1. ſuper Mat. Sicut Patriarcha Iudas meretrici coniunctus eſt, & dedit illi virgam & anulum, ſic & Chriſtus Eccleſiæ meretrici ex gentibus ſe coniunxit, & dedit illi pro mercede coniūctionis virgā crucis & anulum Spiritus ſancti per baptiſmum, quaſi fidei ſignaculū præcedentis, quem etiam alibi laſciuo filio ſe conuertenti dari præcepit pater benignus. Secūda, ſicut in matrimonio carnali ornatur ſpōſa monilibus antequam introducatur in cubiculum ſponſi, & ad amplexus eius: ſic eccleſia nunc Sanctis ornatur operibus antequam ad amplexū ſponſi cęleſtis, & ad cubiculum glorię eius introducatur. Eſa. 61. Indumento iuſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. Tertia, quia ſicut in carnali matrimonio ſponſa dilecta dilectos & amicos ſponſi benignè recipit in domum ſuam, ſic Eccleſia ſancta Apoſtolos & amicos Chriſti ſuſcipit, veneratur & adorat. Vnde Chryſoſto. vbi ſupra. Raab meretrix figura fuit eccleſiæ, quæ cum fuiſſet ex gentibus culturis idolorum commaculata, ſuſcipiens ſpeculatores Ieſu Chriſti, ideſt Apoſtolos in domum pectoris ſui, per verba ipſorum abſcondit eos in memoria capitis ſui, vt non inueniret eos principes diabolus. Quarta, quia ſicut in matrimonio carnali eſt vna vnius viri ad procreandum ſobolem, ſic vnius Chriſti vna eſt eccleſia, de die in diem ſibi generans filios. Canti. 4. Vna eſt columba mea immaculata mea, licet quandoque ab hæreticis ſit diuiſa. Vnde Hieronymus ad Ageruntiam. Sicut vna Eua mater cunctorum viuentium, ſic vna eccleſia parens omnium Chriſtianorum. Et ſicut illam maledictus Lamech in duas diuiſit vxores, ſic hanc hæretici in plures eccleſias lacerant, quæ iuxta Apocalypſim ſynagogæ diaboli magis quàm Eccleſiæ Chriſti ſunt appellandæ. In hoc tamen differunt, quia in matrimonio carnali quandoque propter fornicationem ſit diuortium, ſed inter Chriſtum & Eccleſiam propter dilectionem integram, & fidelitatem perpetuam, nulla poteſt eſſe ſeparatio. Vnde & Apoſtolus Ro. 8 in perſona eccleſię loquens. Quis nos ſeparabit a charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu? quaſi dicat nullus. Se-

cundò,quia ſecundum Auguſtinum ſuper Pſ.127.In carnalibus,coniugijs alia vxor,alij filij.In eccleſia verò idẽ vxor, & ipſi filij. Ad eccleſiam pertinebant Apoſtoli,& de membris eccleſiæ erant, & coniux erant, ſecundum portionem quã in membris obtinebant.Ex quo pôt apparere,ꝙ Maria virgo & mater eſt eccleſiæ, quæ mater eſt ſponſi eius & eccleſiæ filia, cum de mẽbris eius ſit principalibus,& ſicut alij per baptiſmum in Chriſto regenerata. Ad quam tamꝙ̃ ad matrem,tamꝙ̃ ad filiã recurrat eccleſia pro gratiæ paſtura habẽdu,dicẽdo. Aue.

In præcedenti ſermone dictum eſt, ꝙ in quatuor conſiſtit matrimonij fides, & de primo iam dictum eſt in illo ſermone, de duobus alijs dicendum eſt in præſenti, de quarto uerò in ſequenti.

A Fidelitas Matrimonij fidelitas cõſiſtit in temporalium adminiſtratione.

Secundò itaque, conſiſtit fidelitas matrimonij in fideli ſpōſaliũ adminiſtratione.Iubet.n.Apoſt.Ephe.5.Viri diligant vxores ſuas,ſicut corpora ſua,vt ſicut ea put accipit alimentum & mittit ad ſingula membra, ſic vir qui caput eſt mulieris,mulieri prouidere debet, & de bonis fideliter communicare. Hoc autem inter eos contingit tripliciter. Primò vt fideliter laborent in acquiſitione tẽporalium bonorum. Aliquando autem vir laborat & mulier nihil facit, quod iniquum eſt in domo. Debet enim domeſticis vacare,& non eſſe ocioſa, vt ſit velut illa ſapiens mulier, de qua Prou. 31.Panem ocioſa non comedit. Vnde.1. Cor.7.Quæ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, ideſt prouiſionem domus. Similiter & vir idem ex parte ſua debet facere.1.Cor.Qui habet vxorem, cogitat quæ ſunt mundi,ideſt prouidere domui ſuæ. Et ſi quæratur. Vtrum poſſit mulier ire ad eccleſiam ſæpe, & ibidem longo tempore eſſe abſque mariti conſenſu,vnde minus vacat rebus domeſticis?Secundò,an poteſt mulier abſtinere ſine viri conſenſu puta induere ſe cilicio, ieiunare in pane & aqua, & nocte ſurgere,vnde minus laborat circa negotia domus? Ad primam dicitur,ꝙ in dominicis & feſtis de præcepto eccleſiæ non poteſt vir rationabiliter inhibere

B Oratio. Vtrũ uxor ſine viri conſenſu longas in eccleſia orationes facere poſſit, & ieiunare et ciliciũ induere, &c.

mulieri non ire ad eccleſiam, ſaltem ad audiendam miſſam, alijs autem poteſt plus aut minus ſecundum neceſſitatem operum domus.Et in hoc debet mulier eſſe prudens, vt ſi videat tantam prolixitatem marito diſplicere, vel orationem ſuam breuiorem faciat, uel in domo oret cum ſibi vacauerit. Ad ſecundam dicitur, ꝙ vel abſtinentiæ grauant notabiliter mulierem, & faciunt eam turpem &diſplicentem viro,& tũc maritus pôt inhibere,&illa obedire tenetur,niſi forte a caſu ꝙ conſilio ſapientum inueniret, ꝙ anima ſua deterioraretur niſi tales faceret abſtinentias. Si vero abſtinentię ſint faciles,& ſine magna ſingularitate, & ſine magno laboris quotidiani detrimento, tunc poteſt eas mulier facere. Plus enim valet aliquando labor in domo ad mitigandum concupiſcentias, quàm abſtinentiæ laborem impedientes.Secundò, conſiſtit hæc fidelitas in cuſtodiendo res fideliter. Non enim debet mulier ad partem furtim cuſtodire res mariti ſui, vel ut det parentibus ſuis,vel vt magis ornatẽ ueſtiatur,cum de muliere ſapiente ſcribatur.Prouer.31.Confidit in ea cor uiri ſui,& ſpolijs non indigebit. Non dico, quòd ſi mulier uideat uirum ſuum bonorum diſſipatorem ,quin poſſit clam cuſtodire aliqua etiam magna ſi poſſit, pro neceſſitate ſui & ſuorum filiorum. Hoc enim non eſſet opus furti,ſed prudentiæ & prouidentiæ magnę. Vnde Prouer.14. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. Sed circa illud contingit multiplex defectus. Primò, quando vir inordinatè conſumit bona de quibus prouidere debet filijs,ut potè dum frequentat ludos,tabernas, & lupanaria,& tunc uxori fidelitatem bonorum non ſeruat, & exinde conſurgunt jurgia in matrimonio, vir ebrius ex una parte,& mulier litigioſa, & infidelitatis impatiens ex alia ſe expugnant, qđ fieri nõ debet, qa mulier uirũ debet corrigere dulciter nõ maledicẽdo, non ponẽdo aquã bñdictã diaboli,ſed cũ manſuetudine. Scriptũ ẽ in Pſ.89.Su puenit

C Fidelitas Quõ quã doque in fideliter diſſipantur bona matrimonij.

man-

manſuetudo, & corripiemur. Maledictiones etiam ille magis prouocát, quàm corrigant. Secundò, debet mulier expectare tempus opportunum ad corrigendum. Non enim cum ebrius eſt, capax eſt diſciplinæ. Vnde & prudentiſſima Abigail non correxit Nabal ſtultum tẽpore ebrietatis ſuæ eo ꝙ durè reſponderat ſeruis Dauid, ſed in craſtinum & interim correxit ea quæ malè egerat vir ſuus Nabal aduerſum Dauid. Nõ.n.adaquandus eſt equus qñ calidus eſt, tunc .n. periclitaretur. Sic nec vir ab vxore corrigendus eſt, dum fremit ira, vel vino ebrius eſt. Secundò, qñ non ſolum vir diſſipat tempus & ſubſtantiam ſuam, ſed etiam ea quæ ſunt ſuæ vxoris cum lenonibus ad vſus nefarios ſupradictos, vel vt det liberis alterius viri vel vxoris. Habebit enim huiuſmodi maritus meretricẽ a pain & a pot. & tunc ea quę vxoris erunt, portabit ibi, nutriet nothos & de vxore non curabit. Tertiò, quando mulier ſupponit alios pueros q̃ de viro ſuo: & huic conſulendum eſt, vel ꝙ ſi poſſit, inducat eos ad religionem, vel ſi non poſſit, ꝙ plus operetur vt poſſit ſuperlucrari vnde eos nutriat. Nutrire tamẽ debet eos inter alios, quia non tenetur ſe diffamare, ſed in ſecreto dicat puero conditionem ſuam. Quod ſi noluerit ei credere, dico ꝙ illa mulier eſt in ſtatu ſalutis. Fecit enim quod potuit. Recompenſet tamen alios eo modo quo poterit per dona, aut alio modo ſecundum prudentiam ſuam. Et in hoc apparet quàm periculoſum ſit mulieri frangere matrimonium ſuum. Plus enim peccat quàm vir, plus infamatur, & plura & grauiora incurrit inconuenientia. Vnde quidam demoniacus erat, cuius dęmon ſingulorum ſecreta indicabat. Cum ergo quidam ad eum veniſſet, & de ſtatu ſuo interrogaſſet, reſpondit dæmon ꝙ vnicum habebat filium. Ad quem alter, mentiris habeo tres. Ad quem dæmon. Scio quia credis ita, ſed vnum tantum habes, alios autem habes ſuppoſitos. Tunc quærenti quis illorum eſſet ſuus, reſpondit dæmon ꝙ non diceret, ſed miſer homo vellet nollet eos

D
Adulterium. Quid faciendum eſt mulieri quæ viro ſuo ſuppoſuit filios de adulterio natos.

nutriret. Quartò, qñ mulier ſine licentia mariti magnas facit ſuper erogationes. Si enim mulier de ſuis parafernalibus facit eleemoſynam, vel ſi ſint paruæ de quibus ſatis exiſtimãdum eſt ꝙ pars conſentit, ſic poteſt eleemoſynam facere. Si autem magnæ & tales ꝙ neutra pars conſentiret, neuter debet hoc facere, nec palam nec occultè, minus tñ mulier. Debet tamen vir lætari, ſi vxorẽ ſuam videat clementem & miſericordẽ in pauperes, & debet contentari vt eleemoſynas non prodigas, ſed ad ſtatum ſuum decentes impartiatur egenis. Mulieres enim debent eſſe viris miſericordiores. Prouer. 31. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. Multum enim valet ad diuitias & opes acquirendas prudens elargitio eleemoſynarum. Prouer. 11. Alij dant ſua, & ditiores ſunt, alij rapiunt nõ ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Exemplum de aue prędaci ſemper macilenta, & gallina dante oua pinguia & craſſa, quæ proficit, & prædax nunquam. Tertiò, cõſiſtit fidelitas in mutui honoris impenſione. Debent enim vir & mulier ſecundum ſtatum ſuum & ſexus conditionẽ alterutrũ honorare. Primò, quidẽ verbis & ſignis. Mulier enim coram hominibus debet ſubijci uiro ſuo, exemplo Saræ uocando eum dominum vel amicũ. Vnde. 1. Pe. 3. Sara obediebat Abrę dominum eum vocans. Debet etiam parum loqui in eius præſentia & ſobriè, & caſte, quia ſobrietas & caſtitas ſunt ornamenta, quæ faciunt mulierem placere viro, & honor mulieris in honorẽ mariti redundat. In ſignum cuius ſubiectionis, in formatione primæ mulieris non de capite facta eſt mulier, ſed de latere, ad oſtendendũ reuerentiã quã debet habere mulier ad virũ. In ſignũ etiã huius mulieres Perſicæ ſignũ pedis pro ornatu ſuper caput portabãt, quẽ cũ lapidibus prącioſis ornabãt. In quo fatebãtur ſe eſſe viris ſubiectas. Vñ Gẽ. 3. Sub viri poteſtate eris. cõtra mulieres oneroſas maritis volentes eos gubernare. Inde cũ quidã eſſet in naui onerata cũ vxore ſua litigioſã, & ꝓpter tempeſtatẽ ne-

E
Eleemoſyna. Vtrũ mulier ſine conſenſu viri poſſit facere grandes eleemoſynas.

F
Honor. Cõiuges ſe mutuo debẽt honorare.

ceſſe eſſet alleuiare nauem, & proijcere merces in mari,cum proijcerentur rogauit ille vt etiam vxor ſua proijceretur, aſſerens nihil eſſe tam oneroſum ſibi ſicut vxor ſua, & ꝙ ſi eam haberent portare ſuper humeros ſuos ſicut ipſe ꝙ eſſet prior quæ in mari proijceretur. Similiter viri debent honorare vxores ſuas.1.Pet.3.Viri quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem. Debent.n. coram hominibus honeſtè & cũ benignitate vxorem ducere, & fideliter amare: quia dulcedo,& fidelitas mariti faciũt maritum placere fœminæ.Secundò, debet eſſe ſocia in menſa & in alijs rebus domeſticis, & educatione puerorũ.Ideo non eſt facta de pedibus, ſed de latere.In quo oſtenditur mutua ſocietas viri ad mulierem, quam debet mulier viro & vir mulieri. Vnde ait Adam excuſando ſe coram domino. Mulier (inquiens) quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi: in quo exprimitur ſocietas. Et in hoc reprehenduntur viri, qui ebrij ſuis vxoribus dicunt importabiles iniurias, verberãt,& dilaniant. Qui etiam nec de ſuis vxoribus, nec de domo ſua curant, ſicut hiſtriones alienas domos magis, q̃ ſuas frequentantes. Hi ſunt Cainitæ ſiue eorum filij, qui ſunt de genere Cain, qui non domi habitabat, ſed ſemper vagus & profugus ſuper terrã: & vix euadunt boni ſicut nec pater eorum. Quia ſi boni euadant,tunc dicunt,pater meus erat ſtultus, niſi Deus me adiuuiſſet, fuiſſem ſimilis ei. Secundò, debent ſe honorare,ſic ꝙ alter alterius vitia celet, & ſecreta ſua. Si enim quis tenetur ſeruare famam alterius & non diffamare: quanto magis vxoris ſuæ, & econtrario ſimiliter & mulier.Vnde ſecundum Policraticum lib.8.cap.11. Velantur coniuges altaris pallio,vt thorus ille q̃ Chriſto conſiliante cõſternitur,ſic in fide caſtitatis fragilitatis ſuæ maculas contegat, vt totius ſit probri & confuſionis ignarus: ita ꝙ actus eorum ſecreti ſint operti,& non detecti. Vnde qñ Eua producta eſt,ſola erat cũ Adam; & qñ peccatum perpetratum eſt,illi ſoli erant: ad oſtendendum ꝙ defectus eorum debent celari. Contra ea quæ in publico exclamant virorum ſuorum peccata & fornicationes: & cum duri capitis ſint,finem verbis imponere non eſt poſſibile. Sunt ille mulieres quandoque ſicut coſta, de qua factæ ſunt quæ erat tortuoſa. Sic ille ſæpiſſimè viris ſuis tortuoſæ & contrariæ ſunt.Cuſtodiant autem ſe ne verbis vel ſignis aliquid inhoneſtatis corã ſe faciant,vnde vnus alium poſſit minus reputare. In quo reprehenſibiles ſunt q̃ ſe inebriant,vel aliquid inhoneſtè a ſeipſis requirunt. Sed dices,ſi mulier fornicata ſit clam,& illud cognoſcam, an debeam celare peccatum eius,an reuelare? Reſpondetur ꝙ ſi peccatum ſit occultũ, & videas in ea contritionẽ & ſpem emẽdationis, debes potius celare quàm reuelare.Tũ primo, quia ꝑ hoc lucraberis animam coniugis tuæ, quæ forſitan ſi denudes peccatum eius proſtituta erit omni tempore vitæ ſuę. Secundò, quia dedecus mulieris in virum redundat, & ſic ſeruando famam eius ſeruabis tuam. Tertiò,quia dum cognoſcis eius vitium, illud ſemper erit cauſa humiliandi eam & maioris ſubiectionis.Plures enim ceciderunt, quæ poſtea ad magnum meritum aſcenderunt vt de Maria Magdalena legitur.Si verò non habeat ſpẽ emendationis,potes per iudiciũ diſcedere, dũ tamen probare poſſis,aliter non. Securius tamen eſſet diſſimulare in pluribus caſibus, nec bonum eſt nimis leuiter in ſe formare ſuſpitionem. Secundum aliquas leges ciuiles homo poſſet in hoc caſu ſuam vxorem interficere,ſi eam inueniret ſupra factum.Sed Deus & ratio hoc prohibent, quia ſi eos taliter peccãtes interficiat, tunc in eis interfectis euidens apparet periculum damnationis æternæ: qđ nõ obſtante quacumque iniuria illata debet euitari a proximo, quanto magis ab vxore? Quod ſi leges tales abſoluant ab homicidio ne temporaliter puniantur,nõ tamen in foro Dei. Ait enim dominus Matth.7. Quęcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis, nullus autem vellet ſibi in tali caſu hæc fieri. Tertiò, de-

G Matrimoniũ. Quõ alter cõiugũ debet alterius vitia celare.

A Adulterium. An licitè poſſit uir mulierẽ deprehẽſã in adulterio interficere.

debent ſe mutuo honorare communicando familiariter de negotijs domus, & de oneribus matrimonij: ita tamen, ꝙ homo habeat curam & onus rerum magnarum abſque hoc ꝙ multum de his vxori ſuæ loquatur. Sed mulier debet habere curam domeſticarum rerum. Vnde ſecundum Ambro.lib. de Paradiſo ſuper illo verbo Gen. Aedificauit dominus coſtam quam ſumpſit de Adam in mulierem. Bene dixit ædificauit, quia in viro & muliere videtur eſſe quædam domus perfectio, vt qui ſine vxore quaſi ſine domo ſit ſic habeatur. Sicut enim viri publicis officijs, ita mulier in domeſticis miniſterijs humilior eſtimetur: & unuſquiſque ſuo debet eſſe contentus negotio, ſingulariter quando uir & mulier prudentes ſunt. Si autem uir imprudens ſit aut mulier, tunc vnus alterius uices ſupplere debet. Cum verò unus alterius ſurripere uult officium, ſæpe ex hoc cauſantur iurgia & diſſentiones. Non enim decet mulierem officium uiri exercere, vt curijs ſe ingerere uel plebicitare, uel eſſe in conſilijs inter homines, ſicut recitat Valerius lib. 8. c. 4. De Gaya Afrania quæ in prætorio inuerecundè acceſſit & ibi plebiſcita in deriſionem Romanorum. Sic & uir mulieris officium exercere non debet, ut nere, uel penſa contorquere, ut faciebat Sardanapalus uir muliere corruptior: q (Iuſtino teſte in hiſtorijs) inuentus eſt ab Arbacto præfecto ſuo inter ſcortorum greges nere, & penſa ſcortis diuidere, propter quæ Imperio Aſſyriorum finem dedit. Vnde præceptum eſt Deut. 22. ꝙ vir non vtatur veſte muliebri, aut econtrario. Sicut diuiſa eſt coſta a carne, ſic officiũ viri ab officio mulieris. Hinc Marcus Odericus dicit in Oriente eſſe patriam in prouincia dicta Tyten, alias Tyben, vbi vxores exteriora negotia ordinabant: viri verò pueros fouebant, & penſa domi torquẽtes omnia muliebria faciebant. Quartò ſic ſe debent honorare, ꝙ quicquid uni diſplicet iuſtè & ſanctè, & alteri debet diſplicere. Vnde & de latere viri propè cor formata eſt mulier, ut ſe mutuo diligant ex corde. Ideo inter eos datur amicitiæ oſculum, & in digito anulus ponitur, ubi eſt uena quæ tendit ad cor, propter quod ita ſe debẽt mutuo diligere, ne unus alteri ſit grauis. Hinc & Geneſ. 21. Abrahæ dictum eſt a domino, ut audiret uocem eius ſuper Hiſmael filio Abrahæ. Aliquando. n. in his quæ domi ſunt, conſilium mulieris prǫualet: ut patet de Saræ conſilio ſuper Hiſmaelem, quod approbauit dominus. Licèt in rebus foraneis conſilium mariti ut plurimum ſit tenendum. Similiter uir uxori placere debet, ut ſe contineat honeſtè in geſtu & habitu, & ſimiliter mulier. Sic tamen debet uir eſſe prudens in honorando ſuam uxorẽ, ꝙ non ei aſſuefaciat, ꝙ non poſſit iuxta reditus, vel lucra domus perſeuerantem ſtatum ei dare: quia aliter cum muliere ſua nullo modo hilariter viueret. Vt. n. vulgo dicitur. Difficile eſt ludere au rabes gallice, .i. difficile eſt mulieri ſtatum ſuum diminuere. In hoc reprehendendi ſunt mariti qui faciunt contractus ſuper prædijs quæ mulieribus pertinent, vim eis inferendo, & faciendo quod eis diſplicet. Similiter mulier quandoque vult peregrinationes & expenſas ſine mariti cõſenſu facere, quod peccatum eſt. Quintò debent vir & vxor ſic ſe mutuò honorare, vt alter alterum charitatiuè erudiat, & corripiat. Mulier. n. debet corripere uirum in manſuetũdine, quando capax eſt vt dictum eſt: ut ſi luſor oſtendere ſibi perditiones quæ ex ludo perueniunt, uel ſi ſit blaſphemus, dicere ei quæ audiuit in ſermone. Vel ẽt de peccato fornicationis, ſi uideat eum ad hoc procliuem. Tribus. n. modis poſſet mulier uirum coercere. Primò, dulciter admonendo. Secũdò, ſi ſic non proſit, cũ bona modeſtia obiurgando. Tertiò, ad Deum & Sanctorũ orationes recurrendo, maxime ad confeſſorem eius qui libenter audit eum, ſi ſit uir induſtrius. Item mulier ſi ſit uir rixoſus non pro tanto debet uelle uincere, uel ſibi dedignari, uel uelle uincere iniuriam per iniuriam, litem per litem: uel reſpondere duo uerba pro uno: ſed debet eũ ſupportare, & diſſimulare pro loco & tempore. Dicitur enim in cõmuni

Vxor viri officiũ non ſuſcipiat, nec vir vxoris.

Amor et honor mutuus eſſe debet inter coniuges.

B *Correctio. Vnus cõiugũ dẽt aliũ charitatiuè corrigere*

C *Matrimonium. Tribus modis poſſunt mulieres viros ſuos coercere a malis opibus.*

prouerbio. Qui patitur vincit. 1. Pet. 3. Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, non timentes vllam perturbationem. Super quo quædam gloſ. i. ſi quid mali inferatur a maritis, non inde turbentur. Multa enim ſuſtinere debent, vt cõſeruetur ordo matrimonij: cuius obſeruantia multum difficilis eſt. Et etiã quia mulieres litigioſæ faciunt rixoſos maritos, & multipliter peccare: iurando, periurando, blaſphemando, & præter rationem iraſcendo. Debet enim conſiderare mulier ne ſit in domo quaſi flagellum uiri ſui, & eius eruditio ad patientiam diſcendam, ſicut legimus de Socrate qui interrogatus cur cum duabus vxoribus continuè cum eo litigantibus permaneret, Reſpondit, quia me docent in domo qualis eſſe debeam in foro, ſcilicet extra domum: quaſi diceret ꝙ ab eis patientiam diſceret. Cum autem quadam vice utraque ei iniuriaretur, & malediceret, audiebat benignè, nec quicquam reſpondebat, de quo amplius irritabantur vxores eius adeò ut aſcenderent in parte ſuperiori domus, & per rimas ipſius ſolarij vrinam ſuã ſuper caput eius emiſerunt. Tunc non turbatus, neque commotus ſurſum aſpiciens, ſubridendo benignè dixit. Satis cogitabam, quòd poſt talia tonitrua ſequeretur pluuia. Hæc Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. Credo ꝙ nunc pauci eſſent mariti ita patientes. Diabolus enim cum non poſſet vulnerare cor Iob, licet eum vulneraſſet a planta pedis vſque ad verticẽ, reſeruauit tamen ei vltimum flagellum quaſi grauiſſimum linguam vxoris ſuæ. Similiter vir ſupportare debet fragilitatem mulierum, ſpecialiter quando ſunt iuuenes. Primum blandis monitionibus. Secundò, duris increpationibus ſine ira extra calorem cum ratione & ſenſu frigido. Verba enim in talibus non multum conferunt, & ſi fiant moderatè fiant: exemplo illius qui dum mulierem ſuam volebat caſtigare, inter ſeipſum & vxorem ponebat mediam uirgam dicẽs, ꝙ niſi taceret virga eſſet medium pacis. Oportet enim aliquãdo maritum tacere, & ꝙ ſerpentina lingua mulieris dominetur, & neceſſe eſt aliquando pauperem maritum patientiam habere, & alibi quærere refugium. Vnde cum quędam mulier litigaret contra quendam virum bonum & pacificũ, & ipſe ei quaſi cani latranti terga verteret, & nihil reſponderet, requiſitus ab alio quare taceret, & dixit ꝙ neſciebat litigare. At ille. Si vis vt quieſcat, quære aliam litigioſam & conducas eam quæ pro te litiget, & docuit eum quandam ſcientem optimè litigare. Cum autem rogaret eã vt accepto bono precio litigaret pro eo contra talem, quia audierat ꝙ hoc facere nouerat, ipſa multum indignata cępit cum eo litigare & vituperare, dicens ꝙ aliam quæreret, quia ipſa non erat talis. Cũ autẽ diceret ille. Benedictus Deus. Inueni quod quærebam, illa acrius & turpius eum vituperabat. Tunc ille. Non quæram ego aliam, quia te meliorem ad hoc aut aptiorem inuenire non poſſem. Vnde talibus capitoſis mulieribus deberent addi capitoſi iuuenes, vt lingua vnius alterius linguam domaret. Quidã enim galandus ad ſuum curatum acceſſit dicens, ꝙ volebat nubere: & ꝙ curatus ſibi prouideret de una vxore, dũmodo tres haberet conditiones, ſcilicet quòd eſſet diues, quòd pulchra, & quòd non haberet caput, eo ꝙ ipſe malum caput haberet. Cui curatus, immo oportet quòd habeat caput, quia vos habetis malum caput, & ipſa ſimiliter habebit; & ex duobus capitibus duris & malis liquefactis in fornace, fiet unum bonum caput. Nulla autem in matrimonio capillatior peſtis, quàm mulier litigioſa & importabilis. Et ideo debent viri, & etiam mulieres multum conſiderare, quando dant filias ſuas vel filios matrimonio ne perdantur, & de domo parẽtum quaſi de Paradiſo tranſeant in infernũ. Hoc enim eſt unum de maximis malis, quod viro poteſt contingere. Vnde Theophraſtus ad ſocium. Det tibi Deus omnipotentes omnipotentis mulieris fallaciã nõ falli. oĩpotẽtis ſupple in lingua. Hoc. n. eſt donũ Dei. A principio .n. ſeculi oẽs mulieres loquebant vna lingua, ſ. hebraica: & hoc apparet, q̃ a noĩa q̃ in

D. Matrimoniũ. Quõ vir & mulier debent alterutrum ſupportare.

In textu ſcripturæ inueniuntur ante diuiſionem linguarum ſunt vere hebræa, poſtea vero mixta ex diuerſis linguis. Nunc vero per ſpiritus malignos non per Spiritũ ſanctũ loquuntur varijs linguis, nũc bene, nunc malè marito, nunc frigidè, nunc iracũdè. Dr̃.n. ꝙ ſerpens duplicem habet linguã. Sic illis ſicut Euę linguam dedit multiplicem, vnde ſuos maritos infeſtant. Vnde Valerius lib. 2. c. 1. in vrbe Roma erat paruũ templum cuiuſdã deę quæ dicebatur Viri placa: & qñ vir & mulier iraſcebantur, ſi poſſent ſimul loqui in illo tẽplo, ſtatim illa dea placabat eos, & immutabat aĩos eorum, ita ꝙ cito pax fiebat & concordia. Et dicit idem Valerius ꝙ nobilia ſacrificia tunc ei parabantur, & offerebantur. Vellem ꝙ eſſet vnum tale templum Pariſius, credo ꝙ maior eſſet illic peregrinatio, quàm ad ſanctum Maurum.

Sermo 8. de eodem per thema vt prius.

A
Nuptiæ. Verbũ inuitati ad nuptias valeant intrare cœnã æternam.

POſſet quis aduerſari matrimonio, ꝙ non ſit ſalutare, eo ꝙ ſcriptum ſit Lucæ 14. de eo qui inuitatus ad cęnã dixit, ꝙ non poſſet venire quia vxorem duxerat. Si enim inuitatus ad cęnam æternæ beatitudinis dixit ſe ꝑpea non poſſe venire, quia vxorem duxerat: vr̃ ꝙ maritati non ſint in ſtatu ſalutis. Reſpondeo primo ſecundum Grego. in homil. ꝙ licet coniugium bonum ſit, ad propagandum ſobolem a diuina prouidentia inſtitutũ: nonnulli tñ non fæcunditate prolis coniugium contrahunt, ſed deſiderio cõplendæ carnalis voluptatis, qui grauiſſimè peccant: nec ad cęnã veniunt inuitati. Et tales dicere poſſunt, vxorem duxi, & ideo non poſſum venire. Dico ſecundò, ꝙ iſtud parabolicè dictũ eſt a domino. Parabola aũt aliud voce exprimit, aliud intelligit: ita ꝙ in parabola res ſunt ſigna. Vnde ſecundum Auguſtinum per vxorẽ intelligitur carnalis concupiſcẽtia, qua quis allicitur, trahitur, & ligatur, & quę adeo animã ligatã tenet, ꝙ ad Deum qñ vult accedere non põt: quia (vt ait Baſilius) intellectus humanus uergens ad immundicias & illecebras, debilis eſt ad agenda diuina. Conſuetudo.n. carnalis eſt ſicut catena, ideo ſic incatenatus dixit ſe non poſſe abſtinere, nec poſſe ad Deum peruenire. Inde Aug. 8. confeſſio. Ex uoluntate peruerſa facta eſt libido, & dum libidini ſeruitur, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur facta eſt neceſſitas. In quo ſtatu maximè a Deo elõgatur. ideo ſicut alij rogauerũt ut excuſarentur, iſte carnalis non rogat vt habeatur excuſatus, uel ẽt quia erubeſcit Deũ rogare, ſic turpis & abominabilis, & iram Dei inuitantis contemnit. Impius.n. cum in profundum malorum uenerit, contemnit. Prou. 18. Dico tertio ꝙ matrimoniũ eſt ſacramentum ſalutare, in quo ſancti patriarchæ & prophetæ immo & beata uirgo mater Dei ſanctiſſimè uixerunt: ideo per ſcripturam non contemnitur, ſed approbatur. Ad eam ergo quæ ſic decorauit matrimonium, & eius ſuſceptione & etiam pœnitentia, conuertamus orationem dicentes. Aue.

1. Continuando materiã ſermonis præcedentis dicendum eſt de quarto, in quo ſtat matrimonij fides. Quartò itaque & precipuè ſtat fidelitas in inuiolabili thori cõmunicatione, quæ conſiſtit in duobus. Primò, ut uxori debitum reddat uir. & econuerſo. Secundò, ut nulli alteri: ita ut quicunq; carnalis habitatio extra matrimoniũ illicita ſit. Omnem.n. talẽ prohibuit dominus. vnde Pſal. 28. Vox domini intercidentis flammam ignis. eſt.n. flamma ignis cõcupiſcentiæ damnabilis, & in æternum comburentis, quam prohibet dominus. Apoc. 20. Fornicatorum pars eſt in ſtagno ignis ardentis, & ſulphuris. Concedit tñ flammam cõcupiſcentiæ intra matrimoniũ. qa 1. Cor. 7. Melius eſt nubere, q̃ vri. i. vinci dãnabili corruptela. In figura cuius. Dan. 3. Tribus pueris qui erant in fornace Babylonis, nihil nocuit ignis. i. illis, qui cũ tribus virtutibus Fide, Spe, & Charitate ſunt in matrimonio, nihil nocet ignis concupiſcentię, ſed bene eis qui incedũt fornacem, qui. ſ. ſunt incenſores iurgiorum, & ponẽtes diuiſionẽ in mr̃imonio, quia

B
Fidelitas.
Fidelitas matrimonij ſtat ĩ fideli thori cohabitatione.

C
Cõcupiſcentia.

Ois coitus extra matrimonium eſt illicitus. quia deſtruit eorum mendacia per bonā & Sanctam famam. Vnde Segor media erat inter Sodomam a qua fugit Loth, & montem in quem debebat aſcendere, nec valuit, ſed ſaluatus eſt in Segor. Gen. 19. Quia ſtatus matrimonij medius eſt inter deſideria carnalia, & inordinata, a quibus tenentur omnes fugere, & montem caſtitatis ad quem non poteſt quilibet aſcendere. Secundò, hoc idem patet alijs ſimilitudinibus. Nam ſecundum Chryſoſtomum ſuper Mat. ſicut mari dominus terminos poſuit littora dicens, vſque huc venies, & huc te confringes: ſic libidini carnali terminum poſuit, vt vſque illuc veniens ibi ſe confringat. Sicut ergo mare ſi littora ſua ſupergreſſum fuerit peccat. ita homo ſi trāſgreſſus fuerit licentiam maritalem. Hæc Chryſoſtom. Vnde Gen. 1. aquæ ſuperiores ab inferioribus per firmamentum ſunt diuiſæ, quia fidelitate firma matrimonij tamquam firmamento diuiſæ ſunt voluptates carnales, quæ a Deo conceduntur tamquam legitimæ & ad æternam ſalutem tamquā ad ſuperiora tendentes, ab his quæ inferiores tendunt ad mare æternæ amaritudinis. Et ſicut in Iordane Ioſue. 3. aquę inferiores tendebant in mare mortuum, ſuperiores vero immobiles manebant ſemper aſcendentes: ſic carnalis actus matrimonij ſurſum tendit, vbi concubinatus in mare mortis æternę dilabitur. Et ſicut aquæ erāt pro muro filijs Iſrael quæ ſubmerſerunt Aegyptios, ſic delectationes in matrimonio ſunt contra peccatum munimenta, quæ extra matrimonium ſunt mors & perditio animę. Tertiò hoc idem apparet ex figura noui teſtamenti. Chriſtus enim coram diſcipulis aquam conuertit in vinum, & hoc in nuptijs, oſtendens ꝙ licet actus huius ordinis ſit in fętidis & vilis, vt aqua, ex bono tamen matrimonij excuſabilis ſit & precioſus vt vinum, quia ſine matrimonio, vt aqua inſipida ille actus eſt mortalis: ſed in matrimonio aqua in vinum mutatur, ideſt actus mortalis in meritorium dummodo recto ordine fiat. Quanta ergo reprehen- *Aquæ in vinū mutatio qd significet* ſione digni ſunt, qui miraculum Dei peruertunt facientes de vino aquam, qui pulchras vxores dono Dei habent, & tamen ipſis relictis eligunt ſcortum, qui pręeligunt vino bono aquam, actu matrimoniali fornicationem. Quartò, hoc idem apparet ex his qui dantur a ſponſo ſponſę in iocalia. Primò enim vt fideliter cuſtodiat vxor thorum, dat ei ſponſus fermolium in pectore, vt ei cor cuſtodiat, ſic ꝙ neminem alium diligat. Vnum enim cor duos aduerſarios amores habere non poteſt. Qui enim diligit hiſtrionem, non diligit maritum. Secundò, dat ei anulum in manu in quo eſt vena tendens ad cor, vt non cū murmure & odio, ſed de corde quę operatur ei faciat. Oportet enim eos pari paſſu ambulare ſine lite & diſcordia. Cor. n. inter cętera membra diuiſione non patitur contra diſcordes: de quibus Oſeæ. 11. Diuiſum eſt cor eorum nunc interibunt. Tertiò, dat cingulum vt caſtum corpus ei cuſtodiat, & cingulo caſtitatis matrimonij cingatur. Sed multi volunt, ꝙ earum vxores teneantur ad non fornicandum & non ipſi, cum tamen ad hoc magis teneantur: tum quia ſapientiores: tum quia ſunt caput mulieris: & ſic debent eſſe regimen & exemplar earum in omnibus autem caput præcedere debet, & membra ſequi ſicut eccleſia ſequitur Chriſtum: alioquin ſi melius viuit mulier, quàm vir ſecundum Auguſtinum inordinata eſt domus, quia caput pendet deorſum. Sed quia hæc peſtis nimis inualuit conqueruntur viri de mulieribus, non mulieres de viris. Sed vt vult Aug. cum mulieres ſuper huiuſcemodi conquerantur tribus rationibus viri vxores ad tacendum de talibus inducere nituntur. Primò dicunt, nos ſumus viri: vos fœminæ. Reſpondet Auguſtinus. Imperat fœminæ vt ferat adulterium virum, qui non vult ferre adulteram mulierem. Tu dicis quia vir es tu, ſi vir es vince libidinem. Secundo dicunt, nos ſumus domini, vos ancillæ. Aug. In cęteris, o mulieres, ancillæ eſtote virorum veſtrorum, ſed vbi ventum fuerit ad hoc quod dicit Apoſtolus, vir non

D Sponſa. De trib. iocalibus quæ ſolet dare ſpōſus ſponſæ.

E Adulterium. Ex æquæ tenentur ſibi inuicem uir & uxor non adulterari.

non habet poteſtatē corporis ſui ſed mulier,clamate ꝑ re veſtra. Tertiò dicunt, nos ſumus capita,vos membra. Aug. Si caput es duc, ſed vide quo eas. Noli ire quo non vis vt ſequatur pediſſequa tua. Sed poſſent dicere uxores. Ex quoꝗ uir non ſeruat mihi fidem, nec ego ſibi. Aug. Nolite pudiciſſimæ fœminæ, nolite imitari uiros ueſtros: aut uobiſcum uiuant,aut ſoli pereant. Impudico uiro non ſeruat mulier pudicitiam,ſed Chriſto. Et hæc de prima parte ſermonis. Pro ſecunda parte oritur quæſtio.

F Matrimonium. Vtrum ōis actus concubitus ī matrimonio ſit licitus.

Vtrum videlicet omnis actus concubitus matrimonij ſit licitus? Reſpondetur ꝙ triplex eſt actus matrimonij, quidam licitus,alius fragilis,tertius impetuoſus. Actus licitus fieri poteſt tribus modis. Primò cauſa ſuſcipiendæ prolis ad diuinum cultum educandæ, & ſic eſt in officium multiplicandæ naturæ, & tunc eſt actus uirtutis qui dicitur religio. 1. Tim. 5. Volo iuuenes nubere, filios procreare. Et hoc idem patet ratione,quia natura non inclinat vniuerſaliter ad malum & illicitum, ſed natura vniuerſaliter inclinat ad procreationem liberorū, ergo actus ille eſt licitus. Et ſi dicatur quia actus iſte eſt orationis impeditiuus. 1.Pet.3.& ſic non videtur actus bonus. Reſpondetur ꝙ ſi capiatur oratio ꝑ bono opere,vt videtur accipere.Gl.1.Theſſa.vlt.ſuper illud ſine intermiſſione orate, vbi dicitur, ꝙ non deſinit orare qui non deſinit benefacere, ſic actus matrimonij non impedit orationem. Si verò accipiatur pro vocali oratione, vel interiori quæ anima in Deum afficitur: tūc ille excellens actus animæ impeditur ꝑ carnalem actum, quia virtus illa ſecundum quam anima in Deum afficitur eſt ſuprema,vis vero generatiua īfima: ideo non eſt mirum ſi operationes illarum virium ſibi non conſocientur. Ideo pro tēpore illo talibus non datur ſpiritus prophetiæ. Vnde Hiero. ad Ageruntiam. Ezechiel in Babylone ſic ait. Mortua eſt, inquit, vxor mea,& apertum eſt os meū: quia nec ducturus vxorem, nec ille qui duxerat poteſt liberè in opere coniugali ꝓphetare. Nec ex iſtis ſequitur ꝙ actus matrimonij ſit malus, licèt in virginitate permanere eſſet melius, ſed homo nō ſemper tenetur ad melius. Secundò, eſt licitus quando fit cauſa reddendi debitum,& tunc ſi ſit in alijs bene circunſtātionatus eſt actus iuſtitiæ. 1.Cor.7. Vir vxori debitum reddat. Ad hoc enim a Deo obligatur vir vxori, & vxor viro. contra illos qui dedignantur & loqui & reddere,qui peccant grauiſſimè: & ſunt quandoque per dimidium annum abſq; hoc, ꝙ ſimul loquantur. de quo tenentur confiteri,& de incōuenientibus qui ex hoc ſequuta ſunt,vtpotè ſi vir cū alia fornicatus ſit propter hanc cauſam, q̄a reddere noluit:& de cauſa rācoris, odij, & diſcordiarum. Et in hoc poteſt confeſſor inquirere de conſequentibus malis prædictis peioribus. Et ſi quæratur,utrū alter alteri pro ſemper teneatur ad reddendum debitum. Dicitur ſecundū magiſtrum ſenten. Thomam & Scotum in 4.diſt.32. Quod quilibet eorum ex præcepto Dei tenetur alteri reddere debitum, exceptis tantummodo caſibus rationabilibus. Vt enim ibidem dicit magiſter,licet in omnibus vir præſit uxori ut caput corpori:in ſoluendo tamen debitum carnis pares ſunt. Ideo Apoſtolus in hoc utrunque utrique ſubijcit, cum dixit. 1.Cor.7. Vir uxori debitum reddat, ſimiliter & uxor uiro: quia mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed uir, ſimiliter uir non habet poteſtatem corporis ſui,ſed mulier. Et ita ſicut ex p̄cepto diuino tenetur homo non auferre alienum inuito domino, ita tenetur ex præcepto iuſtitiæ alienum reddere petēti. Ideo cum alter petit, niſi habeat legitimam cauſam debet alter reddere corpus ſuum. Alias facit contra Dei præceptum, & ſi propter hoc in fornicationē incideret, non reddenti imputandum eſſet.

Coniuges quādo teneantur debitum reddere.

Primus autem caſus in quo nō tenetur alter petenti reddere eſt, quando petens amiſit ius petendi, ut quando fornicatus eſt,& hoc publicè cōſtiterit. Ex quo .n. non ſeruauit fidem non tenetur ſeruare eidem, niſi tantummodo vt alterum ab eo non cognoſcat. Secundus caſus eſt, quando nondum acquiſiuit ius

A Matrimonium. In quibus caſibus uir non tenetur uxori

reddere debitum & econuerſo.

ius petendi debitum, vt in aliquo tempore poſt matrimonium contractũ, ſed nondum conſummatum, quia poteſt alter eorum interim intrare religionem, immo ſecundum Guil. peccat mortaliter qui ante benedictionem nuptialem vxorem cognoſcit in locis vbi conſuetum eſt benedictionẽ adhibere. Tertius caſus eſt, quando vergit in notabile nocumentum ſanitatis ſuæ. Plus enim tenetur homo ad conſeruationem ſui, quàm ad redditionem debiti, vtpotè ſi mulier ſit infirma, vel ſi probabiliter ex hoc exiſtimaretur ſequi aliqua grauis infirmitas. Et ſic ſi mulier timeat periculum lepre in corpore ſuo ex cohabitatione mariti non tenetur reddere. Quartus caſus eſt, quando veriſimilitèr timetur de periculo extinctionis fœtus, aut de abortu: & tunc neuter alteri reddere tenetur, quia maiori vinculo tenetur ad cauendum occaſionem fœtus in vtero, aut vt non naſcatur aborſus, quã teneatur reddere debitum. Quintus eſt quando quæritur in loco ſacro. Tunc enim non tenetur quando alius locus aptus haberi poteſt non ſacer, quia alias fieret ſacro loco iniuria & reconciliatione indigeret. Si vero alter locus haberi non poſſet, vtpote in obſidione, vbi ſtant vir & vxor in eccleſia obſeſſa, & tunc ſecundum Albertum & Ioannem de Gerſono tenerent reddere, nec propter hoc reconcilianda eſſet eccleſia. Nec etiam teneretur reddere in publico ſi quæreretur, vt ſatis deducit Aug. de ciuit. Dei contra Diogenem Cinicum. Sextus caſus, quando coniuges pari conſenſu vouerent continentiam, & tũc neuter tenetur alteri debitum reddere, quia neuter poteſt uotum reuocare, ut dicit magiſter in 4. diſt. 32. Et ratio eſt, quia uterque renunciauit iuri ſuo. Septimus caſus, quando alteri eorum non poteſt aliter prouideri de ſecuritate uitæ ſuæ: niſi alium coniugem dimittendo, & ſic non tenetur cohabitare cum periculo ſui corporis. Octauus caſus, quando mulier patitur menſtruum & vir hoc cognoſcit, & mulier inſtat. Si n. menſtruum eſt ſecundum naturam, tũc

B Mẽſtruũ. De coitu in muliere patiente menſtruum.

poteſt mulier concipere, & tunc hoc eſt contra bonum prolis, ut dicit Hiero. ſuper illud Eſa. 64. Omnes iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ. Et dicit ibidem, ꝙ tunc concipiuntur membris damnati, cęci, claudi, leproſi, ut quia parentes non erubuerunt in conclaui cum peccato commiſceri, pateat eorum peccatum & aperte redarguantur in pueris. Vnde & inter moralia præcepta ponitur Eze. 18. Si uir iuſtitiam fecerit, & ſequitur, ſi ad menſtruatam non acceſſerit: ubi gloſ. præcipitur, ut uiri non ſolum in alienis, ſed etiam in proprijs uxoribus modum & tempus ſeruent. Et Leuit. 20. præcipitur, ꝙ uterque interficiatur, vir ſcilicet & mulier. Pœna autem mortis non niſi pro peccato mortali infligitur. Si tamen fluxus ille ſit præter naturam & ex infirmitate, tunc vix poſſunt generari filij, & tunc ſi diu duret paſſio, poteſt reddi debitum. In iſtis tamen mulier ſe debet reddere difficilem: Vnde petens ſcienter peccat mortaliter ſi exequatur actum, & ſimiliter mulier ſi non reuelet ei & contradicat. Non enim (vt dicit Scotus) eſt veriſimile, ꝙ lex noua minus intendat caſtitatẽ, quàm vetus, ſed Leuit. 20. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaque aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. Tertiò licitus eſt actus matrimonij & meritorius, quãdo alias nihil illicitum interuenit, & fit ſolum ab vno coniugum propter vitare fornicationem in altero, quando alias in eo faciliter cauere non poſſet, & ſic eſt in remedium concupiſcentiæ. 1. Cor. 7. Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat propter fornicationem, vt ſi vir videat vxorem tentari de allo, & timet de malo fornicationis eius, & ad eam non patentem accedit non propter prolem, ſed tantum vt ponat remedium contra eius fornicationem. aut etiam econuerſo, ſi mulier videat virum ſimiliter inclinatum, tales merentur. Sic etiam meretur mulier moderatum ornatum portando, ſolum ideo ne propter vxoris contemptum adulteretur maritus. 1.

Cor.

C *Matrimoniũ. Quare matrimonij actus quamuis ſit meritorius, tamen eſt verecundus.*

Cor. 7. Mulier quæ nupta eſt, cogitat quæ mundi ſunt, quomodo placeat viro. Sed dices. cum ita ſit, ꝙ honorabiles ſint nuptiæ, quare quis de illo actu honeſto verecundatur, immo actum ipſum nominare niſi per circumlocutionẽ videtur inhoneſtum, immo verecundiũs eſt vxorem cognoſcere quàm ſeruum percutere? Reſpondetur cum Bonauen. 2. ſenten. diſt. 20. in expoſitione. ꝙ nuptiæ tria habuerunt in ſtatu innocẽtiæ, quæ omnia honeſta videbantur, ſ. ſignatum, actum, & fructum. Sed nunc in ſtatu miſeriæ ſignatio eſt honeſta, quia magnum ſacramentum eſt in Chriſto & in eccleſia. Similiter etiam fructus eſt honeſtus, ſed actus pudorem habet annexum, quia omnis habens rationem coram alijs erubeſcit facere illud, etiam cum propria vxore. Rationem aſſignat Aug. 14. de ciui. Dei, quia cum ratio deberet dominari corpori, magis erubeſcit ꝙ ipſa ſubijciatur alicui corporis parti, & ſimiliter erubeſcit de actu qui eſt pęna peccati primi hominis, & unde omnis pudor acceſſit homini. Nihil enim pudibundum niſi peccatum, vel propter peccatum. Secundus actus matrimonij eſt actus quidam qui fragilis eſt, qui

D *Matrimoniũ. Actus matrimonij ẽ fragilis tribus modis.*

fit tribus modis. Primo fit ad uitandum fornicationem in ſeipſo. Nec hoc eſt peccatum ſi fiat cum debitis circunſtantijs, quia hoc eſt ab Apoſtolo ordinatum. 1. Cor. 7. Vnuſquiſque uxorem ſuam habeat propter fornicationem. Secundò, ſi fiat ſolum cauſa delectationis experiendæ in uxore, ita tamen ꝙ non uellet pro tali delectatione experienda alienam cognoſcere, & ſic ſi nihil aliud inordinatum interueniat, eſt ſolum ueniale peccatum. Tertiò, quando cognoſcit uir uxorem præciſe cauſa ſanitatis corporalis, quia quærit per ineptum medium, ideo uenialiter peccat. ſicut ſi quis quæreret baptiſmum præciſe propter corporis ſanitatem, quamuis non ſit omnino ſimile, quia iſte ultimus peccaret mortaliter propter irreuerentiam factam ſacramento, non primus. Et ſi quæratur

E *Feſtum.*

utrum in die feſto debeant abſtinere? Reſpondetur ꝙ conſilium eſt, ut orationibus magis uacarent & deuotioni. 1. Cor. 7. Nolite fraudare inuicem, niſi ad tempus & ex conſenſu, ut uacetis orationi. Maximè autem deberent uacare, quando recepturi ſunt aliquod ſacramentum, & ſingulariter euchariſtiam. ſi enim Exo. 19 iubẽtur filij Iſrael ſancti ficari. i. ab uxoribus abſtinere, ut in diem tertium parati eſſent ad dignè ſuſcipienda Dei mandata, & ad uidenda miracula eius: quanto magis qui ipſum Deum ſuſcipiunt in ſemetipſis? Sic mundos a mulieribus & a contactu earum legimus pueros Dauid, quando Abimelech dedit eis panes propoſitionis, quanto magis qui ad ueritatem illius figuræ accedunt? Vnde Eccl. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, ſcilicet tempus orationis & ſolemnitatum. Non tamen dico ꝙ mortaliter peccent, fortem poſſet eſſe ueniale peccatum propter minorem feruorem ad tantum ſacramentum, ſi nihil aliud inueniretur. Credo tamen ſacerdotem qui accedit poſt carnalem commixtionem ad ſacrificandum peccare mortaliter, quia non eſt in eo tanta deuotio, aut reuerentia, ſicut ad tractandum illud ſacramentum exigitur. Et ẽt, quia vitium carnis quodammodo obnubilat rationẽ quæ lympidiſſima debet eſſe ad vidẽda ſecreta quæ ſunt in tali myſterio. Et ẽt, quia talis vadit ad intercedendum pro populo meliore ſe, & etiam quia ridiculum eſt poſtquam tractauit filium veneris, tractare filium virginis. Si tamen ſibi incumberet neceſſitas, vt puta, quòd eſſet dies Paſcæ in quo neceſſe habet populo miniſtrare ſacramenta, vel etiam periculum ſcandali perſonæ ſuæ, non dico ꝙ tunc mortaliter peccaret. Secundo dico, ꝙ conſulendum eſt coniugibus in ſolemnitatibus & tempore afflictionis & ieiunij ꝙ abſtinerẽt, iuxta illud Iohel. 2. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Vnde in arca Noæ ingreſſi ſunt viri ſeorſum, & mulieres ſeorſum: mixtim autem egreſſi ſunt, quia tempore afflictionis non eſt vacandum amplexibus, ne vobis dicatur illud Mat. 11. Lamenta-

Vtrũ in die feſto coniuges debeant abſtinere ab actu matrimonij

tauimus uobis,& non planxiſtis. Inde Vrias optimus miles.2.Reg.11. Quãdo alij in pugna contra inimicos laborabãt, maximè cum arca Dei eſſet in tabernaculis & in periculo hoſtium, noluit etiã ad præceptum Dauid vacare vxoris am plexibus. Zach.12.In die illa erit magnus planctus in Hieruſalem, & plangent familiæ ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſum. Vnde & filijs Iſrael tranſituris Iordanem in terra inimicorum ſuorum. Ioſuæ.3. præcepit Ioſuæ.ſanctificamini, ideſt abſtinete vos ab vxoribus. Tertius actus matrimonij eſt qui impetuoſus eſt, ſed illicitus & malus, & iſto modo pluribus modis fit. Primò,quando alter eorum quærit delectationem in actu matrimoniali extra limites matrimonij, ſic ꝙ paratus eſſet idem facere cum vxore etiam ſi non eſſet coniunx,& hoc modo eſt mortale peccatum. Vnde gloſ.1.Cor.7.Omnis vehemens amator propriæ vxoris,adulter eſt.Similes enim ſunt talium concubituum voluptates his quæ capiuntur de meretricum amplexibus. Secundò dicitur impetuoſus,quando fit cauſa ſatiandæ libidinis, & homo ad hoc ſe prouocat per incentiua luxuriæ vtendo calidis ex induſtria, & mulier per blanditias meretricias,vel per alium modum huiuſmodi actum quaſi a ſe exigunt propter ſatietatem delectationis, & hoc non eſt ſine peccato.Tertiò,quando fit concubitus contra naturalem vſum,vel extra vas debitum, & hoc modo ſemper eſt mortale peccatum grauiſſimum,quia proles ſequi non poteſt,& intentio naturæ totaliter fruſtratur.Vnde ſecundum Guil.Pariſ.clamor Sodomorum aſcendit ad Deum, non ſolum peccati vindictam quærentis,ſed etiam naturæ vim & violentiam patientis in re nefaria,& in ſui abuſione. Patientis inſuper contumeliam in tantæ abominationis inquinatione, & iacturã in tanta ſui fructus damnificatione. Si propter ſemina cuſtodienda in agris armantur agricolæ fundis & lapidibus,arcubus & ſagittis, vt coruos & cornices a deuoratione ipſorum arceant & effugent: quanto fortius aduerſus iſtas belluas peccatorum perdentium ſemen hu manum?non eſt mirum ſi aſcendat ſurſum clamore naturæ. Et iſtud vitium maximè diſplicet Deo in propria vxore. vnde Aug.lib.de bono coniugali. Cum naturalis vſus quãdoq; prolabitur vltra pacta nuptialia .i. vltra propagandi neceſſitatem, venialis fit in vxore, in meretrice damnabilis. Ille verò qui eſt contra naturam execrabiliter fit in meretrice,ſed execrabilius in vxore. Nonnulli tamen plus delectantur in illis illicitis amplexibus, quàm in licitis, quia hoc eis prohibitum eſt. Prou.9. Aquæ furtiuæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuauior.i.inuſitatæ voluptates,vel prohibitæ delectationes. Vel fit in vaſe debito, ſed ꝯ naturalẽ modum: vbi tamen diſpoſitio corporis bene ſuſtineret naturalem modum, & tunc ſemper eſt peccatum, licet non ſemper mortale, niſi tamen propter periculũ ſuffocandi fœtum ita fieret,& adhuc ſaltem eſt veniale peccatum. Vnde 1.Theſ.4. Sciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in omni ſanctificatione & honore. Et hoc modo multi in matrimonio peccant de quibus Sap.4. Neq; nuptias mundas iã cuſtodiunt. Quartò,quando quis accedit ad impregnatam vicinam partui,vbi timor eſt de aborſu. Tales enim peiores ſunt pecoribus Orige. ſuper Gen.Pecora ſciunt cum conceperint vltra non indulgere maribus copiam ſui. Et ſi dicas ꝙ in hoc Sarraceni melioris ſunt conditionis quàm Chriſtiani, quia plures habent vxores, vt non accedant ad prægnantes:ſicut agrorum pluralitas neceſſaria eſt agricolæ, vt cum ſeminauerit in vno agro,poſtea ſeminet in alio,& non ſit agricola ocioſus,cum etiam tempore illo non poſſet abſtinere. Ad quod reſpondeo,ꝙ Sarraceni contra pręceptũ domini agunt, qui talia matrimonia illegitimauit, & ſufficeret pro ſoluendo argumento auctoritas Dei. Dicitur tamen ſecundò, ꝙ licet poſſint ſeminare in multis agris, tamen proles non erit ita bona nec robuſta propter viam generandi in multis diſperſam, nec etiam eis ita bene poteſt prouideri. Dicitur

tertiò,

A Matrimonium. De multiplici actu matrimonij illicito.

Sodomorũ vitiũ grauiſſimum.

B Vxor. Non eſt melius Sarracenis habẽtibus plures vxores quã Chriſtianis tantũmodo vnã habẽtibus.

tertiò, quòd mulier aliquando multo tempore abſtinet, quo cuſtodit virum infirmum, vel cauſa peregrinationis ipſo agente in remotis: & tamen vir tempore puerperij dicit ſe non poſſe abſtinere ab ea quod falſum eſt. Quintò, quando nimis frequens eſt coitus, qui periculoſiſſimus eſt. Primo propter periculum infæcũditatis, vt patet in meretricibus, quia ex ardore concupiſcentiæ ſemen conſumitur, & aliquando fluit. Secundò, quia exinde abbreuiatur vita, vt patuit in Salomone, qui quamuis eſſet. 51. annorum, tamen dicitur ꝙ mortuus eſt ſenex: & ſimiliter ſecundum Ariſt. lib. de longi. & bre. vitæ. paſſeres propter frequentem coitum ſunt breuis vitæ. Si enim qualibet die in aliquo agro ſereremus arua, nunquam ad fructus maturitatem peruenirent. Vnde & quandoque inter ipſos amplexus extinguuntur. Exẽplum de principe Tarentino, qui cum ollam Vulcani reſpiceret magis ſolito fauillas & flamma emittere in altũ, dixit ꝙ in inferno locus præparabatur alicui potenti, quo illuc debebat accedere. Nocte autem inter brachia meretricis inuentus eſt mortuus, ſtans ſuper meretricem: adeo vt illum multo tempore portauerit meretrix mortuum ſuper ſe. Ille fuit propheta ſuæ miſeriæ & calamitatis. Hæc Petrus Damianus. Sed poterit quis dicere. Vxor mea eſt, poſſum vti re mea iuxta voluntatem meam. Dicitur ad hoc ꝙ hoc non eſt verum. Neque enim debet quis abuti re ſua, nec ea vti niſi ad finem ad quem ordinata eſt, ſicut quis vti debet cultello ad ſcindendum panem, & ſi eo percutiat abutitur. Vnde & propter abuſiones coeundi inductum eſt diluuium. Ait enim Ioſephus lib. 1. de antiquitatibus. Sexcenteſimo anno mulieres in veſaniam verſæ ſupergreſſæ viris abutebantur.

Coitus nimia frequentatio mala.

Sermo 9. de eodem per thema vt prius.

C

Nuptiæ. Conueniẽtia multiplex in ter nuptias carnales & ſpirituales humanitatis cum diuinitate.

INter Chriſtum & humanitatem noſtram factum eſt celebre matrimonium, dum Rex ancillam ſuam, creator creaturam, Deus hominem aſſumpſit. Quod quidem matrimonium per carnale multipliciter figuratum eſt. Primo quia ſicut in matrimonio carnali facta eſt coniunctio diuerſorum ſexuum in vnum animum, ſic in Chriſto vna duarum naturarum diuinæ, ſ. & humanæ in vnam perſonam. Secundò, quia ſicut per matrimoniũ fit vnio indiſſolubilis vſq; ad mortem, ſic per hoc matrimonium ita indiſſolubiliter iuncta eſt diuinitati humanitas, vt etiam nec morte potuerit ſeparari. Tertiò vt ſicut in matrimonio fit exultatio & lætitia parentum congratulantium, ſic in nuptijs iſtis lætati ſunt Angeli cantantes gloria in excelſis Deo, lætati paſtores, ſed & Magi cum muneribus cucurrerunt ad Regales nuptias. Quartò, quia ſicut carnale matrimoniũ promiſſione fidei initatur, ratificatur mutuo conſenſu, & conſummatur in accubitu, ſic matrimonium illud initiatum fuit in Patriarchis & Prophetis vnde & Oſeæ. 2. promiſit dominus. Deſponſabo te mihi in fide. Secundò, ratificatum fuit in incarnatione, quando mediator Archangelus Gabriel, & quaſi notarius exegit conſenſum Virginis pro natura humana quæ dum conſenſit dicens, Fiat mihi ſecundum verbum tuum, ſubitò Dei verbum vnitum eſt noſtræ humanitati. Quod figuratum fuit in matrimonio Rebeccę, quæ per procuratorem Abraæ Elyezer deſponſata eſt Iſaac, nec alteram vnquam cognouit, ſed eam valde dilexit. Tertiò, conſummatum fuit in accubitu crucis, vbi clamauit cõſummatum eſt, quia ibi pleniſſimè oſtenſa eſt immenſitas dilectionis eius: & ſacramenta exinde fluxerunt: vnde quotidie filij naſcuntur eccleſiæ. Quintò, quia ſicut in carnali coniunctione mater ſpõſæ communiter præparat thalamum & ornat lectum ſponſi & ſponſæ: ſic virgo mater eccleſiæ, & mater ſponſi Chriſti præparauit thalamum ſuum dans conſenſum, vt in ſuo vtero verbum caro fieret, & de vtero ſuo tanquam de thalamo procederet. Ad thalamum igitur ſponſi diuertamus, dicentes. Aue.

D

Puellæ.

Quia de tribus bonis matrimonij iã dictum eſt, nũc reſtat informare puellas qualiter

De capello honeſte conuerſationis puellarum.

qualiter ante matrimonium debent honeſtè conuerſari. Conuerſabuntur autẽ honeſtè ſi ſeptem florum.i.ſeptem virtutum capellum qui beatæ virginis Mariæ dicetur capellus, in ſua conuerſatione gerant. Multi enim ſæpe dant puellis peſſimum capellum ad malas ſtrenas earũ, & frequentius ſine cauſa, & cum iniuria maxima, & tales tenentur ad reſtitutionem, & confeſſores debent de his rebus eſſe ſoliciti ad inquirendum, & de reſtitutione ordinandum. Itaque puellę honeſtę debent portare honeſtum capellũ virtutum: & ſic erit eorum honorabile connubium, & thorus immaculatus.

E Virginitas. Quõ virginitas puellarũ matrimonio dedicãda eſt.

Primus flos huius ſerti eſt lilium virginitatis & mundiciæ: quod ita dilexit dominus in Maria, vt non niſi de virgine voluerit naſci. Et propter hunc florem cum ornamentis decentibus debet duci puella uirgo ad eccleſiam, non alia. Debet enim ornari virtus non vitium, Dei donum, non diaboli commertium. Et in multis locis etiam puellę virgines talem ſequũtur cum apparatu honeſto, qui virginitatem vſque ad matrimonij ſacramentum conſeruauit. Eſt enim (vt dicũt doctores) duplex virginitas. Quędam quę ſoli Deo ſeruatur, & hęc uirginitas eſt pulcherrima uirtus. Alia ẽ quę non Deo, ſed homini propter Deum ſeruatur, vt eam .ſ. inueniat homo virginẽ ĩ matrimonio ordinato ad cultũ Dei: & hæc eſt pulcherrima conditio quam debet habere puella. Primò, quia quando quis vult ire aut morari in aliqua patria remota, & ibi perpetuam facere manſionem: multum libenter diſcere ſolet modum patriæ. Si ergo per ordinem matrimonij vult ire puella in cœlum, oportet modum illius patriæ addiſcere. Modus autem viuendi in patria cęleſti eſt puritas. Apoc.21. Ciuitas illa aurum mundum, ſimile vitro mundo: & nihil inquinatum intrabit in illam. Ideo Tob.3. dicebat Sara. Mundam ſeruaui animam meam. Propter quod debet puella maximè ſtudere puritati & mundiciæ. Et ideo caueat ne ſe permittat contrectari a iuuenibus, quia lilium quamuis pulchrum, ſi tamen contrectetur manibus, ſtatim marceſcit & fœtet. Sic virginitas contrectata manibus iuuenum. Catos.n.ſæpe contrectatus vilem habet pellem, ſic puella ſæpe contrectata vilem famam.

A Oſculũ. Quæ oſcula puellarum ſunt peccata, & quæ non.

Et ſi qua filia ſic contra voluntatem ſuam tangeretur, debet ſpuere in faciem illius qui eam contrectat, vel altè clamare ad mortem, ita vt ab omnibus audiatur. Et ſi quæratur an omnia oſcula quibus virgo maritanda oſculatur, ſint peccata? Dicitur ꝙ oſculum poteſt fieri multipliciter. Vno modo propter conſuetudinem ſicut inter nobiles vnius prolis. Alio modo propter delectationem honeſtam, ſicut contingit inter ſponſum & ſponſam, vel ſicut fit in eccleſia capiendo pacem poſt presbyterum, aut propter amorem naturalem: ſicut mater filio, aut propter inordinatam concupiſcentiam. Primi caſus poſſunt licitè ſalua honeſtate & mala occaſione fieri, ſed non quartus, in quo inimicus tendit laqueos ſuos ſub ſpecie boni, ita vt aliquando deterius contingat, quam comedere carnes in die veneris. Exemplum de Didone quæ per oſculum Syluij Eneæ cecidit in ſuum amorem turpem, & conſequenter in mortem. Talia oſcula ſunt incentiua luxuriæ & gallico ſermone, allumettes de ſouffre, quæ inflammant cum parua occaſione. Et ſi quęratur, quod eſt oſculum honeſtum? Dico ꝙ tale quod fieri poteſt in publicũ ſicut in eccleſia. Alia oſcula ſunt periculoſa, a quibus ſanctæ puellæ ſe cuſtodire debent, exemplo illius de quo Hiero. contra Iouinianum ſic recitat. Duillius qui primus Romæ nauali prælio triumphauit, ſenex & trementi corpore in quodã iurgio audiuit ſibi exprobrari os fœtidum, & triſtis ſe domum conferens, Biliæ vxori ſuæ pudiciſſimę queſtus eſt, quare ſe nunquam monuiſſet vt huic vitio mederetur. Feciſſem (inquit illa) niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Hęc enim mulier in oſculis ſobria erat.

B Puella. Sex a quibus abſtinere debet puella.

Secundò cauere debet puella a ſcripturis, nuntijs, & macquerellis, & a muneribus eorum. Non enim pudica eſt, quæ cum mercatricibus, vel ſui, vel ſuorum habitat. Libenter quippe ſibi inuicem obuiant

obuiant

obuiant mercatores ad tractandum de mercantijs ſuis. Sicut.n.piſcatores aliquando perturbant aquam & ſolicitat, vt citius piſces capiantur, ſic iſte vetulæ muneribus,& ſcriptis,& verbis puellas ſolicitant, & perturbant matrimonia: & per talia munera excæcant virgines ad ſe perdendum. Recitat Ouidius.4.Metamor. ꝙ Daphnes filia Acriſij auro fuit corrupta. Debet enim ſancta puella omnes tales cum improperio reijcere,& munera quaſi venenũ reſpuere,ſicut fecit illa cui per ſuum fratrem miſſum eſt a lenone ſertum de floribus:quod ſtatim proiecit in latrinas præſente fratre. Tertiò,caueat puella ne loca ſecreta ſine honeſta ſocietate ingrediatur,propter quod.2.Reg.4. Thamar cum eſſet virgo, & difficile ſibi videretur ꝙ frater ſuus quicquam inhoneſtum ageret cum ea, aut etiam de ea cogitaret ingreſſa ad eum ſine arbitris corrupta eſt.Sicut enim ſecundum Plinium. Scorpius virgines acrius pungit quàm corruptas, ſic diabolus toto poſſe debachatur in puellas & virgines, vt eas decipiat & perdat. Quartò, ꝙ non quærat apparere pulchra in conſpectu hominum, ſed Dei ſolius. Non.n.propter hoc melius maritabitur. Nam non quęſiuit Heſter ornatum muliebrem,& tñ habuit honeſtiſſimum matrimoniũ. Contra multas quæ quærunt ornatum ad impudicitiã. Thren.1. Virgiens eius ſquallidæ.Et ex hoc vel sũt tetę diaboli ad capiendum incautos, vel ex pigmentis,aut picturis deformes in vultu. Vnde Prou.11. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra & fatua: quia ſicut ſus gemmam vel circulum aureum geſtans in naribus vbique circumuoluit in luto,ſic mulier fatua pulchritudinem ſuam in luto luxuriæ vbique deturpat. Quintò, caueat ſocietates & amplexus fatuorum. Ex talibus enim paruis peccatis ventum eſt ad magna, & ex amplexibus ad concubitum,& tunc miſera puella dũ perdidit theſaurum virginitatis diffamatur,& ſic ei carè venditur delectatio.Similis.n.ex ſcabioſo,cuius ſcabies & prurigo mentitur ſuauitatem in ſcalptione, & in cutis ſuæ laceratione: cum tamen poſtea multum doleat pluſquã delectatus ſit.Et ideo debent puellæ illos amplexus fugere. Exẽplo illius qui cum cuidam confeſſori lachrymabiliter cõfiteretur, nec auderet peccatũ ſuum confiteri præ lachrymis & ſingultu, cum difficultate potuit ab ea obtinere vt diceret illud.Confeſſa eſt autem ꝙ cum quidam presbyter vellet eam oſculari,vnguibus vultum eius attriuit. Cui confeſſor, & ego do tibi in pęnitẽtia ꝙ prima vice ſi non deſiſtat crepes ei oculum. Sed quærit Iacobus de Viterbio, an fęlicior ſit mulier nupta, quàm virgo nuptura. Hoc eſt utrum caſtitas mulieris in matrimonio ſit laudabilior quam caſtitas mulieris nupturæ. Ad hoc reſpondetur, ꝙ virgo quæ propoſitum habet non nubendi, ſine dubio fęlicior eſt,quàm mulier nupta,de hac non quęritur.Si autem nuptura nuptę comparetur, dicitur ꝙ nupta fęlicior eſt ſecundum Aug. Dicit.n.ſic. Fęlicior mihi videtur mulier nupta,quàm virgo nuptura. Habet enim illa quod iſta adhuc cupit,præſertim ſi nondũ vel ſponſa cuiuſquam ſit. Illa vni placere ſtudet cui data eſt: Hæc multis interea quorum vni danda eſt.Hæc pudicitiam cogitationis defendit a turba: hęc non adulterum, ſed maritum quærit in turba. Dicitur ſecũdò,ꝙ virgo nuptura quo ad aliquid fęlicior eſt, inquãtũ adhuc habet id qđ eſt materia potioris virtutis, ſcilicet caſtitatis virginalis,ſi a propoſito nubendi deſiſtat. Secundus flos huius ſerti eſt Martia viola quæ dicitur verecundiæ, quia ſicut viola quæ vulgo dicitur viola Martij,tendit caput deorſum, ſic verecunda puella capite demiſſo debet incedere non collo extento, quia Eccl.26. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris eius agnoſcitur, hoc eſt inuerecundia mulieris ſignum eſt fornicationis. Difficile.n. ſeruatur caſtitas, ubi non eſt verecundia. Secundò, q̃a talis flos eo ꝙ pẽdet deorſũ apparet pulchrior,ſic ornat⁹ puellę ẽ verecũdia.Eccl.7.Gratia verecũdiæ eius ſuper aurũ.Si.n.puella per villam incedat,

C Nuptiæ. An fælicior ſit mulier nupta q̃ virgo nuptura.

D Verecũdia. De verecũdia puellarum.

S pro-

procedere debet non oculis erectis aut lętis,ſed vultu demiſſo in terram, vt in ea appareat nobilis illa paſſio verecūdia, qua maximè ornatur virgo. Quæ verò incedunt extento collo,communiter diffamantur. Et ſicut deturpatur mulier a qua capilli publicè auferuntur, qui ſunt ornatus capitis earum: ſic mulier a qua verecundia aufertur. Vnde Eſa.3. Pro eo ꝙ eleuatæ ſunt filiæ Syon,& ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorū ibant, decaluabit dominus verticem filiarum Syon, & crinem earum nudabit. Tertiò,quia talis flos eſt medicinalis, ſic verecundia eſt medicina contra omne peccatum: ita ꝙ ea amiſſa, nullum plus contra vitium manet remedium. Hiere. 3. Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Quamdiu enim Samſon capillos habuit, omnia vincula faciliter rūpit. Sic quamdiu verecundiam quis habet,facile frangit tentationes vitiorum, & maximè carnis,quæ ſunt multum viles. Vnde verecundia lampas eſt pudicæ mentis iugiter lucens:vt nihil in ea turpe aut indecorum reſidere attentet: qđ non ilico prodat. Si enim ſe occultabat menſibus quinque Eliſabeth de partu ſuo erubeſcens, magna eſt mulierum impudentia, quæ nec partus fornicarios erubeſcunt. Sicut enim Samſon cum crines amiſit, omnem virtutem perdidit (Perſona enim verecunda caput & faciem operit ſicut crines operiunt) ſic cum mulier amiſit verecundiam, perdidit omnem virtutem. Et propter hanc inuerecundiam fiunt garrulæ & verboſæ: & ſingulariter loquaces verborum vilium & accedentium ad luxuriam: de quibus dicitur in perſona impudicæ mulieris. Prouer.7. Irretiuit eum multis ſermonibus. Non ſic Maria quæ hoc verecundiæ flore erat ornata, quæ in ſacra ſcriptura non legitur, niſi ſeptem uerba loquuta, quæ etiam ad ſalutationem Angeli turbata erubuit. Vnde Amb. Trepidare virginum eſt,& ad omnes pauere viri affatus. Ber. Solent virgines quæ vere virgines ſunt, ſemper pauere,& nunquā eſſe ſecurę:& vt caueant timenda,& tuta pertimeſcere, ſcientes ſe in vaſis fictilibus theſaurū portare pretioſum. Propter quod quicquid nouum,quicquid ſubitum ortū in fuerit: ſuſpectas habet virgo inſidias, totum contra ſe exiſtimans machinatum. In prima mulier non erubuit loquelā ſerpentis, ſicut multæ puellæ venenoſorum hominum non erubeſcunt impudica verba. Non ſic Maria, quæ etiam Angelum in humana forma erubuit. Vnde Eccl.26. Donum Dei mulier tacita & ſenſata. Tertius flos ſolſequium diligentiæ. Habet enim gallico ſermone flos ille nomen ſolicitudinis. Ideo puella debet eſſe diligens, & laborioſa colo,vel lanificio vacans, ſicut recitat Policraticus de Auguſto Cæſare,qui omnes filias ſuas ne torperent ocio lanificas fecit. Et hoc ideo debet fieri, vt prudenti mulieri aſſimiletur. de qua Prou. vlt. Panem ocioſa non comedit. Mulier enim quæ in domeſticis rebus cuſtodiendis,& aceruandis, & augendis diligentiam adhibet, ædificat ſibi domum & famam. Vnde in loco allegato ſtatim ſubditur. Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerunt, vir eius & laudauit eam. Et tales communiter inueniunt bonum matrimonium. Non ſic diſſipatrices bonorum ocioſè, quærentes ornatum ſuum & non domeſticam vtilitatē. Secundò, quia per hoc fugiuntur tentationes. Vnde Ouidius. Ocia ſi tollas, periere cupidinis artes. Eſt enim differentia inter cœlum & terram, quia terra ſemper immobilis, cœlum verò inceſſanter mouetur. Sic mulieres, & puellæ deditæ terrenis voluptatibus ocioſæ ſunt, quæ verò ad cœleſtia tendunt, ſemper operantur. Ideo matres ab infantia debēt ſemper eas ad operandum inducere, vt ſicut creſcit ætas, creſcat & labor, ne fortè cum ad coniugium venerint, vbi debent eſſe ſolicitæ de rebus domus, ſicut nihil didicerunt in paterna domo facere, ſic nihil ibi velint. Sicut de illa legitur, quæ fuit vxor cuiuſdam Ducis Venetiæ, quæ delicatè & ocioſè nutrita dedignabatur (vt īquit Petrus Damianus) balneari communibus aquis, ſed laborioſum balneum de rore cœli vndique ſibi collectū parabatur,& cibos non tangebat,

E Puella. De diligentia puellarum.

gebat,ſed fuſcinulis aureis ori ſuo adhibebat poſtquam per eunuchos in fruſta conciſi erant, & cubiculum eius vndiq; aromatibus olebat. Sed diuina vltione corpus eius totum cóputruit:ita vt nullus illam ferre poterat, & ſolum ei remã ſit vna ancilla non ſine ſpecierum redolentium auxilio, quæ raptim accedens, curſim recedebat: & ſic amicis ſuis lætantibus diem clauſit extremum. Hunc florem habuit Maria, quãdo iens in Aegyptum,& rediens dominum Ieſum nutriebat,quando cum feſtinatione & diligentia pergens in montana Eliſabeth ſubſeruiebat.Et ſic exemplo illius diſcãt puellæ diligentiam. Quartus flos armeria modeſtiæ in geſtu & inceſſu. Ille.n. flos in domo & caueis hyemis tempore cuſtoditur,qui vulgo appellatur oeillet. Sic debet eſſe puella domi quieta,nec euagari extra domum. Virginitas enim theſaurus eſt in agro corporis poſitus, q propter eius precium & latrones inſidiantes,debent abſcondi,cum etiam vas fictile & terreum ipſum contineat. Et ideo de facili frangi põt,ſed nõ de facili reparari.Amos 5. Cecidit virgo Iſrael, non adijciet vt reſurgat. Si enim reſurgat per pœnitentiam ad meritum, non tamen per decentiam ad ſtatum, & cum frangitur, non ſolum perditur ille theſaurus, ſed etiam honor,qui eſt ſtimulus puellæ ad bené operandum: & quo perdito,perditur omnis voluntas bene agẽdi. Eccl.42. Filia patris abſcondita eſt, ne quando polluatur in virginitate ſua. Vnde a quodam tempore Anglorum Pariſius exiſtentium petitum eſt ab Anglicis an erat Gallicus an Angelicus, ou quoy. Reſpondit ſe eſſe quoy .i. quietũ, nec curare de eorum ſectis varijs. Sic puellæ de rebus extra domum & rumoribus curare non debent, ſed debent in domo quieté eſſe. Semper enim hyems eſt quæ ſi florem virginitatis inueniat extra domum, ſtatim congelat & deſtruit. Et ideo cauere debent puellæ ne domum ſine materna licentia exeant, & ſi exeant cito pergant, & quaſi in tranſitu, & vultu demiſſo in terram ne in ſe

A Modeſtia. De modeſtia puellarum.

incitent viles amores, & ſi non pereant, ſaltem alijs cauſa perditionis non exiſtant,vt legitur de Dyna.Gen.34. Quæ volens videre mulieres illius regionis egreſſa inde fornicata eſt,& ſui,& aliorũ cauſa perditionis extitit: ita vt poſt hoc in ſcriptura nec nomen, nec generatio eius deſcribatur,nec finis. Vnde & Canti.2. Abiecerunt in terra capita ſua virgines Iuda. Vinum enim multum commotum ſemper commiſcetur fæcibus ſuis, ſic puella per vicos gradiens ſæpe aliquid fęcis & luxurię habet. Et pręcipuè ſaltatrix in vicis, quę nihil aliud quęrit niſi ſaltare publicè & cantare.Et propter hoc inſtrumentum cantus appetitur a ſtultis.i.ipſa mulier cantans. Vnde Baſilius.Plerunque minus cauti dum libenter muſicum audiunt ſenſum, eo adducuntur vt non iam muſicum,ſed viſibile inſtrumentum diligant, per quod perita muſici modulatione fruantur. Atque ideo neceſſaria ſumma exactiſſima diligentia obſeruandus eſt virgini auditus & viſus: ne clam fortè & ipſi ſubrepatur,vt pręloquente anima inſtrumentum per quod illa loquitur diligat. Sunt enim tales ſimiles Gallicę au bedon des ſuyſſes, qui dum canit omnes poſt illum exeunt & diſcurrunt. Sic ſaltatrix vna, dum canere incipit in medio vicorum, omnes alię inſiliunt. Et tunc ad ſibilum eius capitur miſeri, & cum miſera contrahit,& ſic filia Babylonis miſera. Et propterea debet mater eſſe ſolicita ſuper filiam ſuam, ne de viſu perdat eam, ne ad aliquem locum pergat ſine ea. Vnde Hiero.ad Athletam. Si quando ad ſuburbana pergis, domi filiam non relinquas, ſciat ſine te, nec poſſe viuere.Hũc florem bene obſeruabat Maria. quando clauſa morabatur in domo cum Angelus ad eam acceſſit, & ſi quando egreſſa eſt foras cum feſtinatione ibat,& in domo morabatur clauſa, ut patuit in uiſitatione Eliſabeth.Quintus flos eſt geroflea humilitatis, quę florem apertum habet uerſus cęlum, clauſum uerſus terram. Sic humilitas aperta eſt uerſus Deum clamans ei imple ſaccum meum,

B Humilitas. De humilitate puellarum.

de terrenis nihil curans neque gloriam eorum appetens. Sicut autem gemma bene ſedet in auro, ſic humilitas in corde virgineo. Nec melius cuſtoditur ignis charitatis & ſancti amoris quàm in cinere humilitatis. Et hunc florem intantum habuit Maria, ꝙ propter hunc florem carpendum Rex cœlorum incarnatus eſt in ea. Et ideo non ſint puellæ iactatrices diuitiarum ſuarum, pulchritudinis vel nobilitatis. Heſter propter humilitatem eleuata eſt ad matrimonium regium, & vaſti propter ſuperbiam depoſita. Debet enim eis ſufficere ꝙ ornatę ſint interius virtutibus & donis Dei, nec de exterioribus multum curare debent: ſicut fatuæ virgines quæ habebant lampades ad extra multum benè politas, ſed intus vacuæ erant puritate: & ideo repulſę ſunt a nuptijs ſponſi. Inter omnia enim debet timere maritus, nè ſponſam habeat ſuperbam: quia illud eſt omnium malorum & iurgiorum occaſio, quando ſcilicet mulier vult uincere verbis & iniurijs maritum, & capite ſuo totam domum exturbat. Ideo debet dicere bonus maritus illud. Pſalm. 35. Non veniat mihi pes ſuperbiæ, ideſt mulier ſuperba non ponat pedem in domo meã. Prouerb. 13 Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: immo ſæpe ſuperba uxor cõtra ſuperbum maritum de nihilo rixatur. Vnde cum vir & vxor de foro uenirent, coram ipſis tranſiuit lepus. & cum capere vellent euaſit. Tũc maritus, quàm pinguis erat lepus ille. Si ſæpiſſemus eum, comediſſemus eum frixum cum cepis & eius ſanguine. Tũc vxor, libentius comedo cum pipere, immo dicit vir melius eſt comedere cum brodio. Certè ait mulier melius erit cum cynnamomo, & ſic litigabant ad inuicem de lepore currente per campos.

Superbia vitiũ eſt grauiſſimũ.

C

Diſciplina.

De diſciplina puellarum.

Sextus flos eſt roſa alba diſciplinæ, quæ ideo alba dicitur, quia diſciplina mundam reddit animam. Et ideo dicitur roſa, quia ſpinam auſteritatis ſecum habet annexam. Habet enim diſcipliña duritiam quandam coniunctam, ſicut roſa ſpinam. Hunc florem habuit Maria toto tempore uitę ſuę uacans ieiunijs & orationibus. Sic exemplo eius debet filia diſciplinabilis eſſe, ut audiat diſciplinam matris ſuæ, non capitoſa vt multæ ſolẽt eſſe, quæ non loquuntur matribus vel etiam uiris ſuis, & nulla diſciplina flecti poſſunt. Debet aũt mater eſſe magiſtra & doctrix diſciplinæ, non mundi, nõ ſaltandi, non chorizandi, ſed Dei: docendo filiam verbo & exemplo, quomodo impoſterũ debeat viuere, quõ ad ſacramenta eccleſiaſtica debeat accedere, & maximè ad matrimonij ſacramentum. Quia enim multæ ad illud ſacramentum accedunt ſicut beſtiæ, ideo in matrimonio viuunt ſicut beſtiæ. Secundò, debet eſſe electrix operis illius, ideſt eligere & facere opera ſanctã coram filia, vel etiam filijs: quia cõiter dicitur: qualis mater talis filia. Vnde Chryſoſt. Si quæris coniugẽ & ignoras an bona ſit an non, reſpice ad matrem qualis ſit, quia talis eſt filia. Filiæ enim communius matres imitantur eo ꝙ magis cum eis quam cum patribus conuiuant. Non dico tamen, ꝙ ſi videãt matres malè agere, ꝙ eas imitentur. Vnde in vitis patrum, quædam filia habuit patrem optimum, matrem verò voluptuoſam & malam. Patre & matre mortuis, cogitabat quẽ illorum ſequeretur, & quaſi ad matrizandum declinabat per viam latam. Et ecce nocte in ſomnis rapta eſt, & ducta per Angelum ad domum tenebroſam plenam igne & pice, & fœtore, & terribilibus ethiopibus ſuper fornacem volitantibus, & deorſum aſpiciens vidit matrem ſuam demerſam vſque ad collum ſtridentem, & multum vermium in pectore ſferentem eum vlulatu clamantem. Hei mihi filia, ecce propter paruam libidinem & exiguas delicias quanta exoluo tormenta. Tranſlata deinde in alium locum vidit multitudinem candidatorum hominum in maxima lætitia & loco amœniſſimo, inter quos vidit patrem ſuum. Cui pater, ecce filia ſi uolueris venire mecum, uide ut ſequaris ueſtigia mea. Quæ, euerſa ad ſe, patrizare ſtudens, religioſiſſimẽ & in magna pœnitentia uixit. Nec debent matres coram pueris in balneis ſe nudas oſtendere, ſi

Filiæ nõ debẽt malas matres imitari.

ba-

habeant pluſquam tres annos, quia licèt tunc nihil mali c[illegible]itent, cum tamẽ peruenerint ad ætatem huius memorabũtur, & grauiter tẽtabunt. Debet ergo filia ſanctam audire matrem, non ſeruos iniquos, vel ancillas gerulas eorum, quæ fiunt in domo. Nec debet mater multum dimittere filiam frequentare aut loqui cum talibus. Recitat Policraticus, ꝙ Octauianus ſcripſit litteras cui dam nobili militi, qui ſine licentia ſua filiam ſuam ſalutauerat, ꝙ non modeſtè geſſiſſet taliter eam ſalutando. Septimus flos eſt roſa rubea deuotionis & pietatis. His enim ornantur altaria. Sic deuotione & pietate ſanctarum puellarum, pro quibus orat eccleſia dicens. Intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Hunc florem ſummè coluit Maria in propria Dei perſona ei obſequens. Et poſt eius mortem perſeuerans in orationibus cum Apoſtolis, & cęteris mulieribus. Sic exẽplo Mariæ deuotæ ſint & piæ apud dominum. In prudentibus.n. virginibus requiritur, ꝙ ſit oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, id eſt oleum deuotionis cum igne amoris. A quibus ſunt fatuæ virgines, & a nuptijs excluſæ. Secundò debent eſſe deuotæ apud Deum orantes, vt habeant obuiũ bonum maritum. Vnde Gene 24. Rebecca pulcherrima virgo, & icognita viro, deſcendit ad fontem, & impleuit hydriam aqua, id eſt ment in deuotione, & ſic inuenit Iſiac Patriarcham optimum & ſanctum maritum. Debent enim puellæ tunc cogitare quæ Dei ſunt vſque quo parentes eis prouideãt. 1. Cor. 7. In nupta virgo cogitat quæ Dei ſunt, dimittens parentibus [illegible] cogitare de ſtatu ſuo, conſiderans, quòd ſunt ea ſapientiores. Debent tamen parentes quærere eius voluntatem, nec contra eius voluntatem debent ei dare ſponſum. Quandoque enim contingit, quòd eſt aliqua cauſa ſecreta, quam nec dicere [illegible], nec tenetur dicere propter quam [illegible] poteſt eam alius habere.

D
Pietas.
De pietate puellarum.

Sermo 10. de eodem per thema ut prius.

SEcundum [illegible] Regnum elõgatum & per[illegible] ad ſucceſſionem propter generis [illegible] dicunriam recuperatur, & fit propinquum per matrimoniũ contractum inter perſonam ſic diſtantem & hominem legitimum talis Regni. Natura autem humana ſecundum animam eſt de genere Dei. Act. 14. Dei autem genus ſumus: ſed per peccatum a Deo & hęreditate eius multum diſtabat, quia Pſ. 118. Longè a peccatoribus ſalus. quæ quamdiu ſterit in recta linea deſcendente a ſtipite Dei, ſcilicet in veritate quæ eſt recta linea: erat Dei capax, & hæreditatis eius. ſicut illi qui ſunt in recta linea regali ſunt capaces Regni. Vnde Sap. 10. Iuſtum deduxit dominus per uias rectas, & oſtendit illi Regnum Dei. Sed obliquauit a veritate & adhuc declinat. Exẽplo viatoris q quando uia eſt recta ſed dura & aſpera, videns ſe iuxta viam mollem & delectabilẽ, per prata florida & amena, declinata via recta ingreditur aliam. Et dum credit pertingere ad terminum, inuenit paſſum arctum & difficilem, quem putans pertranſire præcipitatur in foueam vel lutum. Sic [illegible] uia cœli dura eſt. Pſal. 16. propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui uias duras) declinant ad mundi voluptates, & cum finaliter intendunt ſe reducere ad viam iuſtitiæ rectam ſubito accidit eis paſſus mortis arctus & difficilis, in quo dũ credunt ad Deum redire, ſubitò cadunt in infernum. Iob. 21. Gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos & in puncto ad inferna deſcendunt. Cum igitur natura humana obliquauerit a recta linea, neceſſarium fuit matrimonium inter Dei filium quem conſtituit hæredem vniuerſorum, & naturam [illegible] tam diu exhæredatam, & ſic pro omnibus de ſtirpe humana recuperatum eſt Regnum Dei. Ad hoc matrimonium perficiendũ interceſſit Maria virgo, quæ ẽm Bernardum audita eſt in cauſa generis humani,

A [illegible].
Quare celebratum eſt matrimonium inter filiũ Dei, & naturam humanam.

maledictionem incurrunt,quia maledicuntur,& ab eccleſia eo facto excommunicantur,vt patet in clem. extra de conſan.& affi.c.vnico. Et poſt maledictionẽ eccleſiæ maledicentur a Deo, dicendo. Ite maledicti,vbi legitimè cõiunctis ſecundum ordinationem eccleſiæ dicetur. Venite benedicti.Secundò,valet hæc benedictio ad bonum pacis & concordiæ, ſine quibus nulla in matrimonio bona augentur.Nunquam enim eccleſia apud largiſſimum bonorum omnium largitorem in ſuis precibus repulſam patitur, nec vnquã preces eius vacuæ ſunt. Ideo ad preces & benedictiones ſacerdotũ benedicit dñs cõiugib.& dat eis pacẽ. Pſ. 28. Dñs benedicet populo ſuo in pace.Et Nu.6.Sic benedicetis filijs Iſrael. Et ſequitur. Conuertat dominus vultũ ſuum ad te, & det tibi pacem. Hoc.n. ẽ ex magna Dei gratia ꝙ ſint vnanimes. Pſal.67. Qui habitare facit vnius moris in domo: ſicut ecõuerſo domus eſt diaboli in qua ſunt iurgia eorum,qui debẽt eſſe una caro, & una anima. Vnde ẽm Grãmaticos duplex eſt coniunctio.ſ.copulatiua, & diſiunctiua. Coniunctio.n. copulatiua eſt, qua in amore copulantur,qui matrimonio iunguntur. Sed diſiunctiua eſt eorum qui dum copulantur carne,diſiunguntur animo. Et procedit quandoque hæc diſcordia ab intrinſeco.ſ.ex malitia viri vel mulieris, vel amborum: quandoque verò ab extrinſeco miniſterio vetularum & lenonum:ut patuit de vetula quę poſuit diſcordiam inter uirum & mulierem,quã non potuit antea diabolus ponere in decem annis quod tamen fecit in una hora:ita vt diabolus diceret mulierem magis dignã uocari nomine diaboli, quàm ipſum. Et quia ſecundum Salluſtium. Concordia paruę res creſcunt: diſcordia maximè dilabuntur: ideo, quia hęc benedictio valet ad pacem, ualet etiam ad bonorum temporalium multiplicationem. Prouer.10.Benedictio domini diuites facit.Si enim Patriarcharum benedictio tantum valuit in filijs carnalibus, vt ab eis auferret ſeruitutem, donaret fęcunditatem,multiplicaret temporalem affluentiam, propter quod a liberis eorum tam ſolicitè requirebatur: vt etiam cum dilatu magno peteretur: quãto magis illa principalis benedictio per horũ benedictiones figurata, a ſpiritualibus patribus ſpiritualibus filijs collata hoc conferet abundantius? Eccl.3. Benedictio patris firmat domos filiorũ. Benedictio enim Noe firmauit domum Sem & Iaphet, & pro defectu illius benedictionis penè deſtructa eſt domus Chanaam filij Cham. Et quia iſta proſperitas & abundantia temporalium ſæpe ducit ad malum finem. Mare enim piſcibus dat recreationem, quod tamen animalia terreſtria & beſtias mergit & interimit. Sic proſperitas mundi bonos actiuos benedixit, quæ tamen beſtialiter viuentibus eſt cauſa maledictionis. Et in eadem aqua lignum buxi ſubmergitur,ubi lignum abietis ſupernatat. Et filij Iſrael per mare trãſierũt, vbi Aegyptij ſubmerſi ſunt.Sic in affluentia temporaliũ ſubmergũtur multi & pereunt, q̃ alijs eſt ſalutis occaſio. Vnde de Aegyptijs dicitur Exod.14.Abyſſi operuerunt eos: deſcenderunt in profundum quaſi lapis.Et de filijs Iſrael dicitur, ꝙ aquæ erant eis pro muro a dextris & a ſiniſtris. Ideo hęc benedictio etiam valet ad abundantiam temporalium bonorum ducentium ad bonum finem. Pſal.83. Benedictionẽ dabit legiſlator, propter quod ſequitur. Ibunt de virtute in virtutem:& ſic videbitur Deus Deorum in Syon.Eccl.40. Gratia ſicut para diſus in benedictionibus.Sed dices. Sacerdos malus eſt, quomodo ergo ſua benedictio proderit mihi? Reſpondetur primò, ꝙ hęc benedictio originem habuit ex veteri teſtamento, in quo carnales patres benedicebant coniugia,vt patet de Raguel benedicente in matrimonio Tobię & Sarę.Tob.7.Nunc hęc benedictio ad ſpirituales patres tanquã ad maiores tranſlata eſt, quia Hebrę.7. Quod minus eſt a maiore benedicitur. Dicitur ſecundò, ꝙ ſacerdos non benedicit propria virtute: ſed virtute nominis domini per cuius inuocationem benedicit Deus. Vnde Nume.6.Inuocabi-

E

Benedictio.

Benedictio matrimonialis valet ad cõcordiã & tẽporaliũ multiplicationẽ.

Rerũ tẽporaliũ abundantia ſepe nocet.

Sacerdos malus an benedicere ritè queat, et proſit benedictis.

tis nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis. Vnde Gen. 26. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Gloſſa Hiero. In nomine tuo quod eſt Chriſtus, quia in nomine Chriſti benedicuntur omnes generationes. Et ideo ſi ſacerdos ſit malus, adhuc per inuocationem diuini nominis hęc benedictio ſuum ſortitur effectum: non ꝙ aliquid diuinę virtutis ſit in illa benedictione, ſed quia ei aſſiſtit virtus diuina, vt vult Guil. Pariſ. lib. de fide & legibus. Dicitur tertiò ꝙ cū hęc benedictio ſit quid ſacramentale, & non ſacramentum: ad eius valorē multum confert bonitas & deuotio ſacerdotis, & debita & deuota eius pronuntiatio, & cum hoc deuotio ſuſcipientium benedictionem. Plus.n. valent illa ſecundum doctores ex opere operante, quàm ex opere operato. Et hoc ſit dictum contra ſacerdotes malos & malè proferentes. Tertiò fit hæc benedictio ad ſe conformandum matrimonio, quod per ſe dominus fecit, quando maſculum & fœminam ab initio creauit. Coniunctionem enim eorum ſanctificauit, eoſq; ad benedictionem fœcundauit: ita ut ſicut domino dicente, Creſcite & multiplicamini, &c. in virtute illius benedictionis omnes animaliū ſpecies, & cuncta quæ ſunt ſuper terram uſque hodie multiplicantur: ſic ad benedictionem datam in matrimonio primorum parentum vſque hodie, creſcit humana natura, & multiplicatur: ſicut ad benedictionem panum creſcebant panes in deſerto. Duplex autem dari ſolet in matrimonio benedictio, in ſignum duarum benedictionum quas olim legimus dominum contuliſſe matrimonio. Prima fuit ab initio creationis mundi, & inſtitutionis matrimonij, quando primis parentibus benedixit: quæ quidem repreſentatur per benedictionem quæ fit in ſolemnizatione matrimonij in præſentia corporis Chriſti. Tunc enim dimittit ſacerdos hoſtiam conſecratam ſuper pallam altaris, vt benedicat eis. In hoc oſtēdens illum eſſe præſentem, cuius benedictione factum eſt vinculum matrimonij indiſſolubile. Et hæc eſt principalis & ſolemnior benedictio, quam nullus contemnere debet. Secunda benedictio fuit poſt deformationem matrimonij in reformatione eius poſt diluuiū, qn̄ deformato matrimonio per Lamech bigamū primum, & per coniunctionem filiorum Seth, cum filiabus Cain, induxit dominus aquas diluuij ſuper terrā, & poſt hoc benedixit Noe & filijs eius antequam cū vxoribus ſuis poſt diluuiū inhabitarent. Et hæc repreſentatur per benedictionē thori in qua benedicuntur ambo coniuges, & inuocatur nomē dn̄i ad ꝓlis generationē. Sed obſtant nonnulli dicentes has eſſe adinuentiones ſacerdotum ꝓp lucrum, ideo contemnunt. Sed illa non eſt contemnenda, licet.n. ex decretis nō inueniatur, nec.n. omnia cerimonialia eccleſiæ in eis reperiuntur, habetur tn̄ ex duobus. Primo implicitè ex ſcriptura ſacra, qm̄ hæc benedictio nō ē niſi oratio præueniens primam eorū cōiunctionem carnalem. In ſcriptura ſacra inueniuntur ſancti oraſſe antequā thorum intraſſent, vt patet in Tob. Tob. 8. qui ad Angeli monita ante thorum vacauit orationi. Vnde ait Saræ. Deprecemur dominum hodie & cras. Et ſequitur Filij quippe ſanctorum ſumus, & nō poſſumus ita coniungi, ſicut gentes quæ ignorāt Deum. Vnde Chryſ. Sicut vnigenito in uirginem ingreſſuro præceſſit Spiritusſanctus, vt præcedente ſpiritu in ſanctificatione naſcatur Chriſtus, ſic & ille debet præcedere thorum, vt quod concipitur in ſanctificatione cōcipiatur, & illud iuſtum eſt. Primò, ad repræſentationem illius ſecundæ benedictionis qua dominus in matrimonio contulit. Secundò, ad imitationē ſanctorū patrū qui hęc fecerunt & conſuluerunt. Tertiò, vt initium matrimonij ſicut & finis, domino conſecretur. In antiqua.n. lege primitię & decimæ erant pro parte domini. Offerebantur.n in ſacrificio domini ſpecialiter caput & cauda animalis: decima.n. ſignificat perfectionem & finē. Et ideo primus dies matrimonij debet cum honore agi, & terminari ad honorem Dei: ſicut & vltimus dies eiuſdē .ſ.q in morte alterius eorū terminatur, deſide-

A Benedictio. De duplici benedictione matrimonij: matutina ſ. et ſerotina.

B Benedictio. Cōtra aliquos dicētes benedictionē illam ſacerdotū fieri propter lucrum.

C Benedictio. Quare fit benedictio ſerotina.

deſideratur in Deo finiri. Quartò, quia cōiter in die nuptiarum ſponſus & ſpōſa lętantur cum parētibus, & tardè multū congaudent, adeo vt poſt lętitiam & ingurgitationem cōiter ad lectum procedant ſine gratiarum actionibus: ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. Ideo interuenire debet oratio, & ſi nō coniugum ꝑꝑ alienationem ex voluptatibus pręcedentibus, ſaltē ſacerdotis ad eleuandum eorum mentes in Deū: & ad hoc vt futura proles in domino ſanctificetur. Quintò, quia ſępe extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. Et diabolus tpe quo ſe credit homo ſecurum, maxime vigilat vt faciat ſcandalū ſuper nouellas eccleſię plantulas. Cum.n. filij Zambri cum muſicis inſtrumētis ſecuri lętarent i nuptijs, ſubito irruerūt inimici eorū ſuper eos, & interfecerunt eos, & nuptię conuerſę ſunt in luctū. 1. Mac. 9 Et tpe Noe cum homines epularentur & traderēt ad nuptias, ſubitò venit ira Dei, & tulit oēs Luc. 17. Ideo tunc maximè vigilandum eſt & inſiſtendum orationibus ſacerdotū. Secundo, hoc habetur ex eccleſiæ conſuetudine, quę pro lege tenenda eſt. 12. diſ. c. conſuetudinis. & c. eccleſiaſticarū. & c. in his rebus. Sed & qui contra nituntur contemnētes cōſuetudinem illam ꝑpea, vel quia nō eſt in decretis vel in ſcripturis, errori Bohemorū fauēt, qui cerimonialia eccleſię q̄ ex ſcripturis nō habent ſuperſtitioſa iudicāt De vnoquoq; talium ſcripſit Pſal. 108. Noluit benedictionē, & elōgabitur ab eo. Et quia tales non ſeminant in benedictionibus, nō metent inde fructum benedictum, ſed maledictum & rebellē, qa 2. Cor. 9. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Oportet.n. arborē directè ad ſolē aſpicere. Aliter nō niſi fructū acerbū geſtabit. ſic oportet arborē matrimonij per orationem aſpicere ad verum ſolē iuſtitiæ, vnde procedit omnis illius arboris fructus: aliter portabit fructum malū. Filij .n. precum & orationum, vt Samuel & Nicolaus, fuerunt boni fructus. Quartò, fit benedictio ad fęcunditatem obtinendam. Legimus.n. vxores Patriarcharum

Bohemorum error.

fuiſſe ſteriles: Saram & Rebeccam. Gen. 18. & 25. Et orationibus patriarcharum fęcunditatem a domino impetraſſe. Et de multis alijs in veteri teſtamento legitur, & in nouo de Eliſabeth. In quo edocentur coniuges bonum fęcunditatis a patre miſericordiarum per eccleſię orationes obtinere. Inde eſt ꝙ Anna mater Samuelis ſterilis cum oraret dominum pro fęcunditate, dixit Heli ſacerdoti eam obiurganti. Vtinam ancilla tua inueniat gratiam coram oculis tuis: Gloſ. vt ores pro me ad dominum pro tollenda iſta ſterilitate. Iſta enim oratio vel benedictio ſacerdotis eſt magna, quam quidam friuolam reputant. Vnde ex verbo Heli ad Annam cum benedixit ei dicens, ꝙ dominus daret ei petitiones cordis ſui, vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati, ideſt cecidit omnis triſtitia ex corde & vultu eius & concepit filium prophetam & Deo amabilem. Vnde in vita Sancti Hilarionis legitur, ꝙ mulier quędam currebat poſt ſanctum virum, vt impetraret fęcunditatē per eius benedictionem. Ille verò timens ſpectacula mulierum pręcurrebat. Tunc illa poſt eum fugientem clamare cępit. Cur me deſpicis mulierem, quando ſaluator mundi ſexum illum non deſpexit, ſed in illo dignatus eſt aſſumere carnem? Quo audito ſtetit & benedixit ei, & mulier quod petijt impetrauit. Pſal. Benedixit eis & multiplicati ſunt nimis. Inde Iob. vlt. Benedixit dominus nouiſſimis Iob magis quàm prioribus, & duplicata eſt ſubſtantia eius tam in filijs quam in iumentis &c. Nec ſolum valet ad obtinendum fęcunditatem prolis, ſed etiam bonę prolis. Melius enim eſſet non habere prolem, quàm habere, & non habere bonam, vt propter eius malitiam dicerent parentes illud Luc. 23. Beatę ſteriles quę non genuerunt, &c. Ideo propter reuerentiam benedictionis ſacerdotalis, & ad obtinendum a domino ſanctam ſobolem, conſuluit eccleſia, vt prima nocte abſtinerent a cohabitatione carnali. diſtinctio. 23. cap. ſponſus. & 30. quęſtio. 5. cap. ſponſus.

D Cōtinentia. Eccleſia cōſuluit

Coniuges primano licet conti nere a co habitatio ne carna li.

ſus. Primò, vt oſtendant domino cauſam quam non ignorat, ſcilicet ꝙ non libidinis amore, ſed procreandorum filiorum gratia coniuncti ſunt, qui domino in poſterum erunt famulaturi. Propter quod a thoro repellendi ſunt garſiones, & qui illuc accedunt ad audiendum, quæ faciunt vel dicunt coniuges cum deriſionibus & blaſphemijs ſacramenti. Secundò, vt preces fundant ad dominũ pro liberis in poſterum procreandis, vt ſint boni, obedientes, Deum amantes, & baculus ſenectutis eorum. Filij enim præcum ſemper boni ſunt, & ſunt gaudia parentum, vt fuit Sanctus Tobias iunior, & Sara vxor eius, qui viderũt filios vſque in quartam generationem, vt etiã deprecentur Deum, vt inter eos nutriat pacem & concordiam, & viuant ſimul longeuè & conſeneſcant dicentes illud Tob. 8. Miſerere nobis domine miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter ſani. Tertiò, ad ſe mutuo cohortandum pro futuro tempore, quomodo habeant ſeruire Deo, regere domum, mutuo ſe diligere, & ſupportare, & ſubuenire. Et ſi qua ſit inter eos non bona conditio, cum ſunt in lecto alter alterum debet commonere. Contra eos qui ſibi inuicem dedignantur loqui, & in diuerſis lectis accubant. Sic hortabatur Sanctus Tobias Saram coniugem ſuam dicens. Tob. 8. Filij ſanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes quæ ignorant Deum. Quintò, benedicuntur vt contra imminentia pericula muniãtur. Si enim contra omne periculum oratione muniẽdi ſumus, in exordio matrimonij maximè debemus muniri. Vbi enim magis periclitatur caſtitas, quàm iuxta libidinis incentiuum, vbi vir iuxta vxorem, & econtrario, ne ſcilicet alio modo quàm fieri debeat conuerſentur. Nullibi etiam poteſt eſſe corpus mulieris in maiori periculo quàm in partu. Ideo contra huiuſmodi pericula orationibus & benedictionibus ſacerdotum muniẽdi ſunt. Et ideo benedictio præcipue dirigitur ad mulierem propter maius in ea periculum. Debet enim matrimoniũ eſſe velut rubus ardens, ſed non comburens. Rubus quidem ſpinis plenus propter pungentes ſolicitudines quæ ſolent matrimonio eſſe aduenticiæ, ardens in concupiſcentia, ſed non comburens virtutum genimina. Eſt enim ſacerdos benedicens, ſicut Aaron inter mortuos & viuentes, ne viuentes ignis comburat, mediat enim inter fornicatione mortuos quos comburit ignis luxuriæ, & inter viuentes in matrimonio, qui in igne poſiti neſciunt ardere. Præterea cum dictum ſit Gen. 4. Maledicta terra in opere tuo, ſcilicet viri. Ideo cum ſtatuitur homo ad exercendum virile opus generationis, neceſſe eſt benedictionem intercedere, vt prior maledictio aboleatur. Et hoc contra clandeſtina matrimonia, quæ in locis indebitis fiunt, & qui currunt ad eos qui auctoritatem nõ habent. Deus ſcit qualis benedictio ſuper tales effunditur, qui incurrũt maledictionem quando deberent benedici. Et ideo exitus talium matrimoniorum mali ſunt. Fiunt enim contra præceptum eccleſiæ. 30. q. 5. Nullus fidelis cuiuſcunque conditionis ſit occulte nuptias faciat, ſed accepta benedictione a ſacerdote publicè nubat in domino. Vnde ait dominus Malach. 2. Maledicã benedictionibus veſtris. Sextò benedicuntur ad vnionem perpetuam in eccleſia, vt ſint eccleſiæ membra. Si primi materiales lapides in ædificio domus materialis non ponuntur, aut coniunguntur abſque oratione & benedictione, quanto fortius in ædificio domus ſpiritualis non abſque oratione coniungendi ſunt hi lapides, maſculus & fœmina? Tum ſecundò, quia ſunt templum Dei, iuxta illud 1. Cor. 7. Neſcitis quoniam corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Si ergo tales templa ſunt Spiritus ſancti, dedicari debent & ſanctificari in benedictionibus. Vnde ſecundũ Chryſ. homi. 40. Corpora ſanctorum coniugatorum templum ſunt Dei in quibus colitur Deus & laudatur. Laudatur enim Deus in ſanctis ſuis, & in domibus ſuis. Sed corpora malorum ſepulcra ſunt cõcupiſcentię, in quibus viuit concupiſcentia carnalis, & fornicatio, quia anima

ma

ma mortua eſt in corpore fornicatoris, cum nihil viuum meritorium & dignũ vita æterna agat:immo mors ipſa habitat in eorum corporibus & animabus, quamuis ad extra benè ornentur & parentur. Sepulchrum enim quando clauſum eſt,a foris videtur pulchrum, apertum vero horribile.ſic tales exterius ornati, interius ſunt pleni deceptione, fraude,rapina,& luxuria. Hanc autem vnionem ſolemniter celebrat eccleſia. Similiter & parentes in ſuis domibus; quia ſicut cum ſeparatur membrum aliquod a corpore contremiſcunt omnia membra & dolent,ſic cum vniuntur in eccleſia membra omnia gaudere debent & lętari. Vnde & dominus pręuenit eos in benedictionibus dulcedinis,amoris, & gaudij,& exultationis: dummodo ita gaudeant,ꝙ conuiuia fiant in timore domini. Inde duplex eſt benedictio,ſcilicet dulcedinis quę eſt amoris, & iſta frequenter pręueniuntur coniuges, iuxta illud Pſal.20. Domine pręueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis. Sed eſt alia benedictio amaritudinis quam habuit abundanter Sanctus Iob, qui dum eſſet in amaritudine animę ſuę benedicebat dominum dicens. Sit nomen domini benedictum. Sic ſancti martyres qui inter tormenta gratias agebant Deo, & maris inundationes quaſi lac ſugebant. Sic in matrimonijs plurimę poſtea inueniuntur benedictiones amaritudinis, & ex amaritudinibus laborum veniunt glorioſi fructus, cuius oppoſitum inuenitur in matrimonijs otioſis, vbi nihil videtur elaboratum.

A Benedictio. De duplici benedictione ſ. dulcedinis, & amaritudinis.

Sermo 11.de eodem per thema vt prius.

B Sponſa. Ad ſponſam Chriſti tres conditiones requiruntur.

SCriptum eſt Apocal.19. Venerunt nuptię agni, & vxor eius pręparauit ſe.In pręparatione autem animę ſanctę ad hoc vt digna ſit ſponſo Chriſto Ieſu tria requiruntur. Primò,ꝙ ſit pulchra. Vult enim iſte ſponſus pulchram habere ſponſam. Pſal.44. Concupiſcet Rex decorem tuum. Et propter hoc Can.2. quęrit faciem ſponſe videre dicens. Oſtende mihi faciem tuam, facies enim tua decora. Et propterea fatuę virgines,quia non habuerunt oleum in vaſis ſuis,ideſt nitorē & ſuauitatem conſcientię,non intrauerunt cum ſponſo ad nuptias,ſed ſolum quæ paratæ erant. Secũdò,requiritur ꝙ ſit pacifica,quia dicitur Prou.21.Melius eſt ſedere in angulo domatis,quàm cum muliere litigioſa & in domo communi.Iſti litigioſi ſunt ſuperbi,inter quos ſemper ſunt iurgia. Prou.13.Et maximè in nuptijs carnalibus de ſeſſionibus eorum. Et propter hoc a nuptijs cum rubore repulſi ſunt, ſuperbi, qui ſederunt in primo loco:& nouiſſimè reſidentes in ſupremo loco conſtituti ſunt.Luc.14. Tertiò,requiritur, ꝙ ſit totaliter amori ſuo intenta, ſicut & ipſe ſibi intendit. Iuxta illud Can.2. Dilectus meus mihi(ſupple) intendit, & ego illi, intendo ſcilicet. Et propter hoc ille qui non habuit veſtem nuptialem charitatis Dei & proximi,a nuptijs expulſus eſt cum rubore. Matt.22. Et dictum eſt ei. Amice quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem? Et quia Maria fuit tota pulchra,tota pacifica, quæ pacis mediatrix fuit, tota Deo chara.Ideo ſecundum animam maximè fuit ſponſa Chriſti:quam ſalutabimus dicentes. Aue.

C Coniunctio. De trib accidentibus coniũctioni matrimonij.

Tria ſecundum Grammaticos coniũctioni accidunt, ſcilicet poteſtas, figura, & ordo. Sic coniunctioni matrimonij iſta tria accidere ſolent. Nam qui prius poteſtatem nullam habebat, per matrimonium habet:& qui figuram viuendi & formam non habebat,nunc habet: & qui nullius ordinis vinculo tenebatur, nunc matrimonij ordine ligatur:de quibus tribus per ordinem dicendum. Primò de poteſtate in hoc ſermone,& de duobus alijs accidentibus in ſermone ſequenti. Poteſtatis ſecundum Grammaticum quinque ſunt ſpecies. Prima eſt copulatiua. Hanc neceſſe eſt inueniri in matrimonio,& ſine illa coniunctione copulatiua animorum & corporum, non eſt bonum nec honeſtum matrimonium. Eſt autem triplex copulatiua. Vna ſecundum logicum tota falſa,

D Poteſtas. De triplici poteſtate in coniũctione matrimonij copulatiua.

[illegible],cuius vtraque pars eſt falſa. Et iſta [illegible] [illegible]nctio copulatiua concubinarij cum [illegible]ncubina ſua, vel adulteri cum ad[illegible], quos adinuicem co[illegible]latos ten[illegible] [illegible]abolus, ſicut maſtinum cum lyc[illegible] & ſicut duos titiones ad combu[illegible]en[illegible]um in inferno. Hæc autem pot[illegible] quam ha[illegible]t concubinarius ſuper [illegible] concubinam, vel adulteram, eſt dia[illegible]ca poteſta[illegible]:qua abutitur concubin[illegible] ſuam damnat[illegible]nem. Huius copula[illegible] more logicorum loquendo vtra[illegible] [illegible]rs eſt falſa. Vt[illegible]ue enim pars in bap[illegible]o promiſit cuſtodire mandata Dei,& omni Sathane poteſtati abrenunciauit. Iuxta illud Pſal. 118. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ: & tamen oppoſitum faciendo, vterque promi[illegible]um fal[illegible]cat. In quo adulter cũ adultera plu[illegible]bus peccatis peccare videtur. Primo luxuria illicitè accedendo ad thorum [illegible]rius. Secundum eſt [illegible] tra fides, quia vterque iurau[illegible] cem fidel[illegible]em ſeruare, q̃ frangit. Tertiò furtũ, quia inuito marito decipit et adulter vxorem ſuam. Quarto, proditionem: quia in occulto etiam p[illegible]ximo non aduer[illegible]ti proditorie nocet, & is in quo confidebat maritus, & forſitan cum eo amicabiliter conuerſabatur, quod maximè diligit ſibi [illegible]itoriè auffert. Quintò eſt ſacril[illegible] rem ſacram v[illegible]ando, ſeu deturpando. Si enim ſacramentum eccleſiæ fœda[illegible] pedibus conculcares in lutum, d[illegible] ſortilegus & hæreticus. Sic ſacramentum matrimonij de quo Apoſtolus. Sacramentum hoc magnum eſt, in Chriſto d[illegible] eccleſia. Si in turpitudinem adulterij conculcaſti, quæ turpitudo vilior eſt omni latrina. Ecc[illegible] 9. Mulier fornicaria quaſi ſtercus in uia conculcabitur. Sextum eſt, quaſi inceſtus. Caninum eſt enim peccatum. Nam ſicut canes abſque diſtinctione cum matre, & cũ ſorore [illegible]habitant, ſic [illegible] renter cum filio vel filia mulie[illegible] cum qua hab[illegible]tauerunt, & quam forſitan genuerunt. Septimum eſt exhæredatio propriorum heredum in ſuppoſitione eius qui non eſt filius, in quo caſu vix

E Adulter. Multiplicíter peccat adulter.

confeſſores dare poſſunt remedium, de quo ſatis ſupra dictum eſt. Dicitur q Leo ſi obuiet adultero naturaliter cognoſcit & inuadit, quod non faceret de illo qui ſimpliciter fornicatur. In quo oſtenditur q natura eos abhorret, qui ſuum violant matrimonium. Nec mirum ſi eos natura abh[illegible]rreat. Abhorret enim monſtrum. Monſtrum eſt, ut homo beſtia [illegible]at. F[illegible]unt adulteræ beſtiæ n[illegible]llum ſup[illegible] recuſantes ſeſſorem, ſicut aſinus & [illegible]mentum nullum ſuper ſe recuſant aſcend[illegible]em. Sunt enim iumenta diaboli qu[illegible] [illegible]te incuruantur, vt ſuper eas tranſeant. Beſt[illegible]lis enim eſt diabolus, ita & diabolico miraculo de hominibus beſtias efficit, & eis tãquam beſtijs vti[illegible]: ſicut Deus de beſtijs hoies facit: cum ignorantes ad fi[illegible]em & ſcientiam perducit. N[illegible] [illegible] [illegible] parenẽ iumentis inſipientibus [illegible]ugati, ſed intelligant hono[illegible] [illegible]. & ſicut dicit[illegible] Gen. 49. A[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]nam ſuam, idest concupiſcentiam ad matrimoni[illegible] ad vx[illegible]rem, qu[illegible] d[illegible]tur vi[illegible], iuxta illu[illegible] Pſ. 127. V[illegible] tua ſicut vit[illegible] [illegible] [illegible] in[illegible] in p[illegible]ſis qu[illegible] [illegible]citur [illegible] 7. V[illegible] t[illegible] ſicut aceruus tritici. Venter enim ſunt cõiu[illegible]ti filios Dei gener[illegible], qui m[illegible]les d[illegible] ſicut venter per compaſſionem, & ace[illegible]uus tritici p[illegible] [illegible]leemoſynarum largitionem. A[illegible] copulatiua cuius altera pars eſt v[illegible]a, altera falſa, & ſic tota eſt falſa, & p[illegible] [illegible]ſequens nulla: vt puta quando qu[illegible] p[illegible]opte[illegible] c[illegible]um & legi[illegible]um [illegible] eſt ad contrah[illegible] cum Berta vt pote quia c[illegible] [illegible] [illegible]quam de parentibus B[illegible]tæ, cum qua contrahit, & hoc ipſa ignorante. Falſa eſt enim copulatiua ex vna parte quæ peccat, & per conſequens nulla, licet pars ignorans nõ [illegible]cet. Tertia verò copulatiua eſt tota bona & vera, cuius vtraque pars eſt vera, & verè copulata. Et iſta [illegible] vero matrimonio & legitimo, [illegible] uxor [illegible] ſtat[illegible] veram habet ſup[illegible] mariti co[illegible]pus & econ[illegible]io: ita q in hoc ad æq[illegible]la iudicantur. Propter quod maritus ſicut vult mulierem in hoc ſibi fidelem

Adulteri ſunt mõſtra, & beſtiæ.

eſſe,

eſſe, ita & ipſe mulieri. Nam Deute. 25. Secundum menſuram delicti erit & plagarum modus. Ita enim contingit ſæpe in matrimonijs, quod vbi vir ſcortatur & diſſipat aliorum matrimonia, ſic in ſuo per illud idem torquetur. Hoc apparuit in Dauid, qui Vriæ thorum maculauit in ſecreto: & ab Abſalone in vindictam huius maculatus eſt thorus eius in publico, dum intrauit ad concubinas patris. Iob 31. Si ſeductum eſt cor meum ſuper muliere, & ad oſtium amici mei inſidiatus ſum, ſcortum ſit alterius vxor mea, & ſuper eam incuruentur alij. Secunda poteſtas eſt diſiunctiua: & hæc ſimiliter poteſt aſſignari triplex. Vna bona, qua poteſtatem habet vir a domo ſua repellere quicquid in ea ſentit inhoneſtum, & quicquid ſibi, & vxori, & liberis putat eſſe nociuum: vt homines malæ famæ a ſe diſiungere & deijcere ne domum inhoneſtent: vel expellere malum ſeruum, vel ancillam a domo propter periculum filij vel filiæ. Et in hoc caſu vir debet audire vxorem, & vxor virum. Vnde cum Sara voluit eijcere Agar, & Iſmaelem filium eius; ne ad idolatriam prouocaret filium ſuum, licet hoc dure acceperit Abraham, tamen dictum eſt ei ab Angelo, vt audiret Saram vxorem ſuam. Vir tamen in hoc magis auctorizatur quàm uxor, ſed hoc magis debet fieri vtriuſq; cõſenſu. Similiter ſi ſit hoſpitiũ in domo, ne ibi fiat lupanar, vt patuit in quadã honeſta hoſpita. de qua dr̃, quod cũ hoſpitatus fuiſſet in domo eius qdã Sacerdos, & ſecũ duceret cõcubinã ſuã, & nocte imminẽte q̃reret vbi lectus eius p̃paratus eſſet, duxit eũ ad latrinam. Hic eſt, inquit, locus tibi & tuę concubinæ præparatus, nec alio modo iacebitis in domo mea. Talis locus vobis aptus eſt & conueniens. Quo viſo, cum magna confuſione ab hoſpitio receſſerunt. Alia eſt diſiunctiua mala, qua per contentiones, & iurgia diſiunguntur vir & vxor, & quandoque a thoro & habitatione ſeparantur: cuius tamen oppoſita copulatiua optima eſt, quando ſcilicet ſancto amore iunguntur, hanc copulatiuam ſicut grammaticus quærit Deus dicens. Da copulatiuas, econtrario diabolus quærit diſiunctiuam dicens. Da diſiunctiuas. Nulla enim eſt maior miſeria in matrimonio, quàm continuè eum iurgio & inquietudine malæ mulieris, vel mali viri commorari. Vnde quidam iuuenis rogauit patrem ſuum, vt ei daret duas vxores. Cunque vehementer inſtaret dedit ei pater vnam, promittens quod in fine anni daret alteram. Sed illa adeo primo anno afflixit maritum, quod non poterat ſuſtinere, ſed mallet mori quàm viuere. Cumque pater finito anno diceret filio. Vis habere ſecundam vxorem? Reſpondit. Si vna me afflixit ferè vſque ad mortẽ, quomodo duas ferre poſſem? Accidit aũt in ciuitate illa vt caperetur maleficus & latro peſſimus, qui multos de ciuitate ſpoliauerat, & occiderat. Cumque ciues quærerentur, & iudex a ſingulis conſilium quæreret, qualiter latro ille magis torqueri valeret, quibuſdã dicentibus diſtrahatur caudis equorum & ſuſpendatur, alijs dicentibus igne cremetur, cęteris conſulentibus vt viuus excoriaretur, cum peruentum eſt ad aliũ qui malam habebat vxorem, reſpondit. Date illi vxorem meam. Non video qualiter ipſum magis affligere valeatis. Tertia eſt bona diſiunctiua, cum diſiungitur concubinarius a concubina, & hæc raro inuenitur. Poſtquam.n. concubinarius in rete concubinæ cecidit, vix inde recedit. Fabulantur poetæ veſpæ ſemel inuitaſſe araneam ad prandium. Iactabat.n. veſpæ plus in vna hora poſſe ſpatij peragrare volando, quàm aranea in vno anno gradiendo. Sub arbore conſtitutũ eſt prandium. Aranea vero dixit nõ eſſe bonum, vt ibi pranderent, niſi poneret cortinam ſuper eos. Facta aũt cortina, aranea dixit veſpæ, vt videret ſi eſſet verum quod ita benè volaret. Et cũ illa volatũ inciperet, non aduertens cortinam quam texuerat aranea, ibi ſe inuoluit, nec inde ſe retrahere potuit, ſed ab aranea deuorata fuit. Sic multi a cõcubina ſua ita inuoluuntur, quod nunquã poſſunt inde ſe retrahere: quin ab ea & in corpore & in aĩa periclitẽtur: & in ſubſtãtia deuorentur.

A Poteſtas. De triplici poteſtate diſiunctiua in coniunctione matrimonij.

Vir litigioſus, et vxor iniqua mala peſtis.

Concubinarij & concubinæ finis.

Tertia

B Poteſtas. De triplici poteſtate expletiua.

Tertia poteſtas eſt expletiua ſiue conſummatiua, & hęc eſt triplex. Prima quidem conſiſtit in conſummando contractus, & ſi de rebus magnis & quæ ad magnas domus prouiſiones pertineant: hæc maximè pertinet ad virum. Contractus vero paruorum & eorum quæ ad quotidiana cibaria domus ſpectant, magis pertinet ad mulierem: quæ non tanta ſapientia ſicut vir communiter pollet. Vnde Teren. Mulieres ferme ut pueri leui ſententia ſunt. Vnde Ariſtot. i Oeconomica, viri ē exterius acquirere, mulieris ea interius conſeruare. In his tamen quæ ſpectant ad mulieris dotē, non poteſt nec debet vir alienare ſine muliere hoc ſponte faciente: contra illos qui vi & violentia mulieres cogunt ad alienandum ea quæ ſunt vxoris, vt liberi prioris mariti inde priuentur, & tales ad reſtitutionem tenentur. Secunda eſt, quæ conſiſtit in conſummatione perfectè domeſtica, quę ſecundū Ariſt. 5. Ethic. conſiſtit in tribus coniunctionibus. Oportet enim in domo perfecta eſſe virum & mulierem, patrem & filiū, dominum & ſeruū. Et ſicut dicit Ariſt. in Oeconomicis. vbi non eſt ſeruus, aſinus ſupplet locum ſerui. In quo vir ſuper tres poteſtatem habet, ſcilicet ſuper vxorem, filium, & ſeruum, mulier verò ſuper duos, ſcilicet ſuper filium & ſeruū. In quo apparet ꝙ non bene regitur domus, quando mulieri dominatur ſeruus. Contingit quandoque ſeruum eſſe macquerellum domini ſui, & ſic vxor quæ mutire non audet ſeruo ſubijcitur. Cum etiam filius eſt inobediens patri & matri, talis domeſtica cōitas nō ē cōſummata & perfecta. Tertia conſiſtit ī expletione & cōſūmatione morū & honeſtatis vitæ. Debet enim uterque coniunx agere, vt domus eius bene fametur, & iuxta mandata Dei dirigatur, & hoc maximè frequenti auditu verbi Dei. Quia enim pauci aut nulli erant prædicatores & eruditores ante diluuium, commixtæ ſunt mulieres abſque timore domini cum viris, cum quibus non erat licitum. Mulier enim adultera verbum Dei non curat. Nam ſicut meretrix multorum patens libidini ex eius frequentia impeditur a partu, ſic eorum anima malarum cogitationum fornicationibus aſſueta, ſemē verbi Dei non recipit, ut fructum vitæ faciat: ſicut via trita fructum non facit, quia ſemen a multis tranſeuntibus conculcatur, iuxta illud Iob. 19. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me. Hi enim qui in paludibus morantur luxuriæ, exhalatione fumoſitatū obſcurantur, ne videant ſolis ſplēdorem, ideſt verbi Dei intelligentiam. Bona verò & ſancta mulier debet facere ſicut conſuetum eſt in quibuſdam regionibus, maximè in Frācia, ꝙ in diebus dominicis panem benedictum de manu ſacerdotis accipiunt, & aliquantulum reſeruant, vt filijs, & familiæ deferant. Sic boni coniugati panem benedictum verbi Dei recipere debēt, antequam ad corporalem cibum accedant, & deinde filijs, ancillis, & familiæ deportare, ideſt eos inſtruere. Vel poſſunt dici iſte tres poteſtates: ut uir habeat poteſtatem copulatiuam cum vxore, diſiunctiuam a patre & matre, quia nūquam cum patre & matre contrahi poteſt matrimonium, quia ſcriptum eſt. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem: & ſic iure naturali prohibitum eſt, expletiuam in thori cohabitatione & carnali commixtione. quæ tria notātur Gen. 2. Secunda cum dicitur. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, prima cum dicitur conſequenter, & adhærebit vxori ſuæ. Tertia cum dr̄. Et erunt duo in carne vna.

Meretrices et adulræ verbum Dei non curant.

C Poteſtas. De poteſtate cāli ī matrimōio.

Quarta poteſtas eſt cauſalis, quæ eſt poteſtas per matrimoniū conceſſa ad licitè procreandum ſobolem, unde honoretur Deus: quia ante matrimoniū ſi illa vtatur, abutitur. Vt aūt dicunt logici, cauſalis coniunctio conſequentiam facit, cuius ſi antecedens ſit verum, & cauſa conſequentis, conſequens eſt verum. Sic coniunctio matrimonij facit conſequentiam prolis, qua continuatur domus: & ſi vera ſint antecedentia, veraciter uiuant parentes & ſint boni, communiter conſequentia filiorum erit bona,

na,& ſucceſſores eorum boni erunt. Vñ philoſophus. 1. Poli. ſicut de hoïe hõ, & de beſtia beſtia, ſic de parẽtibus bonis liberi boni, q̃uis hoc nõ ſemp valeat natura ꝓcreare. Nam ſicut pulcher aliqñ turpẽ generat, & grãdis paruũ: ſic de bonis parẽtibus q̃nque naſcit̃ malus, vel ꝑ inclinationẽ, vel per malã cõſuetudinẽ, aut ſocietatẽ. Ideo Ariſto. 2. Rhetoricæ, dicit, ꝙ aliqñ degnerant generoſæ progenies, dũ ex eis deſcẽdunt liberi parui valoris. Vt enim ibidem dicit, ſicut in quibuſdam regionibus fertilitas & abũdantiam bonorum naturæ & fortunæ per aliquod tempus durat, ſed ſtatim tranſit: ſic eſt ſuo modo de illũſtri proſapia, quæ quãdoque & cito degenerat. Vnde comparat eam ſcriptura ſacra viti degeneranti, quæ ſolebat portare vuas, & nunc portat labruſcas. Eſaiæ 6. Quinta poteſtas eſt rationalis, & hæc multipliciter apparere debet in matrimonio. Primò, rationabiliter diligendo vxorẽ, & non nimis ardenter, vt propter eam tranſgrediatur diuinum præceptum, vt fecit Adam propter Euam. Debet enim eſſe rationalis amor & diſcretus. Propter hoc enim ꝙ Sichem inordinatè dilexit vxorem, ꝙ ſe & ſuos propter eam circuncidit: ſui & ſuorum paſſus eſt occiſionem & diſſipationem. Secundò, rationabiliter imperando vxori. Sit enim caput mulieris vir, cum caput cętera membra antecedat ſapientia, debet vir prudenter & non durè imperare vxori. Sed da rationales vt dicit Grãmaticus, immo da irrationales. Dabis enim virum ſtultum, & ſtulta imperantem vxori: immo videbis quandoque mulierem viro imperantem, quod ſæpe contingit in copulatiua falſa concubinatus, vbi mulier imperat viro, vt patet de Rege Dario, & concubina eius. De qua 3. Eſdræ. 4. Videbam (inquit Zorobabel) Apemem filiam Bezacis mirifici concubinam Regis, ſedentem iuxta Regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis cedebat Regem de ſiniſtra manu: & ſuper hoc aperto ore intuebatur

A Poteſtas. De poteſtate rationali in matrimonio.

eam Rex, & ſi arriſerit ei, ridet. Nam ſi indignata fuerit, ei blanditur, donec reconcilietur in gratiam. Rationabile enim eſt virum cum diſcretione dominari vxori: & vxor ei honeſte debet conuiuere. Rebecca enim mulier prudens viſo Iſaac pallio, ſcilicet bonorum operum ſe operit. Eſt enim bona mulier honor viri, & econtrario bonus vir honor mulieris. Tertiò debet apparere hæc rationalis poteſtas in rationabiliter reprehendendo defectum vxoris, nõ cum acrimonia, blaſphemia, aut maledictione. Vnde & Iob vxorem deficientẽ, non contumelioſe redarguit, vocando eam ſtultam, ſed ait. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Quartò, rationabiliter liberis imperando, non cõtra Deum. Quod non faciunt qui eos a religionis ingreſſu, vel a ſtudio theologico pro forenſi impediunt.

Vir patiẽter gubernare debet vxorem.

Sermo 12. de eodem per thema vt prius.

TAntæ dignitatis videtur eſſe matrimonium, vt inter prælarum & eccleſiam ſpirituale deſignet matrimonium: & hoc multis de cauſis. Primo, quia ſicut in matrimonio materiali ſuſtinet maritus onera coniugij, ſic prælatus onera ſponſæ ſuæ eccleſiæ. Quod ſignificatum eſt in hoc, ꝙ ſacerdotes portabant arcam fœderis domini Deut. 21. & Ioſuæ. 3. & Num. 18. dicitur. Tu ſcilicet Aaron & filij tui portabitis iniquitatem ſanctuarij. Secundo, quia ſicut in carnali matrimonio tria ſunt, ſcilicet fides, proles, & ſacramentum: ſic in ſpirituali, quia ſicut de carnali dictum eſt, Erunt duo in carne vna, ſic in ſpirituali erunt duo in ſpiritu vno, ſponſus ſcilicet & ſponſa, prælatus & eccleſia, in vno Spiritu ſancto vniti: quod pertinet ad ſacramentum. Et ſicut ad carnale debitum ſibi mutuò tenentur ſponſus & ſponſa, ſic ſponſus tenetur ad doctrinam, tanquam ad ſemen immittendum, & ſponſa ad illud ſuſcipiendum, quod pertinet ad bonum fidei. Similiter per exempla

B Matrimoniũ. Q̃uo matrimonium carnale deſignat ſpirituale inter prælatũ & eccleſiam.

pſa tenetur ad fœcundandum ſponſam ſuam, ſicut per ſemen vxorem, quod pertinet ad bonum prolis. Sed nunc ad hoc committuntur cultores cibeles matris deorum, de quorum copula non eſt ſpes prolis. Sunt enim cultores cibeles temporalium amatores, de quibus ſu per illud. 3. Reg. 14. Effeminati ſunt in terra. i. curatores effeminati; de quibus Eſa. 3. Dabo pueros Principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Tertiò, quia ſicut carnale connubium nuptiali conuiuio ad maiorem ſolemnitatem conſueuit honorari, ſic longe excellentius ſpirituale matrimonium menſa ſcripturæ & fœcunditate ſpiritualium chariſmatum, & bonorum operum, quibus anima ſpiritualiter reficitur: ſignificatum per conuiuium Aſſueri Regis. Heſter. 1. In quo conuiuio bibebant ſinguli poculis aureis, & alijs atq; alijs vaſis cibi inferebantur. Hæc vaſa aurea & pocula ſunt varietates ſacrorum eloquiorum in quibus diuerſæ ſententiæ ſpirituales continentur, & etiam diuerſitas ſacramentorum, quibus ſpiritualia chariſmata tanquam delectabilia fercula miniſtrantur. Ibi autem additur, quòd erat vinum abundans & præcipuum, vt dignum erat regia magnificentia, nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum vinum. Vinum abundans ſunt opera mandatorum, vinum pręcipuum opera conſiliorum. Plura enim ſunt pręcepta, quàm conſilia: ideo per vinum abundans ſignificantur, ſed rurſum conſilia addunt ſupra mandata, ideo per vinum pręcipuum deſignantur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum, quia conſilia non ingerunt neceſſitatem, ſed liberam excitant voluntatem. Omnes autem ad nuptias iſtas vocantur, vt vnuſquiſque pro capacitate ſua percipiat de ſcripturis, vel pro poſſibilitate ſua adimpleat de conſilijs vel mandatis. Ad harum igitur nuptiarum apparatum habendum, & veſtem nuptialem charitatis: illum ab ea requiramus, quę tunicam inconſutilem in nuptijs agni operatione Spiritus ſancti contexuit. Hęc eſt virgo mater Dei, quam ſalutabimus dicentes. Aue.

In pręcedenti ſermone dictum eſt de coniunctione matrimonij, & quomodo ei accidit multiplex poteſtas. Nunc d[illegible]ndum eſt de alijs duobus accidentibus, figura ſcilicet & ordine: & primo de figura. Secundum ergo accidens matrimonij eſt figura. Vnde duplex eſt in matrimonio figura. Vna ſimplex, quæ eſt bona, in domo ſimplicitas, & bona viuendi forma. Sicut enim ex duabus dictionibus ſimplicibus fit vna bona compoſitio, ſic ex duabus perſonis ſimplicibus vna optima coniunctio: ex qua generatur optima proles propter bonum eorum exemplum. Prouerb. 20. Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, bonos poſt ſe filios derelinquit. Exemplum de Nicolao cuius parentes ſimpliciter viuebant, quamuis eſſent diuites & potentes, & meruerunt habere talem filium. Ex hac etiam ſimplicitate contrahitur cum Deo familiaritas in orationibus & deuotionibus, quia tales ſimpliciter viuentes minus implicantur mundo & mundi negotijs. Ideo Prouerb. 3. & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. 1. Paral. 19. Scio Deus meus quòd probes corda, & ſimplicitatem diligas. Ideo homines non verſuti nec aſtuti, ſed ſimplices inueniunt ipſum. Vnde columba ſimplex auis inuenit ramum oliuæ virentis, quem ſecum detulit ad arcam, vbi coruus ſtetit ad cadauera. Sic vir ſimplex in matrimonio ſimpliciter ſe gerens inuenit Deum, quem ſecum defert ad arcam conſcientiæ ſuæ: vbi aſtutus ſtat ad mundi cadauera. Sed figura compoſita eſt duæ dictiones in vna, duo in carne una. quod tripliciter poteſt intelligi. Primò quòd ſunt duo in carne vna prolis. ſecundum enim Guil. Pariſ. duo ſunt vna arbor humanæ naturæ. Sunt enim duo rami vnius arboris, ſine quibus non poteſt oriri fructus, quia non poteſt eſſe naturaliter niſi duorum. Ideo nos filij hominum appellamur,

e Figuræ. De ſimplici figura matrimonij & ſimiliter de cõpoſita.

Simplicitas animi ſummè vtilis.

Chriſtus

Chriſtus autem filius hominis. Secundo duo in carne vna per amicitiam. Si enim amicus ſit alter ipſe, ut uult Ariſt. 8. Ethi corum. & nulla ſit, aut eſſe debeat maior dilectio carnalis, quàm inter uirum & uxorem: ſequitur quòd ſunt una caro per amicitiæ unionem. Amor enim unionem facit: diſcordia, uel odium diuiſione. Tertio per cohabitationem carnalem qua caro unius eſt alterius poſſeſſiuè. Ideo peccant qui quod ſuum eſt alteri exponunt, ut cum uir aſſentit mulieri ut adulteretur, uel cauſa temporalis ſubſidij, uel cauſa neceſſitatis. Peccant etiam qui ſuas odiunt uxores, & uxores quæ uiros odiunt, & eis procurant mala. quia Ephe. 5. Nemo unquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fouet eam. Et ibi loquitur Apoſtolus de coniugum dilectione. Tertium accidens eſt ordo quem conſtituit, & fundauit Deus in Paradiſo. Si enim grauiter peccat qui frangit ordinem ſancti Auguſtini, uel Benedicti: quanto magis qui ordinis matrimonij tranſgreſſor eſt, quem inſtituit ipſe Deus? Si enim ſit matrimonium ubi nullus ſit ordo, neceſſe eſt, ut ſic matrimonio iuncti uadant ubi nullus eſt ordo, ſed ſempiternus horror. Et quia quilibet ordo habet ſuam regulā, ideo in iſto ordine ē regula ꝓ uiris, & pro mulieribus. Quia .n. ſunt diuerſarum conditionum, & morum & complexionum: ideo oportuit eis dare diuerſas regulas. Regula uiri continet quinque capitula. Primum, quòd uir debet inſtruere & regere uxorem. Hoc capitulum ponitur Ephe. 5. Mulieres, uiris ſubditæ ſint ſicut domino, quia uir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus eccleſiæ. Caput enim regit reſiduum corporis, dirigit, & inſtruit: ideo debet ei leges imponere, prout uidebit expedire. Sunt enim quædam vxores probatæ uitę, quibus non ſunt leges imponendę, ſed libertati pœnitus relinquendæ, eo quod fortes ſint ad reſiſtendum uitijs. Talium enim uita non ſolicitat uirum, ſed delectat. Eccl. 26. Mulier fortis oblectat uirum ſuum. Quædam ſunt ſuſpectæ, & iſte ſub manu uiri legibus arctandę ſunt, alias magnum eſt periculum. Vnde de muliere ſuſpecta. Eccl. 25. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conſpectu inimicorum tuorum. Quædam ſunt mediæ quę nondum probatæ ſunt: quæ nec nimis arctande: nec nimis relaxande ſunt, ſed potius probandæ. Si enim amicus antequam de eo homo confidat, eſt probandus: multo fortius vxor. Secundum capitulum ꝙ vir ſuam vxorem diſcretè diligat. Iſtud capitulum ponit Apoſtolus Ephe. 5. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus eccleſiam, ideſt amore diſcreto & ordinato, quod quidem ſit quando ſeruatur illud. 1. Cor. 7. Qui habent vxores, tamquam non habentes ſint. Ille habet vxorem, & non habet, qui tempore debito ſcit operi coniugali intendere, & tempore debito abſtinere: utpotè tempore feſtorum, uel ieiuniorum: quia tūc a licitis abſtinendum eſt, ut facilius impetretur quod poſtulatur a Deo, qui tempore & loco ſcit ea bene vti, & non abuti vt ſcorto, ſed eam vt ſibi adiutricem diligere. Priuſquam .n. Deus formaret Euam, adduxit Adæ omnia animantia ante eum, vt videret ſi eſſet ei adiutorium in eis, & non eſt inuentum adiutoriū ſimile ſibi. Ideo de coſta eius creauit eam. Sicut .n. diſſimilitudo eſt cā odij & litigij, ſic ſimilitudo pacis & amoris, vt in natura manifeſtè videmus. Nā ſi videamus duos ludentes adinuicē, prædiligimus vnum, quàm alium lucrari: quamuis nunquam viderimus aut cognouerimus eos: & hoc facit ſimilitudo complexionis ad vnum & non ad alium. Tertium capitulum quòd viri debent vxoribus in neceſſarijs prouidere, quod capitulum ponit Apoſtolus Ephe. 5. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim carnem ſuam vnquam odio habuit, ſed nutrit, gloſ. cibo & potu, & fouet. gloſ. veſtimentis. Non tamen permittere debent, quòd vxores ſuæ ſe nimis vanè ornent. Primò, quia Chriſtum in anima ſua induere non poſſunt. Vnde ſuper

Vir & vxor q̄uo ſnt duo in carne vna.

D Ordo. De ordine matrimonij.

E Regula. Regula ordinis matrimonij pro viris cōtinet q̄nque capitula.

Viri debēt vxoribus de neceſſarijs prouidere.

per illud 1. Pet. 3. quarum ſit capillatura. gloſ. Cypriani. Serico & purpura indutæ Chriſtum induere non poſſunt, auro & argento & monilibus & margaritis adornatæ, ornamenta cordis & pectoris perdiderunt. Quod intelligendum eſt de illis, quæ ſe ornant ad capiendas animas. Secundò, quia corpus illius eſt cinis & puluis. Stultus autem eſſet ille qui cinerem & pulucrem vellet in ſacco ſerico cuſtodiri. Vnde Cryſoſto. ſuper illud Luc. 16. Induebatur purpura & byſſo, dicit, purpura, & byſſo pulucrem & cinerem tegebat. Tertio, quia tales Chriſtus non cognoſcit. Cum enim per diuerſos colores faciem ſuam tranſmutent, Chriſtus non cognoſcit, quod ibi non creauit. Hierony. Qua fiducia ad cęlos erigis vultus, quos conditor non cognoſcit? Quartò, quia ſic ornatè veſtiri, eſt cauſa diſſenſionis & iurgiorum in matrimonio. Vnde Theophraſtus loquens de muliere quomodo ſit viro moleſta, ait. Per totas noctes garrulæ quæſtiones. Illa ornatè procedit in publico, ego in conuentu fœminarum miſella deſpicior. Prou. 19. Tecta iugiter perſtillantia litigioſa mulier. Quartum capitulum eſt, quòd debent ſoliciti eſſe ad prouidendum domui, & multiplicandum bona domus ſuæ: & illud capitulum ſcribitur Gen. 30. Iuſtum eſt ergo, vt prouideam domui meæ. Debet enim eſſe diligens vir, vt ſeruos ſuos ad opera dirigat, ne ſint ocioſi, nec ipſe etiam ſit ocioſus. Vnde debet eſſe primus, & nouiſſimus. Nouiſſimus in cubando, vt videat ſi omnia ſint pro nocte in domo diſpoſita. Primus inſurgendo, vt ſeruos mittat in opera, & debet frequenter & ſolicitè ſua reſpicere. Vnde in Oeconomica Ariſto. Nemo aliorum bona vt propria, ſimiliter curat & æqualiter. Quidam interrogatus quid magis impinguat equum, reſpondit oculus domini. Alius interrogatus quale ſtercus optimum eſt ad impinguandum agrum, reſpondit veſtigia domini. Impoſſibile eſt enim negligentibus dominis, ſeruos eſſe ſolicitos. Quintum capitulum, quòd non debent vxoribus ſuis nimis rigidi & duri eſſe. Iſtud ponitur Col. 3. Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas: hæc enim amaritudo cauſa eſt diſcordiæ inter illos, quæ multum Deo diſplicet, ſicut concordia multum placet. Eccl. 25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quę ſunt concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi bene conſentientes. Quòd autem non bene conueniant, culpa eſt aliquando ex parte viri qui infidelis eſt mulieri. Vnde Ariſto. in Oeconomica. Si mulier cognouerit virum ſibi iuſtum & fidelem eſſe, ipſa etiam circa ipſum iuſta & fidelis erit. Aliquando venit ex parte vxoris, aliquando ex parte vtriuſque. Si quis autem vult ferrum ferro iungere, oportet quòd vtrumque per ignis exuſtionem molleſcat. Si enim vtrumque fuerit durum, vel alterum iſtorum, non poterunt coniungi. Sic igitur, quando vir eſt nimis amarus, & vxor nimis aſpra, tunc ambo duri ſunt, nec poſſunt pacificari. Sed quando uir benignus, & vxor ſuperba, vel econuerſo, ſimiliter non poſſunt benè conuenire. Oportet ergo vtrumque molleſcere. Sed regula mulierum traditur Tob. 10. Dimiſerunt filiam iræ, monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere. Et ſic habet iſta regula quinque capitula. Primum, debet ſoceros honorare tanquam patrem & matrem, cum eam ipſi ſibi in filiam aſſocient. Sed ſæpe contrarium fit. Vnde Hieronymus contra Iouinianum. In quadam regione conſuetudo eſt, vt nurus altera die poſtquam traducta eſt, a ſocru ollam mutuo petat. Cui illa ſtatim negat vt comprobet illud Terentij omnes ſocrus oderunt nurus. Secundum capitulum eſt, quòd debet virum diligere, & hoc amore caſto & ſingulari: de quo amore Cryſo. ſuper Mat. Ecce ſi vir habeat vxorem, quomodo cognoſcitur plena

Vxores nimis ornatæ grauiter peccant.

Vir dēt eſſe diligens in gerēdis rebus domus ſuæ.

A Regula. Regula ordinis matrimonij pro mulieribus, continet quinque capitula.

vxoris dilectio? Vxor neminem debet putare ſapientiorem, fortiorem, & formoſiorem viro ſuo, etiam alter ſit ſapientior, fortior, & formoſior, tamen illa ſapientiorem, fortiorem, & formoſiorem intelligere non debet. Perfectum enim odium, & perfectus amor verum iudicium non cognoſcit, vtputa ſi perfectè odias aliquem qualiacumque fuerint apud illum omnia tibi diſplicent, ſiue quæ dicit, ſiue quæ agit. Et ſi verè bona ſint, tamen diſplicent tibi & mala videntur. Sed ſi perfectè aliquem amas, quæcumque ſunt apud eum placent tibi, ſiue quæ loquitur, ſiue quæ agit. Et ſi verè mala ſunt, tamen tibi bona videntur. Et ſi quæratur vtrum mulier thoro iuncta poſſit cum vera dilectione viri facere peregrinationes abſque conſenſu eius, aut econuerſo? Dicitur primò quòd ſi ille peregrinationes longæ ſint, quòd non. Nec debet vir ſic longè procedere abſque ſcitu vxoris, & ſi mariti voluntas ad executionem procedat, debet ſuper hoc mulier viros doctos & bonos conſulere, & per eos monere maritum. Dico ſecundò, quòd ſi vir mutet domicilium in longinquis partibus, debet eum mulier ſequi, niſi probabiliter timeret mortem, vel mutilationem, vel quòd eam alijs exponat, vel quòd eam trahat ad hæreſim, vel aliud peccatum mortale, vel quòd non poſſet eam ſuſtentare, vel familiam, cum inter ſuos ſubueniatur eis. Dico tertiò, quòd ſi mulier vadat ad proximam peregrinationem, vitare debet omnem ſuſpitionem & habere conſenſum mariti ſui, & denuntiare ſibi ſocietatem & locum. Mulier enim poſſe tenus vitare debet, & ſimiliter etiam vir: ne inter ſe mutuo habeant cauſam zelotypiæ. Nec faciliter debet vnus de alio male ſuſpicari, quia mala & periculoſa eſt ſuſpitio. Tertium capitulum, quòd debet familiam ſuam regere. Sicut enim inter aues natura ordinauit, vt maſculus extra prouideat de victu & neceſſarijs, femella verò intra nidum cubat ad fouendum pullos, alendum, & calefaciendum: ſic in exterioribus debet uir prouidere, in his quæ domi ſunt mulier. Debet enim vir in ordine matrimonij eſſe quaſi abbas extra & intra prouidendo, mulier quaſi prior clauſtrum domus dirigendo, & familiam erudiendo. Sed de multis mulieribus poteſt dici illud. Thre.4. Filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto. Struthio oua ſua operit, & abiens ea derelinquit, quæ ſæpe a beſtijs conculcantur. Sic multæ permittunt filios ſuos terrenis affectibus inuolui, & a dæmonibus conculcari, nec curant de eis, nec ipſos aut ſeruos eorum monent ad mandata Dei & eccleſię ſeruanda, aut ſacramenta ſępe ſumenda. In hoc tamen ſtruthionibus crudeliores ſunt, quòd illi ſuper oua ſua faciunt magnum planctum, iſte filios a dæmonibus conculcatos non plangunt: de quo filij in iudicio conquerentur. Eccl.41. De patre impio conquerunt filij, quia propter illum ſunt in opprobrium. Quartum capitulum eſt, quòd debent domum ſuam gubernare, ideo primo oportet eas ſapientiam habere, vt omnia ſapienter diſponant. Prouerb.14. Sapiens mulier ædificat domum ſuam, inſipiens extructam quoque manibus deſtruet. Secundò diligentiam, vt panem ocioſa non comedat. Prouerb.12. Mulier diligens corona eſt viro ſuo. Tertiò, prouidentiam, vt ſuo tempore neceſſaria cunctis prouideat. Propter quæ tria dicitur. Prouerb.vlt. De muliere forti, operata eſt conſilio manuum ſuarum, ecce quàm ſapiens: & de nocte ſurrexit, ecce quam ſolicita: deditque prædam domeſticis ſuis, ecce quam prouida. Quintum capitulum eſt, quòd debent ſe irreprehenſibiles exhibere, ne maculam habeant, vel in vita, vel in fama, vel in conſcientia. Et ſi habeant, libenter videant faciem ſuæ conſcientiæ in ſpeculo, vel verbi Dei, vel vitæ Chriſti, vel Sanctorum. Audiant ſi quidem libenter corrigere vitam ſuam, ne ſint ſicut mulieres quæ videbantur religioſæ, quas con-

Coniuges non debent facere longas peregrinationes ſine communi conſenſu.

Vxor quo dèat domum ſuam gubernare.

concitauerunt Iudæi aduerſus Paulum & Barnabam, ſuggerentes eis, quòd adverſus illos loquerentur & prædicarent, & propter hoc eiecerunt eos de finibus ſuis. Act. 13. Videant etiam ne fama eorum lędatur, vel in communicatione, uel in partu, ne ſcilicet procurent aborſum, uel propter indigentiam, uel propter uerberationem, uel etiam ex negligentia, & a caſu, uel propter nimium laborem, uel propter multam laſciuiam coniugalis actus. Sed multæ ſunt quæ libentius uident facies carnis ſuæ in ſpeculo uanitatis, quàm facies mentis ſuæ. Omnes enim maculas quas mulier deprehendit in iſtis ſpeculis, lauare debet lauatorio confeſſionis. Ber. Ama confeſſionem, ſi affectas decorem. Confeſſioni enim iungitur decor. Pſ. 95. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Nam ex confeſſione peruenitur ad decorem gratiæ, & tandem gloriæ. Amen.

Finis Sermonum de Matrimonio.

NON-

NONNVLLI SERMONES PERVTILES DE VIDVITATE

Eiuſdem Authoris.

De Viduitate Sermo primus.

A Vidua. De duplici viduitate myſtica.

HONORA viduas quæ verè viduæ ſunt. 1.Tim. 5. Loquendo de viduitate myſtica duplicem inuenimus. Vna quidē, qua eccleſia ſuo bono paſtore viduatur. Sicut enim quādoque ablato paſtore ſunt oues in periculo luporum, ſic mortuo bono paſtore, cōmuniter eccleſia diſſipatur, & deſtruitur a lupis peſſimis. Vnde morienti beato Martino dictum eſt ei a diſcipulis; Cur nos pater deſeris? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces. Vnde taliter deſolata eccleſia, dicere poteſt illud. 2. Reg. 14. Heu mulier vidua ego ſum, & mortuus eſt vir meus. Secunda eſt viduitas deteſtabilis, quæ fit per peccatū, quando anima quę Chriſto in baptiſmo deſponſatur per fidem, tunc ſpiritualiter viduatur, & per peccatum Chriſti viri ſui coniugio deſolatur: vt de ea gemens dicat propheta. Thren. 1. Facta eſt quaſi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo. Diabolus enim eſt ille leo, de quo Ezech. 19. Et factus eſt leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare didicit, viduas facere, & ciuitates earum in deſertū adducere: quia diabolus per tētationes ſuas prædam meritorum ſurripit, & homines per peccatum deuorat, & occidit, animas a Chriſto viduas facit, & ciuitates eccleſiarum deſertas virtutibus reddit. Sed eſt tertia viduitas carnalis, quæ eſt quando mulier aliquando habuit virum, ſed eſt viri ſolatio per mortis infortunium deſtituta. Et hęc eſt de qua thema. Honora viduas, &c. Et quia præcipimur ab Apoſtolo verè viduas honorare, Mariam per hoc, quod verè vidua eſt, oportet honora-

re. Ad quam recurramus, dicentes. Aue.

B *Vidua. Ad verã viduam ſeptẽ conditiones requirũtur.* Circa uiduarum materiam tria videnda ſunt. Primò, cuius qualitatis & condicionis eſſe debeat verè vidua. Secundo, quæ ſunt quæ ad obſeruandum viduitatis honorabilem ſtatum, debẽt viduam inuitare. Tertiò, quis honor verè uiduis debeatur. De primo ſolum in pręſenti ſermone dicendum eſt. Ad veram uiduam ſeptem requiruntur cõditiones, quæ ſanctis confeſſoribus conueniunt, iuxta illud hymni, qui pius, prudẽs, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus fuit & quietus. Primo ergo debet vidua

C *Vidua. Vidua debet eſſe quadruplici ter pia.* eſſe pia, & cõpatiens, quia ſicut vult Apoſtolus. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia ualet promiſſionem habens vitæ qua nunc eſt, & futurę. Sic vidua ad omnia bona agenda exerceri debet, vt hic & in futuro ſeculo viuat. Debet autẽ eſſe quadrupliciter pia. Primo, ad Deum per deuotam contemplationem & deuotionem; Hoc probat ſtatus eius. Eſt enim in illo ſtatu quaſi dimidia monacha, qđ primum demonſtrat luctus aſſiduus. Eſt ſiquidem ſtatus ille luctuoſus. Nec mirum, quia iam dimidia eſt in alio ſeculo, & in breui tota futura, quia cum ante mortem uiri eſſent duo in carne una, iã vna eius portio eſt in alio ſeculo. Hoc etiam probat, ligatura capitis, veſtium color obſcurus & niger, caputium frequens ſuper oculos, largior tunica. & ſic de alijs. Ideo ſicut monacha debet aſſiſtere diuino ſeruitio, & orationi, ſic vidua religioſa orationibus & ieiunijs uacare debet: exẽplo Annæ de tribu Phanuel. Luc. 2. Quę octoginta quatuor annis in viduitate ſtabat, die ac nocte in templo ieiunijs & orationibus vacans. non ꝙ ibi dormiret, ſed quia ibi frequentiſſimè ſtabat. Et propter hoc dominum Ieſum meruit videre, portare, & prædicare. Ideo præcipit Apoſtolus. 1. Tim. 4. Vidua inſtet obſecrationibus die ac nocte. Hinc (ut refert Hieron.) beata Paula vidua in Bethleem ędificauit tria monaſteria virginũ, quas e diuerſis prouincijs congregauit, & in tres turmas diuiſit; ita dũtaxat vt in opere & cibo ſeparatę, in pſalmis & orationibus iungerentur mane, hora tertia, ſexta, nona, veſpere, & noctis medio ꝑ ordinẽ pſalterium canebant. Secundò, debent inſtare his quę poſſunt ad amorem Dei inflammare, vt ſanctę meditationi, iuxta illud. Pſ. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis, ut recitat Hiero. de ſancta Melanta, quæ cum in vrbe Roma peſte durante multos in tumulum poneret, ſuperuenit ei nuntius referens ſuorum duorum filiorum mortem. At illa ſciens ſe liberis & marito orbatam, non ſine animo mulierem excedente, manus leuans in cœlum ſubintulit. Scio domine Ieſu, ſcio quid quæris. Amorem meũ partitum prius habebas. Nam & partẽ habebat maritus, partem liberi, tu alterã partem & ecce totum amorem quęris & totum habebis: Quæ mundum derelinquens, & ad deſerta Aegypti perueniens, ibi cum fæcunditate bonorum operum per multa tempora auſterè viuens, obijt in Chriſto. Vnde. 1. Cor. 7. Quæ nupta eſt mulier, cogitat quæ ſunt mundi: ſoluta autem a lege uiri, cogitat quæ ſunt Dei. Sic beata Paula quæ ſecundum Hiero. de nobili ſanguine Scipionum erat ex parte matris, & de nobili genere Agamennonis ex parre patris, poſtquam uiduata eſt nobili uiro Toxetio, qui erat de nobili genere Aeneæ: ita Deum dilexit, ꝙ. patriam deſeruit, & liberis ſuis cognatis & affinibus eam proſequentibus pietate matrem vincere cupientibus mare ingreſſa eſt. Paruulus filius manus tendebat in littore. Ruffina iam nubilis filia eius, ut ſuas expectaret nuptias tacens fletibus obſecrabat. Sed illa ſiccos oculos tendebat in cœlum, pietatem in filios ſuperans pietate in Deum, quæ neſciebat ſe matrem ut Chriſti probaret ancillam. Et ſic mare ſulcans multas peragrauit regiones, loca terræ ſanctæ, & Aegypti monachos uiſitauit, tandem in Bethleem perpetuò manſura. Hæc Hiero. Et propterea non tantum Dei, ſed & amicorum Dei amica facta eſt, utpotè beatiſſimi Hieronymi, ita ut meruerit obtinere ab eo ſermonem illũ ſolẽnẽ de quo eccleſia decoratur

tatur in die aſſumptionis beatiſſimę vir-
ginis Mariæ qui incipit. Cogitis me o
Paula & Euſtochium. Sic igitur uidua
inſiſtere debet deuotioni & orationi, cõ-
tra eas quæ dicunt ſe non poſſe orare, li-
cet poſſint multum confabulari & mẽ-
tiri, & quæ in iuuenture ſua feceruut ia-
ctanter referre: cum tamen ne diuinus
amor a mẽte ſua recederet, dẽrent iugi-
ter meditari, & lugere peccata ſua, vt q e
quid Deo diſplicet in facie cõſcientiæ
ſuę, per lachrymarum profluuiũ emun-
darẽt. Sicut beata Puala, quę inceſſanter
flebat, & cum a beato Hieronymo mo-
neretur ut oculis parceret eos ſeruans
lectioni euangelicæ, dicebat. Turpanda
eſt facies quam ſępe depinxi, & purpura
& byſſo ornaui, affligendum corpus,
quod multis vacabat delicijs, & longos
riſus fletibus compenſandum, ſed &
mollia linteamina ſerico præcioſiſſima,
aſperitate cilicij commutanda eſſe. Sed
nunc aliquando contingit, ꝙ defuncto
marito qui deuotus erat, & forte per eius
deuotionem mulierem incitabat, ceſſan-
te hac incitatione fiat ipſa vidua dete-
rior & indeuorior. Et ſimiliter ſuo mo-
do dicẽdum eſt de marito, defuncta ſua
vxore deuota. Secundò debet eſſe pia ad
maritum per lachrymoſam orationem.
Debet enim pro eo orare. Neque enim
tunc amor & fidelitas deficere debent,
quando maximè eget maritus. In neceſ
ſitate ſiquidem comprobatur amicus,
& amica. Nolo enim ut vidua Chriſtia-
na faciat, ut mulieres Indorum quæ ar-
dere uolebant cum maritis ſuis. Nolo
enim ut ardeant cum eis, ſed uolo ut
lachrymis ſuis illum purgatorij ignem
extinguant. Sicut enim turtur mortuo
compare nulli alteri copulatur, ſed ſola
incedendo mortem comparis lamenta-
tur: ſic mortuo uiro, uidua honeſta nul-
lum alium quærens per coniuge gemat,
ſemper ad dominum pro eo preces fun-
dens. Nec ſolum pro eo, ſed etiam eius
pietas tam larga debet eſſe, ut etiam pro
omni populo orare debeat. Vnde & ſan-
ctæ viduæ, Iudith dictum eſt, Iudith. 8.
Ora pro nobis, q a mulier ſancta es, & ti
mens dñm. Tertiò, dẽt eſſe pia ad infir-
mos per diligẽtẽ ſubuentionẽ, ut de dño
dicere poſſit in die iudicij. Dñe infirmus
fuiſti, viſitauit te. Vnde. 1. Timoth. 5. Vi-
dua eligatur in bonis operibus teſtimo-
nium habens, ſi hoſpitio pauperes rece-
pit, ſi Sanctorum pedes lauit, ſi retribu-
tionem patientibus ſubminiſtrauit. In-
de & Act. 9. circumſtabant viduæ flen-
tes circa Thabitã. In magna. n. reuerẽtia
ſunt hmõi uiduæ, quæ ad ſubueniendũ
pauperibus, & infirmis ſunt conſuetæ.
Vnde & Mariam ſororem Moyſi, ut mu-
lier ſuo marito orbata, fleuit oĩs Iſrael.
Num. 20. Sed uiduas malas nemo ap-
probat, principaliter illas, quæ non ſunt
compatientes languidis. De quibus. Pſ.
77. Viduæ eorũ non plorabantur. Quar-
tò, debet eſſe pia per eleemoſynarũ lar-
gitionẽ. Hinc Heliæ. 3. Reg 24. dr̃. Va-
de in Sarepram Sidoniorum. Pręcepi. n.
ibi mulieri uiduæ vt paſcat te. Vñ Hie-
ronymus ad Furiam. Recordetur uidua
uiduæ Sareptanæ, quæ ſuæ & filiorũ ſa-
luti prætulit Samen prophetæ, in ipſa no
cte cum filio moritura, malens vitã per- *Eleemo-*
dere quam eleemoſynam. Quod ſi dixe- *ſynas fa*
rit uidua. Quid pauperibus dabo, cũ ni- *cere de-*
hil aut paucũ habeã? R ñdeo, ꝙ ſi paucũ *bent vi-*
habes, paucum ex animo tribue, etiam ſi *duæ quã*
affectum tribuas ſatis eſt. Inde & dñs. *tum poſ*
Luc. 21. Videns unam pauperculam ui- *ſunt.*
duam duo æra minuta in gazophylatiũ
mittentem, dixit eam plus cæteris obtu-
liſſe: quia de his quæ erant ei neceſſaria,
& ſic ex maiori charitate quam cæteri.
Hinc & Hiero. de ſancta Paula dicit, ꝙ
damnum putabat ſi quem pauperem nu-
dum, aut eſurientem videret, niſi ſuſten-
taretur: quos etiam curioſiſſime perqui-
rebat: adeo ut cum a beato Hierony-
mo increparetur: cur omnia ſua dona-
ret pauperibus, quia tunc poſſet poſtea
neceſſitates habere, reſpondit etiam
hoc velle, ut pro Chriſto mendicare
poſſet. Secundò requiritur, quòd ſit *D*
prudens, ut ſicut cęteras pręcedit æta- *Vidua.*
te, ita & ſenſu, & ſi iuuenis ſit, ſa- *Quadru*
pientia ſuppleat ætatem. Primò de- *pliciter*
bet eſſe prudens in filiorum eruditio- *vidua de*
ne, docendo filios, & filias, & nepo- *bet eſſe*
tes. 1. Timothei. 5. Si qua uidua filios *prudens.*

aut nepotes habet, diſcat primumdomum ſuam regere, hoc eſt nepotes & filios erudire. Et ſequitur. Si filios educauit, ſicomne opus bonum ſubſecuta eſt Vnde Hiero. ad Saluinam. Non parui meriti eſt apud Deum benè filios educare, & liberorum ſuorum Chriſtũ cohæredem facere. Heli ſacerdos offendit Deum ob uitia liberorum, ergo ecõtrario placatur Deus uirtutibus eorum. Sic benè erudiebat filios ſuos illa ſancta vidua ſeptem Machabeorum mater: de qua.2.Machab.7.legitur, quòd hortabatur filios ſuos ad martirium, & ad gloriosam mortem ſuſtinendam potius, quàm derelinquere legem Dei:quę conſpiciens pereuntes ſeptem filios ſub vnius horæ diei ſpatio, maſculinum animum inſerens dicebat. Neſcio filij qualiter in vtero meo apparuiſtis. Neque.n. ego ſpiritum & animam donaui uobis & vitam, ſed mundi creator, qui iterum reddet uobis vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Sic Blancha Francorum regina viduata marito, ſanctum Ludouicum erudiebat, dicens:ꝙ mallet eum videre morientẽ, quàm per unum mortale ſuum offendere creatorem. Ad hanc etiam eruditionem tenetur vidua mater, quaſi iure naturali. Videmus enim ꝙ aues ſuis paruulis deferunt paſtum, & eos prouocant ad volatum. Sic bonæ uiduæ ſuis liberis paſtum doctrinę debent donare principaliter, & per bona exempla ad uitæ altitudinem prouocare. Cõtra fatuas viduas q̃ pueros ſuos perdunt nimis fatuæ diligendo:non erudiendo, nec corrigendo. Debet enim ſancta uidua tenere locum patris & matris. Debet ſiquidem virgam patris, & vbera matris habere. Vbera quidem doctrinæ & manſuetudinis, & virgam diſciplinę: quemadmodum illa bona uidua faciebat quæ audita prædicatione cuiuſdam qui recitauerat de illo puero qui momordit naſum patris, eo ꝙ non caſtigauerat eum, & propterea iam erat ad furcas patibuli paratus ſuſpendi, dicebat filio ſuo cum uerberaret eum. Ego benè uos cuſtodiam, quòd naſum meum non mordebitis. Et melius eſt matribus uirga ipſa uti, quàm maledictionibus, ſicut fecit illa miſera uidua, de qua Augu.22.De ciuit. Dei. quæ decem pueros, ſeptem filios, ſcilicet & tres filias maledixit, & ſtatim ira Dei ſuper eos apparuit, ita ut per ſingula membra trementes a Cæſarea Cappadociæ per totum mundum uerecundi diſcurrebant, quorum unus & filia uita ſanati ſunt apud Hipponem præſente beato Auguſtino. Si autem uidua filios & nepotes non habeat, pauperes proximos & cognatos erudiat, ſicut beata Paula, quę miſſis liberis facta eſt ſanctarum puellarum mater. Secundò, debent eſſe uiduę prudentes in familię parentum aut proximorum pacificatione, ita ut earum lingua uelut lingua canis ſit medicinalis, & quę plus eſſe non poſſunt clamantium aut lugẽtiũ puerorũ nutrices, ammodo nutriant pacem, non turbatione: contra uetulas ſuis prauis verbis ſeminantes zizania, & etiam quandoque contra ſe tota die latrantes. Non ſic beata Paula quæ obiurgantes proximos ad pacem componebat. Sic illa nobilis vidua Thecuites, de qua.2.Reg.14.quæ Dauid prudenter pacificauit aduerſus Abſalon, & per ſuam parabolam eum concluſit, vt ibi ad longum pulchrè deducitur. Tertio debet uidua eſſe prudens in adminiſtratione temporaliũ ſuorum, reſpiciendo ſumptus ſuos & reditus: & comparando adinuicem, quia ſi ſumptus & reditus ſint æquales, caſus inopinatus poterit cito deſtruere ſtatum eius. Secundò, debet eſſe prudens in tutando bona illa, in quęrendo conſilium ut non facile credat, ſed habeat amicum fidelem: cuius conſilio omnia agat. Sic Thamira Scitarum regina uiro ſuo uidua, contra Cyrum Perſarum Regem regnum ſuum tutata eſt, & ducenta milia pugnatorum cum Rege Cyro interemit, & capite eius precioſo, infra peluim caput ipſum in ſanguine humano balneatum per vrbes deportari, & per prǽconem proclamari fecit: Ecce caput Cyri Regis qui in uita ſua humano ſanguine ſatiari non potuit, nunc autẽ bibit

Viduæ filios erudire debent.

Filij non ſunt maledicẽdi.

A Vidua. Vidua dẽt eſſe multipliciter prudens in adminiſtratione tẽporalium ſuorum.

bibit & ſatiatur uſque ad os. Tertiò, debet eſſe prudens in talibus bonis cõſeruandis. Inde eſt, ꝙ in primitiua eccleſia ſolebant eligi viduæ ad ſeruiendum eccleſiæ ad pannos eccleſiæ & miniſtrorum eius abluendos, conſuendos, & conſeruandos. Vnde Paulus. 1. Timoth. 5. Vidua eligatur non minus ꝗ ſexaginta annorum, & hoc propter periculum conuerſandi cum adoleſcentibus viduis, quæ ſępe ſunt fatuę, & ſtultè ſe regunt, aliquando in ducendo ſacerdotes ad impudicitia, aliquando diffamantes bonas & ſanctas viduas. Inde Hiero. ad Ageruntiam. Caue ne iungaris adoleſcentibus viduis, propter quas Apoſtolus concedit ſecunda matrimonia, & ſuſtineas in media tranquil litate naufragium. Fuge perſonas in quibus poteſt eſſe malę conuerſationis ſuſpitio. Non dicas illud, Sufficit mihi conſcientia mea, non curo quid de me loquantur homines, quia Apoſtolus prouidebat bona, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blaſphemaretur in gentibus. Vnde & propter hanc cauſam quidam ſacerdos, de quo. 4. dialogo. recitat Greg. veniens ad extremum uitę quandam mulierem iuuenem quę ei miniſtrabat in domo, nec tamen cognoſcens eam, repulit ne ei approximaret. Cum enim crederetur tranſijſſe ab hac uita, & illa poneret plumam, ſi forte ſentiretur ſi adhuc aſpiraret, dixit. Fuge mulier, adhuc igniculus eſt, tolle paleam, & ſic ille cũ magna pace quieuit in domino. Quartò, debet eſſe prudens in fugienda & declinanda hoypocritarum ſimulatione. Vnde Cryſoſto. ſuper Mat. Viduę ſe debent maximè cuſtodire ab hypocritis, qui ſanctitatem ſimulant: & facilè ab eis decipiuntur. Primò, ſecundum eum, quia ſexus mulierum incautus eſt, nec conſiderat cum ratione omnia quę videt & audit, & ſimiliter mollis eſt, & ad bonum, vel malum faciliter flexibilis. Sexus verò uirilis durior & cautior, propterea ſimulatores

B Hypocrita. Vidua dēt eſſe cauta ad vitandū ſimulatiões hypocritarum.

ſanctitatis circa mulieres maximè negociantur: quia nec intelligere eorum ſimulationes poſſunt, & facilè ad eorum dilectionem inclinantur religionis cauſa. Secundò, pręcipuè circa uiduas negociantur, quia mulier non facilè decipitur habens conſiliarum virum, nec facilè dat de ſuis facultatibus, cum eſt in poteſtate viri. Propterea dominus Iudaicos ſacerdotes confundens, monet ne viduis mulieribus amplius commorentur, quàm cęteris: quia & ſi voluntas mala non fuerit, mala tamen eſt ſuſpitio. Hinc Mat. 23. Vę uobis ſcribę & phariſei hypocritę, qui comeditis domos uiduarum orationes longas orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Tertiò, requiritur ꝙ ſit humilis. Sed quia aliquando humilitas exterior ſine interiori fallit. Iuxta illud Eccl. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo: ideo requiritur & interior, & exterior coram Deo & hominibus. Primò ergo requiritur, ꝙ ſit humilis mente. Non obſtante enim ꝙ viduitas melior ſit matrimonio, non oportet tamen inde ſuperbire. Nam cum dominus fructum trigeſimũ dederit matrimonio, & fructum duplicem ſcilicet ſexageſimum pro uiduis, & centeſimum pro uirginibus: non oportet tamen de bonis Dei extolli. Bona eſt enim coniugalis copula, melior continentia vidualis ſed perfectior caſtitas virginalis. Ad quod oſtendendum Chriſtus primò de uirginis utero naſcitur, mox natus ab Anna uidua benedicitur, & factus uir ad nuptias uocatus ire non dedignatur. Vnde & Maria illum triplicem ſtatum habuit, uirgo concepit, nupta peperit, & ante paſſionem mortuo Ioſeph vidua remanſit. Ideo non ſuperbiat virgo, ſi cuſtodiat virginatem, quę forſitan caſura eſt: nec uidua de continentia viduali, quia fortè quandoque melior eſt propter certas cauſas caſtitas coniugalis: & ideo ſemper ſe reputet in merito minorem. Nec ſine cauſa, quia dominus humiliauit eam, auferendo ab ea maritum

C Vidua. Vidua dēt eſſe interius & exterius humilis.

Virginalis ſtatus perfectior alijs.

tum ſuum, & lętitiam ſuam corporalem, & eum qui comportabat eam. Si ergo derelicta eſt, ad quem confugiet, niſi ad Chriſtum? Ille autem (vt dicit Pſal. 112.) ſola humilia reſpicit, & alta ideſt ſuperba a longe cognoſcit. & alibi. Pſal. 110. Reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum. Secundò debet eſſe humilis in apparẽtia exteriori, in inceſſu, habitu, geſtu, & apparatu. Omnia enim ipſius viduæ debent humilitatem reſonare, ut quanto ſtatus altior eſt, tanto ſit humilior, quia humilitas exaltat. Ornatus enim qui tolerabilis eſt in ea, quæ neceſſe habet placere viro, intolerabilis eſt in uidua, quæ ad hoc ſolum ſtudere debet, ut placeat Deo. Propter quod Hieronymus ad Furiam ſcribit. Amorem (inquiens) monilium atque gemmarum ſericarumque veſtium transfer ad ſcientiam ſcripturarum. Ingredere terram promiſſionis lacte & melle manantem.

Vidua deponere debet ornatũ.

Debet autem vidua primò deponere ornatum quem prius habuit, ne ſit diaboli rete ad multos capiendos, ſicut factum eſt de quadam domicella pulcherrima, de qua Ouid. lib. 2. Metamor. Erat enim domicella deę Palladis, quæ cum ſpatiaretur circa mare, Deus maris Neptunus adamauit eam, & voluit eam rapere. Sed ipſa implorauit auxilium deorum, & ſtatim affuit dea Pallas, quæ mutauit eam in cornicem, & habitum nigrum ſibi dedit: & ſic euaſit. Sic vidua pulchra facie ambulans per mare huius ſeculi, incendit corda ſecularium. Propter quod ſapiens ſuum filium docuit Eccl. 9. Auerte faciem tuam a muliere compta, & non circumſpicias ſpeciem alienam, quia propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hac concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit. Diabolus autem cum habitat in æterna amaritudine nititur eam rapere ad perditionem, niſi Deum inuocet & pęnitentiam agat. Et tunc Deus eam in cornicem mutat, quando cum pœnitentia nigrum, & humilem, & honeſtum habitum induit: ſurſum volans per contemplationem: vocem clamoroſam emittens per deuotam orationem: & ſic euadit æternam damnationem. Item largus debet eſſe habitus eius, nec debet eſſe in eo pompa nec noua factio. De veteri enim ligno non poteſt fieri nouum ædificium, nec de veteri patella nouum uas, contra illas uiduas quæ uolunt apparere iuuenculæ: & eas delectat quòd pulchræ uocentur, iuxta poetam. Delectant etiam caſtas præconia formæ. Et forte ſicut veteres imagines depingi ſolent, ſic ille facies ſuas pingunt. Non ſic veræ viduæ quæ apparatum exteriorem contemnunt ad interiorem contendunt: ut ſint dignæ honore, quem pręcipit Apoſtolus dicens. Honora uiduas quæ ueræ uiduæ ſunt.

Sermo 2. de eodem per thema ut prius.

A Eccleſia. Quo diuerſis rationibus eccleſia dicitur mater, virgo, ſponſa, & vidua.

Eccleſia dicitur mater, uirgo, ſponſa, & vidua: ſed diuerſis rationibus. Dicitur enim mater, ratione fęcunditatis, quia quotidie generat filios Chriſto per gratiam baptiſmalem vel pęnitentialem. Secundò, dicitur uirgo ratione integritatis fidei, & ſanctæ conuerſationis: quia in nullo uitio corrupta. Tertiò, dicitur ſponſa ratione indiuidui amoris, quia Chriſtum & nullum alium amat, aut alteri adheret: iuxta illud Cant. 2. Dilectus meus mihi & ego illi. Quartò, dicitur uidua ratione abſentiæ ſui ſponſi, quia Chriſto ſponſo ſuo mortuo in cruce, & ſi demum reſurrexit, tamen in cœlum aſcẽdit, vbi corporali pœnitentia permanet. Hęc autem uidua afflicta eſt multiplici tribulatione, vt ſolent uiduę: non ſolum quia caret pręſentia ſponſi, ſed etiam quia draco inſidiatur filio eius, ideſt cuilibet fideli, vt deuoret eum. Propter quod ei (ut dicitur Apo. 19.) datæ ſunt duę alę, ideſt duo teſtamenta: ut uolare poſſit ad deſertum, ideſt ad reparanda deſerta Hieruſalem ſupremę & ruinas eius.

eius. Tertiò, eſt afflicta in filijs qui quotidie perduntur per malitiam ſuam. Magna enim eſt confuſio matris videre eos qui de eccleſia ſunt numero non merito damnari perpetuo inferni patibulo. Vnde enim poteſt dici illud Thre.2. Magna eſt velut mare contritio tua, quis medebitur tui? Sic & mater & filia eccleſię Maria eos plangit qui ad interitum tendunt, ad quã recurramus dicentes. Aue.

B Vidua. De triplici genere viduarum.

Secundum Aug. lib. de ſancta uiduitate, triplex eſt genus viduarum. Quędam enim ſunt uiduę diaboli, quędam mundi, quędam domini. Viduę diaboli ſunt, quę nec in coniugio ſunt, & tñ luxurijs uacant, de quibus 1.Tim.5. Adoleſcentiores uiduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Et ſequitur. Iamque conuerſę ſunt retro poſt Sathanam. Hę ſolent frequentare eccleſias & perſonas religioſas ſub ſpem ſanctitatis, & multos illaqueant, & ideo cauendum eſt ab earum familiaritate. Sed viduę mundi quę honeſtè viuunt, intendunt tñ nubere tempore ſuo. Vel etiam ſi non intendũt nubere, non faciunt pp Deũ, ſed pp mundũ, ut uitent moleſtias coniugij, vel ſint dñæ rerũ ſuarũ, & ſic de alijs. Hę ſolent multũ vacare temporalibus conſeruandis & augendis, ſed exercitijs ſpiritualibus parum inſiſtunt, quarũ plures etiã dotes ſuas tradunt ad uſuram diuerſis modis, vel apud conſanguineos uirorum cum certa mercede, vel mercatoribus ſub nomine depoſiti. His & ſi caſtè uiuant non debetur fructus ſexageſimus. Tertia eſt uidua dñi, quæ per gratiam a dño poſſidetur, & ꝓponit firmiter pp dñm abſtinere a coniugio: & ab omni actu venereo, quem olim experta eſt in coniugio: & iſti debet fructus ſexageſimus, & honor ille de quo Apoſtolus in themate. Honora viduas quæ veræ, &c. Quia in præcedenti ſermone dictum eſt de tribus conditionibus veræ viduæ: nunc de quarta dicendum eſt. Quartò igitur ad veram viduã requiritur, quòd ſit pudica. Vnde in tribus pudicitiæ ſuæ cuſtos demonſtratur.

C Pudicitia. In trib. oſtenditur pudicitia vidualis.

Primò in viſu, ne ſit effrons in reſpiciẽdo. Debet enim humilitatis oculis incedere. Nam ad aurem & oculos halecis vel alterius piſcis cognoſcitur, ſi ſit recens vel putridus. Vnde Auguſtinus. Impudicus oculus, & impudici cordis nuntius. Oculus autem maximè corrumpitur ex leproſorum uiſione. Sic vidua ex leproſorum, ideſt lubricorum aſpectu. Et mirabile eſt, ꝙ per oculos aues vbi quę quærunt effugere laqueos, & tamen de oculis noſtris facimus laqueos. Inde quidam philoſophus videns quendam aucupem cum muliere iocantem clamauit. Tu qui auibus & feris tendis laqueos, vide ne capiaris in eis. Per oculos enim Iudith captus fuit Holofernes, & occiſus. Iudith.15.capitulo. Sandalia eius rapuerunt oculos eius, & pulchritudo eius captiuam fecit animam illius. Eccl. 26. Fornicatio mulieris extollentia oculorum eius. Hinc eſt ꝙ viduæ quandoque ſuper oculos inducunt velamen vel capitium. Auis enim prædax ut accipiter, indiget captio circa oculos, ne ad prædam vilem oculus diuertat, ſed ad altam & nobilem, ſic & vidua ſancta. Debet autem vidua habere oculos, non ſolum quibus videntur lacertę, ſerpentes, & hæc temporalia, ſed etiam viſum ſpiritualem quo videntur æterna: exemplo Annæ viduæ, de qua Auguſt. lib. de ſancta viduitate. Anna uidua beatior ideo fuit, quia prophetiſſa Chriſti eſſe meruit, quam credendum eſt etiam ſi filios nullos habuit, quod quidem ſcriptura ſubticendo reliquit incertum, eo ſpiritu præuidiſſe Chriſtum ex virgine proximè eſſe venturum, quo potuit agnoſcere & paruulum. Vnde & ſecundas nuptias recuſauit, quia nouerat iam tempus eſſe quo non officio pariendi, ſed ſtudio continendi, nec coniugalibus fœtandis viſceribus, ſed caſtigatis moribus a vidua melius Chriſto ſeruiretur. Secundò in ore, ut non ſit uidua riſui multo aſſueta. Riſus enim oſtendit effrenitatem mulieris, & mirum eſt quo-

modo vidua ridet, quę ſatis habet materiã luctus, quę iam ſui mediam partem amiſit, immo alteram ſeipſam.i. ſuũ comparem & amicum: & quæ iam pro media parte mortua eſt, & quæ iã lugubri veſte induitur. Et in veritate multæ citò ſequentes gaudia mundi, cito obliuiſcũtur ſui mariti, vt patuit de illo cui quæſitum eſt quid eſſet de quodã nobili homine. Reſpõdit mortuus eſt & ſepultus, & in tribus diebus oblitus. Multę n. ſunt quæ ſciunt artificiũ oblitoris, gallicè oublier, & nunc tempus eſt talium: Non ſic Martia Catonis filia, de qua Hiero. contra Iouinianum dicit, ꝙ dum flebat aſſiduè maritum ſuum, aliæ mulieres quærebant ab ea, quando ceſſaret huiuſmodi luctus, reſpondit in vltimo die vitæ meæ. Similiter iſta pudicitia apparere debet in verbis, vt non ſit multiloqua, ſed ſatis audiens nõ tñ detractionum aſſidua auditrix. Vnde 1. Timo. 5. Ociosę, inquit, & verbosę & curiosę loquentes quæ non oportet. Sunt. n. multę curioſæ ad audiendum rumores eorum quæ ad eas non pertinent. Sunt ẽt loquaces & fortè turpium. Ad linguam enim porci vel ſuis cognoſcitur lepra. Tertiò, apparet pudicitia in vidua ex ſocietate quam ſecum habet. Debet n. vitare ſocietates vnde oriri poſſet ſuſpitio. Nam Hiero. ad Saluinam. Tenera res eſt in fœminis fama pudicitiæ, & quaſi flos pulcherrimus citò ad leuem marceſcit auram: maximè vbi ætas conſentit ad iudicium, & maritalis deeſt auctoritas, cuius vmbra tutamen eſto vxoris. Auiculæ autem fugientes terram, tutę ſunt a laqueis, & earum pennæ manent compoſitæ & mundæ, vbi in terra manentes capiuntur & pennis deſtruũtur. Sic viduæ longè morantes a terrenis & laſciuis hominibus, laqueis immundarum cogitationũ & operationũ vix capiuntur, ſed dum terrenis & mundanis hominibus commiſcentur, mentes earum quibus altè volare deberent ſicut aues, pennis maculantur. Hiero. Epiſt. 85. Quid facit vidua inter famulorum multitudinem, & inter miniſtrorum greges? Et ſequitur. Caueas quicquid de te fingi poteſt. Non ambulet iuxta te calamiſtratus, non hiſtrio fractus in fœminam, non cantoris diabolici venenata dulcedo, non iuuenis cultus & nitidus. Nihil artium ſcenicarum, nihil tibi in obſequijs molle iungatur. Habeto tecum viduarũ & virginum choros, habeto tui ſexus ſolatia. Quinto requiritur, ꝙ ſit ſobria. 1. Timo. 5. Vidua quæ in delicijs eſt viuẽs, mortua eſt. Sicut dicitur de perſona quę moritur ꝙ mortua eſt, ſic de vidua delicatè viuente, quę quotidie ad mortem tendit, ꝙ mortua eſt. Non enim erat delicata illa Noemi, cuius filia Ruth colligebat ſpicas poſt terga metentium, propter quod meruit a domino conſolari & regere domũ Booz, & de filia eius deſcendere tribum regalem & conſequẽter Chriſtum. Non erat ẽt delicata illa vidua Sareptana, quę non habebat niſi modicum farinę & olei in lechyto, quę tamen Heliam meruit ſuſcipere, & plurimis miraculis a domino cõfortari. Et forſitan quia viduę Iſrael nõ erant ita deuotę ſicut illa, nec ita ſobrię, ad has non eſt miſſus Helias, quamuis eſſent multę ut dicit dominus. Luc. 4. Similiter non erat delicata Anna, quæ Chriſtum ſuſcepit, quę octuaginta quatuor annis ieiunijs & orationibus vacauerat. Contra viduas vinolentas & temulentas, quæ deberent eſſe templum Dei, & ſunt ſepulcrũ vini. Ideo ex hoc ſequuntur in eis plura vitia, quinque luxurię vitium. Si. n. Iudith bibiſſet vinum, fortè cũ Holoferne adultero cõcubuiſſet. Et ſi ſic vina ſoluerũt Holofernem fortiſſimum & terribilẽ, vt a muliere interficeretur, quomodo debent timere viduæ ſic derelictæ & fragiles ne ſuccumbant? Iſta enim per ſobrietatem illũ ſuperauit, quę ſuper lumbos ſuos habebat cilicium, & ieiunabat omnibus diebus vitę ſuę, pręter neomenias & ſabbata. Vnde & Romanę mulieres vinum non bibebant, & ſi bibebant, turpè reputabatur. Si hęc gentiles mulieres obſeruabant, quanto magis viduę Chriſtianę debent ſobrię viuere: Quandoq; etiam ſequitur loquacitatis vitiũ, vt ſicut nec ſunt ſobrię edendo & bibendo,

D *Vidua. Vidua dupliciter debet eſſe ſobria.*

Vina ſugienda a viduis.

bendo,ſic nec in loquendo. Vbi enim eſt aqua abundans in molendino,eſurientella ſemper claquettat ſiue reſonat,ſicut etiã pica quæ uinum bibit, inceſſanter gazoullat. Sed dices non poſſum ieiunare, uel ſi ieiuno oportet ut ſemel multum comedã, & ſic onerando ſtomachũ grauior uel infirmior. Reſpondetur,ꝙ nõ intelligo ut uidua ieiunet,ſed ut ſobriè uiuat,nec ſe ingurgitet. Melius enim eſt,ut modicum ſumat, & ſæpius, quàm multum ſemel ad ingurgitationem & ebrietatem. Hiero. ad Furiam. Quicquid fœminarum uoluptatis eſt, uenenum puta. Parcus cibus,& ſemper uenter eſuriens, triduanis ieiunijs pfert:& multo melius ẽ quotidie parũ,quàm rarò ſatis ſumere. Pluuia illa optima eſt, quæ ſenſim deſcendit in terras. Subitus & nimius imber in præceps arua ſubuertit. Sextò requiritur, ꝙ ſit caſta corpore, & mente.

A
Vidua.
Vidua debet eſſe, mẽte & corpore caſta.

Si enim cum marito caſte uixit in coniugio,quãto magis in uiduitate,q̃ eſt ſtatus honorabilior? Vñ Romani (ut uult Vale.lib.2.c.1.)coronabãt uiduas corona caſtitatis,qñ amplius nolebant maritari. Habebant n. opinionem,ꝙ tales uiduę animum incorruptum haberent. De illis autem dicitur Eſaiæ.47. Venerunt tibi hęc duo ſimul,ſterilitas & uiduitas: exemplo palmæ femellę quę præciſa palma maſcula ſibi coniuncta, intra triduũ ſterileſcit. Denotans bonas uiduas quę uiro ſuo mortuo, fructu prolis non dant operam: ſed continuam continentiam ſeruando ſterileſcunt. Quod eſt contra multas, quæ quantumcumque ſint uiduæ uetulę uolunt nubere, & non continere,dicentes illud Eſaiæ 47. Non ſedebo uidua,& ſterilitatẽ ignorabo. Quinimo tantum eſſe extra ſtatum delectãtur uiduitatis, ꝙ uidentur dicere illud Apoc.18. Sedeo ut regina, & uidua non ſum. Vt autem uidua caſta ſit,fugere habet incentiua luxurię. Delicias enim quęrere, eſt in ſe luxurię ignem nutrire:oleum & ligna, & picem ignẽ miniſtrare,& hoſtem fouere. Ideo ſi vult caſta eſſe, neceſſe habet delicias euitare. Fuit enim mulier quędam in deſerto manens,quę ut carnem domaret triginta ſex annis herbas paſcens aquã tantummodo bibebat. Narrat etiam Hiero. de Paula, ꝙ ægrotans ad mortem nõ potuit induci ad bibendum uinum. Secundò ꝙ aſperis non mollibus induatur,ſecundum tamen ſtatum ſuum,quia ſicut mollia veſtimenta ad laſciuiam inuitant, ita aſpera a luxuria carnem frenant. unde Iudith habebat ſuper lumbos cicilium. Tertiò: ꝙ carnales ſuggeſtiones a ſe expellant,nec verba lenarum audiant. Quando enim canes, ideſt lenones & hiſtriones de cadaueribus talium lenarum non curant,nec iam inueniunt qui eis commiſceri appetant, tunc aliarum luxurias procurant,vt nitore canum vel fætore cadauerum repleantur: quibus licèt actus peccãdi ſubtrahatur, ut iam opere tali peccare nequeant:retinẽt tamen adhuc peccandi uoluntatem,

Viduæ quid vitare præcipuè debeant.

ſicut anguilla ſecta adhuc palpitat, & hiſtrio cui clauſum eſt oſtium libenter intraret ſi poſſet:& canis excluſus a domo ad oſtium pede ſcalpit, & quod in ſe non poſſunt,in alijs facere intendunt. Et tales tot mortibus dignæ ſunt, quot per illas homines peccabunt: ſicut qui incendit domum unã, reus eſt omnium quæ per illam incendũtur. Hæ ſunt maximè quę ferunt pepla,& alia muliebria ornamenta,uel aliquid aliud ad uendendum: ut occaſionem habeant loquendi cũ mulierculis, vel magnis dominabus ut eas decipiant. In qua etiam procuratione cõiter ſunt nutrices, de quibus Hiero. ad Furiã. Caue nutrices & gerulas,& iſtiuſmodi aĩalia venenoſa,quæ de tuo corio ſaturare ventrẽ cupiunt, non ſuadent quod tibi, ſed quod ſibi proſit. Quartò, cuſtodiant ſe quãtum poſſunt, ne dent locum cogitationibus immundis,ſed cum ſuperueniunt, protinus abſcindant caput,ne capite cogitationis illapſo protinus totus ſubintret anguis. Idem in epiſtola ad Saluinam. Semper in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebrę orationes, ut omnium cogitationum ſagittę quibus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellantur. Septimò requiritur,ꝙ ſit quieta. Ad hoc eſt exemplum de Iudith, quę uiro mor-

B
Vidua.
Vidua debet eſſe quieta.

tuo

tuo in ſuperiori parte domus ſuę fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cũ puellis ſuis clauſa morabatur. Iudit 8. Similiter quædam alia vidua narratur Romę fuiſſe, quæ triginta ſex annis manẽs clauſa, nulli eſt viro locuta. Ideo caueant viduæ diſcurſum, quia certum eſt ſæpe ouem in os lupi incidere, quæ a ſtabulo uel grege ſeparata uagabunda procedit, & columba circumiens ſæpe rapitur ab accipitre, quæ in columbario tuta erat. Quando enim Thamar uidua in domo patris fuit, uiduitatem ſeruauit, nec peccauit, ſed ad biuiũ veniens offendit. Vnde lib. de natura animalium. Turtur in æſtate ſe mutat ad loca frigida, in hyeme uerò non apparet, ſed manet in nido. Sic uidua dũ hyems eſt, & charitas Dei in hoc mundo refrigerata, maneat ſemper in nido domus ſuæ. Hiero. Parum caſtitati crede ſine ſuis appendit ijs, quæ tres ſunt ſ. ciborum aſperitas, ueſtiũ humilitas, & non euagari, ſed in propria manere domo, uel in templo orare. ut dicat illud. Pſal. 54. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Habeat autem uidua ſolum duas domos, exemplo Annæ propheteſſæ quæ dominum ſuſcepit. ſ. ſuam domum, & eccleſiam, & eas frequentet, & diligat. Suam propter liberos, & quotidianam neceſſitatem. Eccleſiam uerò propter Deum, & extremam mortis neceſſitatem: in qua Deus per ſacramenta ibi contenta, & per alias conſolationes conſolatur. Ideo Paula moriens (ut teſtatur Hiero.) dicebat ita, ut non poſſet interrumpi illud. Pſ. 25. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, ne perdas cum impijs Deus animam meam, &c. Et propter hoc dominus uiſitauit eam, ita ut in facie mortua legeretur animæ gloria propter ruborem & lucem, &c. Si ergo Deus ſic uiduas honorauit, quantum a nobis honorandæ ſunt quæ uerę uiduæ ſunt.

Caſtitatis appẽditia.

C *Virginitas. Virum ſtatus*

Sermo tertius de eodem per thema ut prius.

QVæri poſſet, cum uiduitas ſit ſtatus a uirginitate cõdiſtinctus, utrum beatiſſima uirgo Dei mater, aliquando fuerit in ſtatu uiduitatis. Videtur .n. ꝙ perpetua uirginitas, ſecum nõ compatiatur uiduitatem? Ad hoc reſpondetur, ꝙ tripliciter accipi poteſt uiduitas. Primò ꝓ omni ſtatu mulieris aliquãdo corruptę, nunc continentis, ſiue aliquando fuerit nupta, ſiue non. Et ſic meretrices nũc cõtinentes dicerentur uiduę. Secundò, capitur pro ſtatu mulieris aliquãdo nuptæ & corruptæ, nunc poſt uiri mortem continentis. Et iſta eſt communis acceptio, & neutro iſtorum modorum Maria fuit in ſtatu uiduitatis. Tertiò modo, pro ſtatu mulieris aliquando nuptę, nunc autẽ non, ſiue fuerit corrupta, ſiue nõ. Et hoc modo Maria fuit uidua, quia ante domini paſſionem, Ioſeph iã obierat. Alias dominus moriens in cruce nõ commendaſſet eam in cuſtodiam Ioanni Euangeliſtæ in præiũdicium coniugis ſui Ioſeph. Et ideo non eſt tenenda gloſ. decreti 27. q. 2. Si. n. quæ dicit ꝙ Ioſeph poſt paſſionem ſuperſtes fuit. Vt igitur de viduis loqui valeamus, ad eam quæ ſtatum illum honorauit conuertamur, eam ſalutando dicentes. Aue.

virginitatis ſta re poſſit cum viduitate.

In hoc ſermone dicendum eſt de his qui mouere poſſunt ad obſeruationem ſtatus viduitatis. Sunt autem ſex motiua. Primum eſt, quia ſtatus viduitatis fructuoſior eſt, quòd ſtatus matrimonij, ideo præeligendus. Quod probatur, quia ſtatui matrimonij ſolum attribuitur fructus triceſimus, huic vero ſexageſimus. Pſal. 131. Viduã eius benedicens benedicam. Duplici ſi quidẽ benedictione, ꝓꝑ quod nomen benedictionis ibidem repetitur. Nam & hic benedicitur a Deo per gratiam, & a mundo per bonam famam, & per tentationum victoriam, vt patuit in Iudith, quæ Holofernem interfecit, qui diabolũ repreſentat. Et propter hoc ab hominibus benedicta fuit, & mirabiliter laudata, & tandem in cęlis per gloriam benedicta. Vnde & Hiero. refert Centaliorum Reginam fortiſſimis quõdam prælijs ſæpe Romanos attriuiſſe, & fortiſſimos ſuperaſſe viros, & hoc miraculo caſtitatis. Eccl. 26. Non eſt digna ponderatio continentis animę. Sed dices. Vidua ſum, non poſſum abſtinere, non poſſum tentationes euincere. Ad

D *Viduitas. Sex motiua a ſtatũ uiduitatis obſeruãdum.*

hoc

E Vidua. Vidua ſi non poſſit ſe continere nubat i domino.

hoc reſpondeo. Primo, ꝙ ſecundũ Apoſtolũ qui neſcit abſtinere nubat. Hiero. ad Furiam. In Chriſtianis non quęrũtur initia, ſed finis. Paulus malè cępit, ſed bene finiuit. Inde laudantur exordia, ſed finis proditione damnatur. Ideo videat vidua continens, ſi bene incipiat ꝙ bene perſeueret. Dico ſecundo ꝙ ſi vidua nimiam tentationem in continẽdo inueniat, ſperet in domino. 1. Tim. 5. Quæ vere vidua eſt & deſolata, ſperet in Deum. Non enim continere eſt opus naturæ, ſed gratiæ. Sap. 8. Non poſſum eſſe continens niſi Deus det. Deficit autem fructus palmitis ſeparati a vite, & fructus arboris deficit a radice, & fluxus in riuulis, aqua deſiccata in fonte, & motus in omnibus membris, ſi prius deficiat in corde. Sic virtus bene agendi deficit omni creaturæ ſubtracto Dei auxilio. Io. 15. Sicut palmes non poteſt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in uite, ſic nec uos niſi in me manſeritis. Ideo ad opus continentiæ continuandũ oportet maximè in eum ſperare. Sed dices. Si accepero propoſitum uiduitatis, & aliquando continens fui: ſed tandem propoſitum muto, nonne poſſum licitè nubere in domino? Reſpondetur quòd cum quis diſponit aliquid boni facere, tunc dicitur deliberare, & ſi confingat illud, nec exequatur, dummodo in bono perſeueret non peccat. Si verò poſt deliberationem firmiter proponat illud obſeruare, ſcilicet continere, & per longum tempus perſeuerat, ſi frangat per matrimonium ſecundum, tunc nõ peccat mortaliter, licet bene venialiter, eo ꝙ cadit a maiori ſtatu in minorẽ, & a maiori pfectione i minorẽ, & a maiori feruore i minorẽ. Et ſic itelligit̃ illud 27. q. 1. neque viduas, neque tenenda eſt gloſſæ reſolutio. Si verò tranſiret in votum, tunc tranſgreſſio illius eſſet mortalis, iuxta Apoſtolum 1. Timo. 5. Cum luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Dico ſecundò, quòd vidua ſi ſe cogitet morituram, quæ iam pro media parte mortua eſt, non habebit occaſionem ſe iterum maritandi. Vnde Hiero. Cogita te morituram, & nunquam de ſecundis nuptijs cogitabis. Secundum motiuum eſt, quia ſtatus viduitatis liberior eſt. Non enim poſſunt ita Deo ſeruire in matrimonio ſicut in viduitate. 1. Cor. 7. Hæc ad vtilitatem veſtram dico, non vt laqueum vobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt, & quod facultatem præbeat ſine impedimento domino ſeruiendi. Hiero. Cogita quòd a marito nõ coerceris. Ideo mane ſurgere poteſt ad matutinas, quando cum marito nocte ſolebat dormire. Vnde Hiero. ad Ageruntiam. Si vidua quæ iudicio domini virum habere deſinit, cur non illud lætabunda congeminet, dominus dedit, dominus abſtulit? Et oblatam occaſionem arripiat libertatis, vt ſui corporis habeat poteſtatem, nec rurſum fiat ancilla hominis, ſed Dei. Habent enim mulieres maritatæ multas ſolicitudines intendendi viro vel filijs, vel eorũ prouiſioni, quas non habet vidua. Inde in vitis patrum, cum quidam ſolitarius tentaretur de accipienda vxore, deſcripſit eam in ſabulo dicens. Modo habes vxorem, oportet te dupliciter laborare, vt acquiras tibi & ſibi neceſſaria. Poſt ſibi finxit filiam, & ſic triplicauit laborem poſt filium, & ſic ſibi vt fingebat filios & filias, augebat ſibi laborem pro vxoris & filiorum prouiſione. Cum autem labor multiplicatus eſſet ei intolerabilis, dixit. Ergo cum non poſſis de vniuerſo labore tuo prouidere tot filijs, non habes neceſſe nubere, & ſic ceſſauit tentatio. Sed dices. Non habeo qui me defendat, & ample opes & diſpẽſatio rei familiaris egent autoritate viri. Ad hoc reſpondet Hiero. ad Ageruntiam, quòd ſcriptum eſt. Primum quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Dominus enim eſt tutor, & protector viduarum et ex corde famulantium. Dicitur ſecundò ſecundum eundem, ꝙ poſſunt aliqui fideles amici vel ſerui ad hoc inſtitui. Vnde ait. Liberi vel fideles ſerui tibi ſint, quos ex antiquo cognoſcis eẽ fideles, & quos ad hoc inſtituere potes. Si enim peregrinan-

A Vidua. Status viduitatis eſt liber.

nantibus viris in longinquum, vxores regunt opes, domum, & familiam, cur non etiam vxor ipſa regere poterit peregrinante viro in alterius ſeculi regionem? Dicitur tertiò ſecundum eundem ibidem, ꝙ tibi melius eſt ſubſtantiã mi nui, quã animæ ſalutem perire. & melius eſt amittere id, quod volumus nolimus amittemus, quam id pro quo omnia dimittenda ſunt. Nos autem auaritia ardemus, & pecunijs ſinum expandimus, non Deo. Et quamuis multis proceſſimus in annis, nemo eſt tam fractis viribus, & ſic decrepitæ ſenectutis, qui non ſe putet adhuc vnum annum eſſe victurum, vnde ſubrepit obliuio ſui & Dei. Tertium motiuum, quia ſtatus ille honeſtior eſt. Patet primò, quia ſecundò contrahere matrimonium aliqua pœna legali in antiqua lege mulctatur. Hinc Hieron. ad Ageruntiam. Legimus in teſtõ ueteri pontifices ſimul maritatos, & filias ſacerdotum ſi uiduæ fuerint uesci debere de ſacerdotalibus cibis. Si autem alios uiros acceperint, alienas eas a patre, & a ſacrificijs fieri: & inter externas debere reputari. Secundò, quia apud Paganas mulieres & infideles etiam, reputarum eſt non multum honeſtum, ſecundas contrahere nuptias. Nam Portigena Darij filia nutricem ſuam occidit, eo ꝙ ſibi ſecundas nuptias conſulebat. Similiter Portia Catonis filia, cum quædam matrona laudaretur quæ ſecũdum virum habebat, & ꝙ nihilominus bene famata erat, propter quod deberet ſecundò contrahere. Reſpondit. Fœlix & pudica matrona nunquam niſi ſemel nupſit. Et Hiero. ad Ageruntiam. Dido Regina Carthaginis magis ardere voluit, quàm poſt primas nuptias Iarbę Regi nubere. Si ſic communi lege omnes viduę gentiles damnant voluptates, quid expectandum eſt a uidua Chriſtiana, quę pudicitiam ſuam nõ ſolũ ei debet q defunctus eſt, ſed ei cum quo regnatura eſt? Tertiò, quia apud Chriſtianos nuptię ille carent ſolemnitate benedictionis. Non dico quin ſecundę & tertię nuptię ſint bonę, ſicut voluit dicere hęreticus Sabellius damnans ſecundas nuptias. vt Hiero. ad Marcellam, ſed tamen non ſunt ita laudabiles & honeſtę ſicut priores. Inde Hiero. ad Ageruntiam recitat, ꝙ dũ Romę eſſet ad viſitandum Damaſum Papam, rumor erat in vrbe de quadam muliere quę viginti duos uiros habuerat, & per medium quorundam deriſorum iterum coniuncta eſt vni viro qui viginti uxores habuerat. Tunc inter conuiuia viri cum mulieribus deriſoriè pugnabant, & diſputabant quis eorum vinceret, dicentibus mulieribus ꝙ mulier, & viris ꝙ vir, mulier tamen primo obijt, quę cũ duceretur ad ſepulcrum, feretrum prę cedebat vir laurea coronatus: manu geſtans palmam cum multitudine iuuenũ, & hiſtrionum clamantium. Hic eſt vir ille qui victoriã habuit de muliere quę vigintiduos vicerat viros. In quo ex vna parte notandum eſt illuſio. Ex altera parte quanta fidelitas in illo matrimonio, quando vir ridebat, & ludebat ducendo vxorem ad ſepulcrum. Sed dices. Vidua ſum, & tenerrima eſt fama viduæ, facilè de me obloquentur homines, & propter hoc eio impatiens. Ideo melius eſt eſſe ſub tutela viri, qui famam illibatam cuſtodiat. Reſpondetur, ꝙ vidua debet eſſe patiens ſi quis contra caſtitatem ſuam obloquatur. Hiero. ad Furiam. Sanctus amor impatientiam non habet, falſus rumor cito opprimitur, & uita poſterior iudicat de priori. Fieri quidem non poteſt vt abſque morſu hominum vitæ huius curricula quis pertranſeat. Et ſubdit rationem, quia malorum ſolatium eſt bonos carpere, dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum. Sed tamen cito ignis ſtipule conquieſcit, & exũdans flamma deficientibus nutrimentis paulatim emoritur. Quartũ motiuum eſt periculũ, quod in ſecundis nuptijs inuenitur. Primum periculum eſt, mulier cum ſecundò nubit accipiat maritum prauum, & prodigum, diſſipantẽ bona ſua, vt multoties videmus. Vnde Hiero. contra Iouinianum Cum matrona quædam interrogaretur Romæ cur ſecundò non duceret virum. Reſpondit. Si ducam virum ſecundum, neſcio ſi bonus

B *Nuptiæ. Secũdæ nuptiæ nõ ſunt ita honorabiles ſicut primæ.*

C *Nuptiæ De periculis ſecundarũ ne nuptiarum.*

nos timere perdere illum,ſicut priorem perdidi, propter luctum & triſtitiã quã inde habui. Si malus, tormentum mihi eſſet,& prioris mariti recordatio perpetua. Vnde & communiter tales mulieres ſecundò maritatæ fiunt regretariæ,& inceſſanter primos regretant maritos. Secundũ periculum eſt ne mulier ſecundum maritum accipiat diſcolum, & iracundum: & pro dulcedine prioris ſentiat amaritudinẽ ſecundi,& vbi ſocia erat primo marito, cum quo tñ multas matrimonij amaritudines ſenſit, fiat ſecundi ancilla. Hiero. ad Furiã. Sciunt viduæ in quantas amaritudines in ipſis primis nuptijs inciderunt. Quid ergo rurſum ſe ingerunt? Bruta animalia & vage aues in eaſdem pedicas retiaq; non incidunt. Dicitur de quadam vidua, ꝙ venit ad curatum ſuum,quærens ab eo cõſilium ſi deberet iterum maritari,& allegabat ꝙ erat ſine adiutorio, & ꝙ habebat ſeruum optimũ peritum in arte mariti ſui. Tunc curatus dixit,benè,accipite eum. Econtrario illa dicebat. Sed periculum eſt accipere illum, ne de ſeruo meo faciam dominum. Tunc curatus dixit. Benè,nolite eum accipere. Ait illa. Quomodo ergo faciam? Nõ poſſum ſuſtinere pondus illud quod ſuſtinebat maritus meus,niſi vnum habeam. Tunc curatus,benè,habeatis eum. Ad illa. Sed ſi malus eſſet & vellet mea diſperdere & vſurpare. Tunc curatus. Non accipiatis ergo eum:& ſic ſemper curatus iuxta argumenta ſua concedebat ei. Videns autem curatus quia vellet illum habere & haberet deuotionem ad eum,dixit ei vt bene diſtincte intelligeret quid campanæ eccleſiæ ei dicerent, & ſecundũ conſilium campanarũ ꝙ ipſa faceret. Campanis autem pulſantibus intellexit iuxta voluntatem ſuam ꝙ dicerent. Prens ton varlet,prens tó varlet. Quo accepto, ſeruus egregiè verberauit eam, & fuit ancilla quæ prius erat domina. Tunc ad curatum ſuũ conqueſta eſt de conſilio, maledicendo horam qua crediderat ei. Cui ille. Non ſatis audiſtis quid dicant campanæ. Tunc curatus pulſauit campanam & tunc intellexit quod cam panæ dicebant,ne le prens pas,ne le prẽs pas. tunc .n. vexatio dederat ei intellectum. Tertium periculum pro iurgio filiorum, quia filij ſecundi mariti filios primi ſolent opprimere: quod experti ſunt qui ſecundas nuptias ducũt. 1. Cor. 7. Tribulationẽ carnis habebunt huiuſmodi. Hiero. ad Furiam. Si euenerit vt de ſecundo marito habeas filios, domeſtica tunc pugna,inteſtinum prælium. Nõ licebit tibi amare liberos,nec æquis aſpiceret oculis quos genuiſti. Clam eis porriges cibos. Inuidebit mortuo, & niſi oderis filios, adhuc eorum amare videberis patrem. Si verò de priori vxore habens ſobolem te domum introduxerit,etiam ſi clementiſſima fueris, omne comediç genus,& communes rhetorum loci in nouercam ſæuiſſimam declamabunt. Sed dices. Scribit Apoſtolus. 1. Timo. 5. Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iubet ergo Apoſtolus iuniores viduas contrahere. Reſpondet Hieronym. in epiſtola ad Ageruntiam. Apoſtolus inquit. Volo iuniores nubere, quia nolo adoleſcentulas fornicari, procreare filios, ne metu partus & adulterij filios necare cogantur,matresfamilias eſſe, quia multo tolerabilius eſt bigamum eſſe, ꝗ ſcortum: ſecundum habere virum, quamplures adulteros. Et ſequitur. Nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia, ne propoſitum viduæ exquiſitior viduç cultus infamet: ne oculorum nutibus & hilaritate vultus iuuenum poſt ſe greges trahat: ne aliud verbo, aliud habitu polliceatur, & conueniat ei verſiculus ille vulgatus. Riſit & arguto quidam promiſit ocello. Et vt nubendi cauſas omnes breui ſermone concluderet, ſubdit Apoſtolus. Iam enim quædam abierunt retro poſt Sathanam, & ideo Apoſtolus ſecunda & tertia coniugia (ſi opus eſt) concedit, ut a Sathana abſtrahat, & ut magis mulierem qualicũque viro iunctam faciat eſſe, quàm diabolo. Conſilium tamen eius eſt quòd a ſecundis nuptijs, abſtineant,& ſeruent ordinẽ viduitatis,

A Nuptiæ. Quõ Apoſtolus ſecũdas nuptias concedit iunioribus viduis.

Reſurgẽtiũ conditio i beatitudine.

qui maior eſt caſtitate coniugali. vnde Aug. Angeli non nubunt, & hoc erimus cũ ſurrexerimus. Quanto ergo meliores eſtis o viduę, quia id quod erunt homines poſt reſurrectionem, hoc vos incipitis eſſe ante mortem. Seruate gradus veſtros, & dominus ſeruabit honores veſtros. Cõparata eſt reſurrectio mortuorũ ſtellis in cęlo conſtitutis. Stella.n.a ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Aliter ibi lucebit virginitas, aliter caſtitas coniugalis, aliter ſancta viduitas. Seruate igitur gradus veſtros, hęc Aug. Quintum motiuum eſt amor prioris mariti, quem non debet tradere obliuioni, quia vir & vxor ſunt una caro, & debet eum quaſi ſemimortua plorare. Fleret.n.mulier cuius manus areſceret, vel cuius oculum ægritudo cęcaret. Si ſic faceret pro vna modica ſui parte perdita, quid faciet pro dimidia? Aug. benedixit, inquit, quidam de amico ſuo, dimidium animæ meę, quia & ego ſenſi animam meam, & illius vnam fuiſſe in duobus corporibus: & ideo vita mihi erat horrori, nolẽs dimidius viuere: hęc enim loquebatur de quodam amico ſuo defuncto. Vnde & Ber. de fratre ſuo Gerardo defuncto ſic ait. Cum eſſemus cor vnum & anima vna, hanc meam pariter & ipſius animam pertranſiuit gladius & mediam quidem ſcindens mediam locauit in cęlo, aliã in ceno deſeruit. Nam ego ſum miſera illa portio quæ iacet in luto truncata media parte ſui & parte vtique potiori. Si ergo talia Auguſtinus pro amico, & Bernardus pro fratre ſentiebat, quid mulier pro marito cum quo facta eſt vna caro, & per amorẽ animus vnus? Narrat Hieronymus de Arthemiſia Regina quę tantæ prouidẽtię fuit, & adeo maritum mortuum amauit, vt ad perpetuam eius memoriam miræ magnitudinis & pulchritudinis ei ſepulcrum conſtruxerit, vt dum illud aſpiceret, memoriam dilecti non perderet. Non ſic illa quæ mortuum maritum tradidit in tribus diebus obliuioni, uel illa quę peiorem pãnum tradidit ſepulturæ mariti, vel mulieres Lõgobardiæ quas oportet locare ad flendũ & crines detrahendũ.

Viduæ fideles nõ obliuioni tradũt defunctũ maritum.

Vnde Hiero. contra Iouinianum refert de Valeria, ꝙ cum interrogaretur quare ſecundum uirum non acciperet. Reſpondit ſe hoc facere non poſſe, quia uir ſuus non erat mortuus, ſed uiuus. Quandiu enim ipſa uiueret, uir ſuus in corde ſuo uiuebat. Inde & Dido tantum dilexerat maritum ſuum ꝙ eius non poterat obliuiſci. Ideo dicebat Annæ ſorori ſuę. Ille meos primus qui me ſibi iunxit amores. Abſtulit, ille tulit ſecum ſeruetque ſepulcro. Sed dices Apoſtolus dicit, ꝙ ſexagenaria eligatur in uiduam, ſed nondum ſum ſexagenaria, ideo non debeo adhuc ſeruare uiduitatem quaſi ad nihilum apta. Reſpondet Hieronymus ad Saluinam. Non credas ꝓ hoc ab Apoſtolo reprobari, ſed te credas ab eo eligi qui diſcipulo ſuo dixerat. Nemo adoleſcentiam tuam contemnat. Quę.n. in tumulo mariti ſepeliſti omnes uoluntates, nihil habes niſi perſeuerare in ieiunio. Vnde & ꝓ hoc iuuenis uidua, multum commendabilis eſt, quę modicum cũ uiro ſuo fuit, ut ſacra commendat hiſtoria. Annam fuiſſe tantummodo cum uiro ſuo ſeptem annis a uirginitate ſua. Propter hoc etiam commendat Gallam nobiliſſimam Romanorum, filiam Symmachi conſulis, & Patricij Romanorũ, quę poſt annum a nuptijs viduata marito, contemptis omnibus, ſacro uelamine operta in monaſterio ſancti Petri ſe dedit. Et quamuis propter calididitatem complexionis dicerent medici, ꝙ niſi uolaret ad amplexus uiri eſſet barbam habitura, quod & factum eſt: ipſa nihilominus propter Chriſtum illud opprobriũ contempſit. Et cum Deus mercedem laborum ſuorũ quibus inſudauerat eleemoſynis, ieiunijs, & huiuſmodi retribuere uellet: cancro in mamilla percuſſa iacebat in lecto habens ante ſe duo candelabra, inter quę ſemel cum uigilaret apparuit beatus Petrus, quem reſpiciẽs ſine tremore petijt ſi ſua eſſent dimiſſa peccata. Cui ille, dimiſſa, ueni. At illa conſtans, rogo te ut talis ſanctimonialis mecum ueniat, hoc enim dicebat de quadam quam inter alias multum diligebat. At Petrus. Non, ſed talis ueniat tecum.

tecum. Illa aũtem de qua loqueris, tricesimo die de te erit ſecutura. Quod & factum eſt. Sextum motiuum eſt hominum, & beſtiarum natura. De hominum natura dicit Hiero. ad Ageruntiam. Prima hominis creatura nos docet, plures nuptias refutare. Vnus Adam, vna Eua, immo vna ex eo coſta ſeparatur in fœminam, rurſumque quod diuiſum fuerat, nuptijs copulatur, dicente ſcriptura, erunt duo in carne vna. Secundò, hoc oſtendit beſtiarum natura in turture, de qua Ber. ho. 59 ſuper Canti. Turtur cõpare vno contenta eſt, quo amiſſo, alterum pęnitus non admittit, numeroſitatem nuptiarũ in hominibus redarguẽs: ita vt pudeat ad negotium honeſtatis rationem non poſſe in homine, quod natura poſſit in volucre. Cernere eſt turturem tempore ſuæ viduitatis ſanctæ viduitatis opus ſtrenuè exequentem: vbiq; ſingularem, vbique gementem audias, nec vnquam in viridi ramo reſidentem, vt tu ab eo diſcas voluptatum virentia virulenta vitare, & in iugis montium, & in ſummitatibus frequentior illius cõuerſatio eſt, ut quod vel maximè propoſitum decet, doceat mundum deſpicere & amare cęleſtia. Sed dices præceptum eſt. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Ego vero iuuenis ſum vidua, & adhuc potens habere liberos, cur non adimplebo præceptum? Ad hoc dico cum Hieronymo, ſi poſſis abſtinere. Scis quia centenarius fructus pro virginibus eſt, ſexagenarius pro viduis, tricenarius pro coniunctis, nihil remanet pro bigamis. Non dico ꝙ ſint in via perditionis, ſed tantus fructus eis nõ debetur, ſicut ſemel tantum coniunctis. Vnde Hiero. Quid ad nos de illa voce, Creſcite & multiplicamini? ſi viguit ante, & poſt diluuium, Quid ad nos, in quos fines ſeculorum deuenerunt? quibus dicitur, Tempus breue eſt, etiam iam ſecuris ad radicẽ poſita eſt, quæ ſyluam legis euangelicæ, & caſtitatem nuptiarum ſuccidat. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Primum in veteri, ſecundum in nouo teſtamento. Propter quod, & Hieremias captiuitate propinqua, vxorem iuſſus eſt non accipere. Hiere. 16. Ex quo dicunt doctores Hebræi & Latini ipſum Hieremiam manſiſſe virginem.

B — *Nuptiæ. Natura volucrũ docet ſecũdas vitare nuptias.*

Turturis natura.

Sermo 4. de eodem per thema vt prius.

C — *Maria. Vtrum Maria fuerit de viduis ꝓpter quas ortũ eſt murmur Græcorũ*

Quæri poſſet an Maria vna illarum viduarum fuerit, propter quas ortum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, quia ſcilicet viduæ illæ deſpiciebantur in miniſterio. Actu. 6. Et videtur ꝙ ſic, quia Maria erat tunc de viduis & inter viduas reputata, & habitabat cum Apoſtolis, & cęteris mulieribus. Actu. 1. Reſpondetur ꝙ murmur iſtud ortum habuit ex ſancta deuotione. Viduæ enim Hebrææ eo ꝙ doctiores & de maiori ciuitate volebant ſolæ miniſtrare Apoſtolis: & alias quaſi indignas deſpiciebant ſicut nunc faciũt mulieres Pariſ. aduerſus eas de Picardia, valde Nortmannia. Et propter hoc aliæ indignabantur: occaſione cuius Apoſtoli murmur iſtud compeſcuerunt ordinando diaconos qui temporale eccleſiæ miniſtrarent, & ordinarent. Dico ſecundò, ꝙ Maria cum Apoſtolis & cęteris mulieribus vſque ad ſuſceptionem ſpiritus ſancti manſit in eodem cęnaculo, vt cum cęteris promiſſum patris expectaret, qui in vnitate eccleſiæ ſuſcipi poteſt, & non aliter. Dico tertiò, & probabiliter, quòd Maria tunc, cum murmur illud ortum eſt, erat ſeparata ab illis viduis loco, habitatione, & conuiuio, & etiam miniſterio. Quod poteſt quadruplici ratione perſuaderi. Prima ſumitur ex dignitate Mariæ. Nam vile vas reputatur, quod ad quotidianos vſus famulatur: precioſum verò, quod in abditis, & multum ſeratis locis occultatur. Nullum autem vas precioſius, quàm illud in quo verbum caro factum eſt, quàm illud quod eſt reliquiarum paradiſi, & totius diuinitatis contentiuum. Vas illud mirabile, & opus excelſi

excelſi maius in infinitum ſe continens. Ideo non decebat tale vas neque Apoſtolorum miniſterio, neque aliarum viduarum famulatui applicari. Secundò, hoc deducitur ratione contemplationis eius, ad quam præcipuè poſt aſcenſionem filij ordinabatur. Locus enim ſolitarius eſt maximè contemplationi aptus. Propter quod cupiens Dauid contemplari dicebat. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ: & volabo, intellectu contemplando, & requieſcã? Et ſubdit locum cõtemplationi aptum. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Nulla vnquam poſt Chriſtum perſona aptior fuit contemplationi, quã Maria quæ Deum circumiuit ſola gremio ſui vteri. Tum quia amor naturæ igneæ maximè animam eleuat, nulla autem pura creatura magis Deum dilexit quam ipſa: ergo inter omnes ipſa fuit contemplationi aptiſſima, & per conſequens ſolitaria. Vnde & dominus ad cõtemplandum ſolitarium locum quærebat. Sic & Ioannes cum cœleſtia contemplatus eſt in loco inſulæ ſolitario degebat: qui & creditur a communicatione Mariæ contemplandi didiciſſe modum. Tertiò, hoc deduci poteſt ratione ſuæ familiaris communicationis, quia hominum frequentationem tedio habet & deſpicit, qui in frequẽtia Angelorum conuerſari ſolet. Propter quod Sancti Eremitæ mundum derelinquentes, ad eremum conuolabant, vt conſolatione fruerentur Angelorum. Nulla autem magis cum Angelis conuerſata eſt, quã quæ cum domino Angelorum triginta-tribus annis vixit: ergo conuenienter creditur hominum frequentiam deuitaſſe. Quartò, hoc deduci poteſt ratione ſanctitatis eiuſdem, quia non eſt credendum Apoſtolos paſſos fuiſſe eius miniſterium, quanquam exemplo filij illud deuotiſſime impleuiſſet, qui non venerat miniſtrari, ſed miniſtrare. Nec etiam quenquam illi dignum miniſtrare putauerunt, præter illum, quem dominus tali officio deputauerat Ioannem Euangeliſtam, qui virgo virgini miniſtrabat.

Contemplationis locus aptus.

Vnde & ſecundum hiſtorias in monte Syon ſatis propè cęnaculum morabantur in duabus cellis propinquis. Dico quartò, ꝙ Maria cum quatuor conuerſabatur: cum Angelis orando & contemplando, cum Apoſtolis de arcanis diuinis conferendo, cum peregrinis Neophitis, ideſt de nouo ad fidem conuerſis, in fide confirmando & confortando, cum ſanctis viduis, eas conſolando & erudiendo. Quem enim non conſolaretur ortus ille concluſus, omnium benedictionum, omnium virtutum, omnium donorum plantulis adornatus? Ad quẽ ortum diuertamus, vt ibi aliquid nobis vtile & odoriferum colligamus, propter quod ei dicamus. Aue.

A Mariæ. Cũ quibus conuerſabatur Maria poſt Chriſti aſcenſionem.

Conſequenter & tertio de viduis pro hoc ſermone reſtat dicendum, quid ſanctis & honeſtis viduis debeamus; & quo honore proſequendæ ſunt. Quatuor aũtem ſanctis viduis debemus. Primò, ſunt nutriendæ ne nimiam patiantur egeſtatem. Vnde 1. Timo. 5. Honora viduas quæ verę viduæ ſunt. Hic autem honor intelligitur de ſubueniendo neceſſitatib. veraꝝ viduarũ. Hier. ad Ageruntiam. Honora viduas quæ verè viduæ ſunt, hoc eſt quæ omni auxilio ſuorum ſunt deſtitutæ: quæ manibus ſuis laborare non poſſunt: quas paupertas debilitat, ætaſque conficit, quibus Deus ſpes eſt, & omne opus oratio. Inde & dominus in euangelio exponit honorem parentum non in uerborũ ſono, ſed in victus neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi. Ideo antiquitus tempore bonorum prælatorum de bonis eccleſiæ ſuſtentabantur: quando pręinfirmitate, aut ętate laborare non poterant. 1. Timo 5. Si quis fidelis habet viduas ſubminiſtret illis ne grauetur eccleſia, vt his quę verè viduæ ſunt ſufficiat. Nolebat. n. Apoſtolus ꝙ grauaretur eccleſia a viduis quę habebant vnde viuere, vt id paululum quod habebat eccleſia ſufficeret verè viduis in neceſſitate conſtitutis. Et volebat, quòd parentes qui habebant filias, vel neptes viduas, ſi diuites erant, ſuſtentarent eas, vt uiduis

B Honor. Quatuor honores debẽtur viduis.

Viduæ antiquitus quõ ſuſtentabantur.

quæ

quæ non habebant aliunde ſuſtentari quàm ab eccleſia, ſufficerent bona eccleſiæ. Ex quo manifeſtè arguuntur multa uitia. Primò, tenacitas populi qui deberet eis ſubuenire & non ſubuenit, qui tamen maximè curare deberent, ne forte dicatur eis illud Iob.22. Viduas dimiſiſti vacuas. Ex hoc enim falsò arguebatur Iob.quaſi omnia ei malo pp talem defectum contigiſſent. Secundò, arguitur auaritia prælatorũ. Nã a principio eccleſię pauca erant bona in eccleſia,& tunc viduæ curabantur, & ex his nutriebantur: nunc verò creuerunt bona & decreuit in viduas miſericordia, nec eſt qui viduę manum aperiat ad ſuccurrendum neceſſitatibus ſuis.

Præceptũ domini pro viduis ſuſtentandis.

Si dñs Deutero.24 præcepit populo de bonis ſuis dimittere pauperi & viduæ, quæ aliqñ confunduntur eleemoſynam petere. Commeſſueris,inquit, ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris,non reuertaris ut tollas illum,ſed viduam &pupillum illud auferre patieris. Vſi & Booz de induſtria dimittebat ſpicas, vt Ruth colligeret eas poſt terga metentium,ut nutriret Noemi viduam, quę aliqñ diues fuerat. ſed tũc pauperrima.Ruth 2. Quãto magis hoc dñs plãtis precipit, qui hoc ex officio implere debent. Inde & dñs filiũ mulieris viduę ſuſcitando reſtituit ei,eo quàm eſſet ſpes nutritionis & ſubuentionis illius mulieris.Luc.7.

C Vidua. Quõ viſitãdæ ſũt viduæ.

Secundò viſitandæ ſunt,ne deſolentur. In afflictione enim earum plus ſolatij accipiunt, cum viſitantur: quia pondus afflictionis graue eſt, & leuius portatur a duobus vel tribus pondus graue quàm ab vnò. Iaco.1. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt; Viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Sed duplex eſt viſitatio, quædam bona qua viſitatur vidua vt afflictionem leuius ferat quemadmodum dominus qui in introitu portæ ciuitatis Naym ſic viduam viſitauit, ꝙ eius filium ſuſcitauit non rogatus.

Viſitatio duplex.

Legimus enim dominum tres ſuſcitaſſe mortuos. Vnum ad preces Archiſynagogi maritati. Alium ad preces Marthæ virginis. Medium vero filium viduæ non rogatum: vt diſcamus viduis benefacere non rogati,& eas conſolari & viſitare. Alia eſt mala, qua viſitantur a malis, vt affligantur & auferantur eorum bona: cum tñ dñs bona viduarum & perſonas earum expreſſo priuilegio donauerit. Deut.24.Non accipies loco pignoris viduæ veſtimentum. Super quo Nicolaus de Lyra dicit, ꝙ alijs veſtimentum quod erat eis neceſſarium de die ad ambulandum, nõ debebat accipi de die pro pignore. Nec veſtimentum quod erat eis neceſſarium de nocte ad operiẽdum, debebat a creditore accipi pro pignore de nocte, ſed adueniente nocte reddi debebat, & illud de die neceſſariũ tradi pro pignore vſque quo dies illuceſceret, & tunc debebat reddi, & aliud de nocte neceſſarium recipi. Non ſic de veſtimentis viduæ, ſed nullo modo debebant accipi pro pignore, eo quòd ei neceſſaria erant die ac nocte.

D Vidua. Quõ cõſolandæ ſunt viduæ.

Tertiò, conſolandę ſunt ne contriſtentur. Iob 29. Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. Mulieres enim maritis deſtitutæ ſolent multas pati moleſtias, de quibus vix ad aliquem niſi ad Deum recurrere poſſunt. 1. Timot.5. Quæ verè vidua eſt, & deſolata ſperet in Deo. Dominus enim conſolatur viduam, nec dimittit eam. Vnde & mulieri viduæ & non alteri dixit, Noli flere. Nec ſolum conſolatur eam, ſed etiam libenter audit & exaudit eam. Eccl.35. Non deſpiciet dominus preces pupilli, nec uiduam, ſi effundat loquelam gemitus. Nonne lachrymæ uiduæ ad maxillam deſcendunt? & exclamatio eius ſuper deducentem eas.i. ſuper oppreſſorem qui lachrymari facit eam. A maxilla enim aſcendunt uſque ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis, immo magis concitabitur contra oppreſſorem uiduæ. Pupillus enim & uidua deſtituti ſunt auxilio humano, ille patre, iſta marito: ideo magis diuino auxilio indigent, & propter hoc Deus eis ſubuenit. Si enim natura non deficit in neceſſa-

rijs,

rijs, multo minus auctor naturæ: immo & Sancti ſe Deo conformando, eas citò exaudiunt, & eis citò ſubueniunt. Nam tempore famis paſta eſt vidua, quæ pauit Heliam, cui & filiū reſuſcitauit. 3. Reg. 17. Et pro vidua multiplicauit oleū Heliſeus. 4. Reg. 4. Et ad inſtantiam viduarum lachrymantium Petrus ſuſcitauit Thabitam. Circumſteterunt enim viduę flentes Act. 9. Et beatus Ioannes Druſianam in reditu de exilio. Et protomartyr Stephanus ad officium & obſequiū viduarum ab Apoſtolis ordinatus eſt. Nec ſolum in hoc mundo conſolatur eas in afflictione, ſed etiam extra afflictionem conſolationem ſuper conſolationem inducit. Vnde & viduam ſanctam Paulā in deuotione ſua ita conſolatus eſt, vt ēt videret ipſa Mariam parientem, & omnia natiuitatis dñi Ieſu indicia. Ait .n. Hiero. in ſermone de aſſumptione. Ad præſepe, o Paula (te teſte) nato puero inter crepundia noui partus, & querelas neſcij ploratus, profeſcenninis, gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, multitudinē Angelorum cantantem audiſti. Et radiantē ſtellam vidiſti, paſtoribus inſuper euangelizantibus credidiſti. Magos præterea tria deferentes munera in viſione beatis oculis conſpexiſti, ipſa eadem munera benè intelligēdo votis omnibus fide Deo obtuliſti. Nam & cum eiſdem magis Deū puerū in præſepe adoraſti. Sed fortè cōqueſta me delatorem, ꝙ te prodiderim clamabis. Ad quod ego. Si celatum eſſe volebas (teſte conſcientia) mihi narrare ante præſepium vbi plurimū lachrymata es non deberes. Quod (vt verū fatear) Chriſti præconia etiam ſi voluero adiuratus, neque tuas laudes omnino tacere queo. Idcirco te tuæ interrogent filiæ quas lacte nutris, tu ea melius referabis quæ neſcio, ſi per ſpeciem aliquam, aut in ſpiritu vidiſti. Nec ſolum in hoc mundo conſolabitur eas, ſed etiam in alio ſeculo. Conſuetudo enim viduarum eſt, multum flere propter aduerſitates inſtātes: ſed abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis earum, quando dabit eis requiem cōfundens aduerſarios earum: faciens ſicut ſolet mater filio verberato, quæ eum pacificat abſtergendo lachrymas, & dando ei virgas vt in ignē proijciat. Vtinam audirent hæc qui nituntur contriſtare perſonas miſerabiles & impotentes, & contra potentes non audent mutire. De quibus Ezec. 22. Pupillum & viduam contriſtauerunt apud te, quibus præcipitur. Hiere. 22. Viduam nolite cōtriſtare. Sed audiant illi finem & deſtructionem domus ſuæ. Prou. 15. Domū ſuperborū demolietur, & firmos faciet terminos viduæ. Quartò, ſunt in earum negotijs defendendæ. Vnde Gelaſius Papa diſt. 87. Licèt omnibus de nobis ſperantibus non debeamus inquantū poſſumus nos negare, plus tamen viduarum, & orphanorum cauſas, & impēſius duximus exequendas, quas tueri a nobis, vel ab omnibus diuina manifeſtat aſſertio. Cōmuniter cani implicato in luto alij occurrunt ad mordendum. Sic pauper vidua derelicta, ſi ab vno affligatur, conſequenter omnes eam affligunt. Pſal. 41. Abyſſus abyſſum inuocat i. vna mala fortuna, aliam communiter aſportat, & inducit, & vulgo dicitur. Vnum malum nō ſine alio venit. Et ideo caueant qui viduarum bona diſſipant, & eas ad maledictionem incitant, ne ſuper eos veniat vltio diuina: ſicut contigit illis decem fratribus & ſororibus, de quibus iam dictū eſt. Dominus .n. protector & tutor eſt viduarum. Pſ. 145. Pupillum & viduam ſuſcipiet, & vias peccatorum diſperdet. Vnde Lactantius 6. diuinarum inſtitu. c. 25. dicit Sanctos Martyres non timuiſſe ſuas vxores derelinquere viduas, & omni humano ſolatio deſtitutas, eo ꝙ Deum eſſe ſciebant earum defenſorem & conſolatorē infallibilem. Secundò eſt iudex earum. Quia enim ſunt perſonæ priuilegiatæ, ideo propter communiter inſtantia infortunia, voluit earum iudex appellari. Pſ. 67. Patris orphanorum, & iudicis viduarū. Tertio eſt earum & bonorum ipſarum defenſor. Exo. 22. Viduę & pupillo non nocebitis. Si lęſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam eos. Inde 2. Mac. 3. Heliodorum qui depoſita pupillorū & orphanorum a tēplo vole-

Viduæ a Deo multis modis conſolationē acceperūt.

A Vidua. Quō defendēdæ ſunt in negotijs ſuis viduæ.

Iudex viduarum ē Deus.

volebat auferri,& ea ad Regem aſportare ſupra modum puniuit, & verberauit, vt ad longum ibi poteſt videri.Et dominus in iudicio terribilis apparebit iudicibus illis,qui viduas turbauerūt,& cauſam viduæ & pupillorum non iudicauerunt.Pſ.67.Turbabuntur a facie eius patris orphanorum , & iudicis viduarum. Prolongant.n.cauſas earum,& affligunt eas.Propter quod ſemel improperabitur eis illud quod fuit partim cauſa deſtructionis Hieruſalem.Hiere.5.Cauſam viduæ non iudicauerunt.Et Eſa.1.Pupillo non iudicant,& cauſa viduæ non ingreditur ad illos . Si .n. (vt dicit Saluator. Luc.18.) vidua ad iudicem peſſimum , qui nec Deum,nec hominem reuerebatur accedens,per importunitatem tandē obtinuit pro ſe ſententiam,quanta malitia eſt eorum iudicum, qui nec eas volunt audire, etiam in ſuis neceſſitatibus exclamantes? Eſa.10.Vę qui condunt leges iniquas.Et ſequitur,vt eſſent viduę prēda eorum.Secundò,erit terribilis aduocatis,qui prolongando cauſas, & malè cōſiliando eas deſtruunt. Vbi.n.in noſtra tranſlatione habemus.Viduam eius benedicens benedicam . habent tranſlatio Hebraica. Venationem eius benedicens benedicam , quia viduæ nunc ſunt venationes & eſca aduocatorum & procuratorum. Nunc.n. idem ſunt venatio & vidua. Quod & de eccleſia intelligi poteſt, quæ dum nunc vidua eſt paſtore, tunc eſt venatio & eſca aduocatorum & procuratorum, & etiam Romanorū. Pſ.93.Viduam & aduenā interfecerunt, & pupillos occiderunt .ſ. auferendo ab eis ea per quæ deberent ſuſtentari,& dixerunt.Non videbit dominus,nec intelliget Deus Iacob.Sed intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantauit aurem non audiet vociferationem viduæ? aut qui finxit oculū, non conſiderat lachrymas viduæ & iniurias ſibi factas? Qui corripit gentes non arguet,immo certè cito faciet. Malac.3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis,& adulteris,& periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarijs, & humiliant viduas & pupillos . Deute.27. Maledictus qui peruertit iudicium pupillo & viduę . Tertiò, erit terribilis officiarijs & raptoribus , qui earum rapiunt bona , qui dicunt illud verbum damnatorum hominum.Sap.2. Nō parcamus viduæ,nec veterano multi temporis.Vnde lib.de donis . In diœceſi Matiſconenſi,tempore comitis Guyardi , fuit quidam eius præpoſitus raptor, ſuper homines & eccleſias indifferenter accipiens . Cum autem lis eſſet inter comitem & epiſcopum Matiſconen.& idem prepoſitus prædas acceptas ad ſuam domum conduceret , quędam vacca retro manebat poſt alias, quę dicebatur eſſe cuiuſdam uiduæ . Tunc dixit famulo præpoſitus ille . Tange vaccam. Tunc Dei iudicio tali flagello percuſſus eſt,quod poſtea loqui non potuit: ſed cum tentaret loqui , ſemper hoc dicebat tange vaccā, & hoc illi terræ erat notiſſimum. Iob.24.Vim fecerunt pupillo deprædantes , & acceperunt pro pignore bouem viduæ. Similiter in eadem diæceſi , ſacerdos quidam aſportauit quandam gallinam ad ſynodum deplumatam, quam a vidua quadam furatus fuerat. Cum autem deplumaſſet,coxiſſet, comediſſet , & plumas ſeorſum proieciſſet,diuino iudicio percuſſus,plumas quas non comederat , euomebat , peccatum ſuum coram omnibus confitens.Vtrum autem ex illo mortuus fuerit an non,ad memoriam non reducitur narratoris. Vnde & Petrus Damianus de quodam ęgrotante ad mortem recitat,ꝙ clamabat vlulans;quia ſeptem numos a paupercula uidua acceperat:& vt ſibi videbatur, terribilibus ictibus, verberabatur manibus Sanctorum Gregorij,& Ambroſij:& quot illa paſſus fecerat in laborando , vt ab eo redderet numos ſuos , tot ictus a Sanctorum manibus pertulit. Hinc & in vitis patrum,cū quidam adduxiſſet ad ſanctum Amonem , filium ſuum rabidum mirabiliter vexatum : ait eis:ꝙ ſi vellent filium curari, redderent prius bouem uiduæ quē ei furati fuerant: quo facto,oratione curauit filium eorum . Illis autem qui iudicium , & iuſtitiam facient , dominus

Deus acriter puniet iudices inhumanos ī viduas

dabit

dabit eis bona temporalia in hoc mundo. Eſa. 1. Quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me dicit dominus, niſi dedero vobis temporalia bona. Secundò dabit eis requiem æternam Paradiſi. Vnde & a Deo benè actum eſt cum Traiano, qui filio ſuo non pepercit. Is enim cum quendam equum indomitum equitaret, a caſu cuiuſdam viduæ filium pedibus equi conculcando interfecit. Sed Traianus conquerenti viduæ pro filio ſuo mortuo proprium tradidit viduæ: vt ei obſequeretur ſicut filius eius. Propter quod (licèt idololatra eſſet, & Chriſtianorum perſecutor) ad preces beati Gregorij, per quadringentos & amplius poſtea annos ſaluatus eſt. Et vt creditur a mortuis ſuſcitatus, in deſertis locis pęnitentiam egit. Inde eſt, quòd Rex Francorum ſe ſub Deo gloriatur viduarum protectorem, & eius officiarij protectores ſunt earum, & cauſæ earum priuilegiatæ: & qui libenter eis miniſtrant iuſtitiam, ſalutem percipient a domino. Quam nobis concedat ille qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Traiani factum.

FINIS.